UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00870608 7

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/corpusscriptorum42niebuoft

24
528
1

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

31855
Vol 42.

PAULUS SILENTIARIUS, GEORGIUS PISIDA ET SANCTUS NICEPHORUS CPOLITANUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVII.

DF
503
C6
v.42

PAULI SILENTIARII

DESCRIPTIO

S. SOPHIAE ET AMBONIS

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

CAROLI DU FRESNE DOMINI DU CANGE PRAEFATIO.

Cum affecta iam esset et ad umbilicum perducta voluminis P 497
istius *) editio, opportune pervenit in manus meas templi S. Sophiae ἔκφρασις, a Paulo Silentiario carmine heroico et pereleganti exarata, quam quidem, licet ad historiam Comnenicam minus pertinere illa videatur, commentatiunculis istis interserere haud alienum putavi. nam praeterquam quod scriptoribus qui res Byzantinas illustrarunt Paulus accensetur, proindeque ex eorum classe est qui Regios typos exspectant, tum maxime rem lectoribus iucundam perinde ac utilem facturum me sum confisus, si eximium istud poëma, Cpoleos, cuius Sophiana aedes praecipuum olim fuit estque hodie ornamentum, Bondelmontianae descriptioni **) adiungerem. hanc autem celeberrimi templi ἔκφρασιν, curante clarissimo viro Antonio *de Vyon D. d'Herouval*, in camera computorum Parisiensi auditore, ad me transmisit ex sua depromptam bibliotheca et magni Salmasii manu ex Palatina anno 1607 descriptam vir amplissimus Philibertus *de la Mare*, senator Divionensis, ob singularem eruditionem perinde ac vitae integritatem notissimus, ac praesertim literatis omnibus, quibus pronuper eiusdem Salmasii opusculorum postumorum editionis spem iniecit, qui huiusce elegantis poëmatis excerpta aliquot iam antea in Plinianis exercitationibus

*) quo Cinnamus continetur cum Ducangii in eum et Nicephorum Bryennium Annamque Comnenam notis historicis et philologicis.

**) v. Nicephorus Bryennius p. 177—182.

et suis ad Historiam Augustam notis publicaverat. et sane licet quanta fuerit Pauli Silentiarii in eo scribendi genere facultas ex aliis, quae iam lucem adspexerant, opusculis plus satis constet, tum illud praesertim quod Regiis nunc typis excusum prodit, praecipuam mereri laudem videtur ac commendationem, quod praeter carminum elegantiam accuratam Augustissimi templi descriptionem vixque oculatioribus hactenus intellectam nobis repraesentet. *) nam commentarii quos aevi inferioris Graeculi de hac aede scripsere, sublestae adeo sunt fidei, nulloque non modo digesti ordine, sed etiam vocabulis barbaris adspersi, ut divinandae rei potius quam percipiendae locum praebeant. unde mirum videri non debet, si qui de Graecorum templis atque adeo de Sophiano eorumque partibus scripsere, tantum inter se dissideant vel certe omnino non conveniant, cum non res solum sed ne vix verba quidem ipsa percipiant. sed ecce tantis in tenebris facem porrigit Paulus Silentiarius, utinam tot lacunis non deturpatus; cuius tanto maior praestantiorque videri debet auctoritas, quo accuratiori calamo universam celeberrimi templi a Iustiniano sua tempestate excitati structuram describit. floruit enim ( ) imperante non poëtica duntaxat et oratoria laude aetate sua longe clarissimus, sed et natalium splendore opibusque et honoribus conspicuus. Paulo parentem fuisse Cyrum docet huius carminis titulus, qui quidem non alius mihi videtur ab eo qui *ἀπὸ ὑπάτων* seu consul codicillaris exstitit, cuius bina habentur epigrammata in Anthologia Gr. l. 4 c. 23 et 27, alterum in domum a Maximino Cpoli exstructam, alterum in statuam Pindari; adeo ut Paulum a parente suam in *ποιητικὴν* propensionem hausisse par sit credere. meminit etiam Procopius l. 2 Vandalicorum Cyri cuiusdam, qui forte idem fuerit cum consulari. at quod Agathias de Paulo scribens haec subdit, *ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ Κύρου τοῦ Φλώρου ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα*, sic dige-

*) cf. Agathias p. 296 ima ed. Bonn.

rendum videtur, ut Paulus Cyri, Cyrus vero Flori filius fuerit; idque addidit Agathias, ut Cyrum istum ab aliis qui eodem tunc P 498 florebant nomine distingueret. Flori autem cuiusdam consulis codicillaris mentio non semel occurrit sub Iustiniano, ut constat ex Novell. 12, 22, 154 et ex leg. 3 cod. de Quadrienn. praescript. hac loquendi etiam formula usus videtur Iustinus Martyr Apolog. 2, ubi se ipse *Ἰουστῖνον Πρίσκου τοῦ Βακχείου* vocat, id est filium Prisci, Bacchii nepotem, quod advertit etiam Henricus Valesius ad Eusebium. utcunque sit, constat prorsus hallucinatos Vulcanium Agathiae interpretem et Vossium l. 2 de veterum poëtarum temporibus et lib. de historicis Graecis, qui in unum virum haec tria nomina congessere Paulumque Cyrum Florum appellavere. Pauli epigrammata aliquot in Graecam Anthologiam contulit iam olim Maximus Planudes illius consarcinator, una cum elegantissima ode, quam in Pythia Therma conscripsit, quae exstat praeterea in bibliotheca regis Christianissimi, cum scholiis seu *μετὰ ἐξηγήσεως*, codd. 995, 1911, 1334 et 1441. hanc autem publicarunt denuo et Latinis numeris donarunt Claudius Archanterus a. 1586 Venetiis et Federicus Morellus a. 1598 Parisiis editam. sed prae ceteris Sophianae aedis descriptionem tanta cum accuratione aggressus est Paulus, ut universam illius structuram singulasque partes, quisquis hanc legerit, statim quodammodo oculis perinde ac animo comprehendat, seu ut Agathiae verbis utar, *καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος*. ea est enim *ἐκφράσεως* vis ac natura ut rem ipsam quam describit ob oculos ponat et repraesentet; unde recte in Gloss. Graec. Lat. *ἐκφράζω exprimo*, *ἔκφρασις exprimatio*: exprimere enim Latinis est ad vivum effingere. quamobrem definitur *ἔκφρασις* ab Hesychio *λόγος ἐναργής*, ab Aphthonio vero *λόγος διηγηματικός, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον*, cuiusmodi est arcis Alexandrinae apud eundem descriptio. atque in eo, ut est apud istius scriptoris scholiastem, *διαφέρει ἡ ἔκφρασις διηγήματος, ὅτι τὸ μὲν ψιλὴν ἔχει τοῦ πράγματος ἔκθεσιν, ἡ δὲ πειρᾶται θεατὰς ἐργάζε-*

σθαι μικροῦ τοὺς ἀκούοντας, καὶ τὸ μὲν καθόλου ἐξετάζει, ἡ δὲ τὰ κατὰ μέρος. verum accurata quantumlibet sit quae nunc prodit aedis Sophianae elucubrata a Paulo Silentiario ἔκφρασις, vix tamen ea quae obscuro satis carmine vocibusque haud passim obviis aspersa involvit, adeo perspicua sunt ut diligenti examine vel certe expositione non indigeant. nam cum partes ipsas templi vocabulorum poëticorum circumlocutionibus, graphice licet, describat, partium ipsarum nomina, quod praestitit etiam Procopius, omisit, ita ut legenti rem magis divinandi quam animo percipiendi locum praebuerit. quapropter haud ingratum lectori fore mihi persuasi, si Sophianae aedis, atque adeo data occasione ceterorum apud Graecos templorum, descriptionem aggrederer, eamque ex Byzantinis praesertim scriptoribus, aliquot etiam ex nostris recentioribus adornatam vice commentarii in Paulum Silentiarium eidem scriptori subnecterem. quod sane Lutetiae Parisiorum, a libris fere imparatus, serius quam pro tanta rei mole par erat, sum aggressus, cum, ut iam attigi, pene confecta voluminis editione elegans istud poëma ad me pervenisset. proinde haud aegre mihi condonaturos viros doctos confido, si commentatiuncula ista mea non ad unguem expolita videatur, cum in praesens mihi id potissimum consilii fuerit, ut notarum instar esset ad scriptorem haud omnino communis ac triti saporis. quanquam mihine hanc provinciam arrogarem dubitandum fuit, cum istius publicandi poëmatis spem fecisset in praefatione ad Procopium vir omnino magnus Claudius Maltretus, Soc. Iesu presbyter et collegii Montalbani rector, qui qua pollet in Graecis perinde ac Latinis literis eruditione, longe felicius ea fuisset defunctus; etsi, uti me per literas monuit, quod penes eum est Pauli Silentiarii apographum, descriptum perinde sit ex manuscripto Palatino, proindeque, ut Salmasianum, lacunis scateat deformatumque sit.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ

ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΟΦΙΑΣ.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ

ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΟΦΙΑΣ *).

Ἆρ' ἔστιν εὑρεῖν μείζονα τῆς νῦν ἡμέρας,
ἐν ᾗ θεός τε καὶ βασιλεὺς σεμνύνεται;
οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Χριστὸν ἴσμεν δεσπότην,
ἴσμεν δὲ πάντως· τοῦτο γὰρ τοῖς σοῖς λόγοις
ποιεῖς, κράτιστε, γνώριμον καὶ βαρβάροις·
ὅθεν συνεργὸν αὐτὸν ἐν ταῖς πράξεσιν
ἔχεις παρόντα, νομοθετῶν, κτίζων πόλεις,
ναοὺς ἐγείρων, ὅπλα κινῶν, εἰ δέοι,

*) ita N i. e. codex Anthologiae Palatinus a Niebuhrio inspectus. apud Ducangium et Graefium, miro dissensu, *Παύλου ποιητοῦ Σιλεντιαρίου, υἱοῦ Κύρου, ἔκφρασις εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἤτοι τὴν ἁγίαν Σοφίαν.* 1 *ἀρχὴ τῆς ὑποθέσεως. ἴαμβοι πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν* margo N 8 *νεὼς* G i. e. Fridericus Graefius, qui Silentiarii S. Sophiam et ambonem cum Ioannis Gazaei tabula mundi ex apographo Anthologiae Graecae Gothano edidit a. 1822, editione Ducangiana usus non Parisiensi, sed, quae mendis abundat, Veneta.

PAULI POETAE SILENTIARII

CYRI FILII

DESCRIPTIO

MAGNAE ECCLESIAE SEU SANCTAE SOPHIAE

DUCANGIO INTERPRETE.

An reperiri potest hodierno maior dies, quo et deus et imperator honore afficiuntur? id certe dici vix potest. Christum agnoscimus et scimus dominum, agnoscimus omnino: id enim verbis tuis gentibus etiam barbaris (5) notum facis, princeps magnanime. hinc tuis in negotiis illum praesentem habes adiutorem, seu leges sancias, seu urbes exstruas vel templa excites, seu bella et arma decernas, si id exigat necessitas, aut

σπονδάς τε τάττων, καὶ καταστέλλων μάχας,
ὅθεν τὸ νικᾶν συμφυὲς τοῖς σοῖς πόνοις
ὥσπερ ἐπίσημον. οὐχὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν
ὅρος μὲν ἡμῖν ὠκεανὸς τοῦ σοῦ κράτους
τὴν γῆν διεκδραμοῦσις πρὸς δὲ τὴν ἕω
οὐ πάντας ἤδη τοὺς μὲν ἐτρέψω μάχαις,
τοὺς δὲ πρὶν ἐλθεῖν ἐς τόδε προσλαμβάνεις;
Λίβυν δὲ πάντα δοῦλον οὐκ ἔχεις πάλαι;
ὅθεν νόσους μὲν διαδιδράσκεις εὐκόλως,
οὐκ ἐλπίσαντος οὐδενός· ὅθεν εἰκότως
τοὺς ἐν ἀφανεῖ, κράτιστε, κινδύνους ἀεὶ
μαθὼν παρῆλθες, οὐ δόρασιν, οὐκ ἀσπίσιν,
αὐτῇ δὲ χειρὶ τοῦ θεοῦ φρουρούμενος.
Ἀγαμαί σε, παγκράτιστε, τῆς εὐψυχίας,
ἀγαμαί σε τῆς γνώμης τε καὶ τῆς πίστεως.
ὁ λόχος συνέστη, καὶ παρεσκευασμένον
τὸ ξίφος ὑπῆρχε, καὶ παρῆν ἡ κυρία,
καὶ τῶν βασιλείων ἐντὸς οἱ ξυνωμόται
ἤδη παρῆλθον, τῆς πύλης τε τῆς ἔσω,
μεθ' ἣν ἔμελλον προσβαλεῖν τοῖς σοῖς θρόνοις,
ἥπτοντο. ταῦτα γνοὺς δὲ καὶ μαθὼν πάλαι
ἐκαρτέρησας, καὶ πεπίστευκας μόνῳ
τῷ σου προασπίζοντι, τὸν θεὸν λέγω,
ᾧ πάντα νικᾷς· τοῦ σκοποῦ δ' οὐκ ἐσφάλης.
τί γὰρ ἐπὶ τούτοις; ἔπεσεν αὐτοχειρία

cum indutias statuis, et praelia cohibes et compescis: (10) hinc bellicos labores tuos certa subsequitur victoria. si enim Occidentem intueamur, postquam terram percurrimus, imperii tui terminus Oceanus occurrit: versus Orientem vero nonne gentes omnes partim armis tuis expugnasti, (15) partim antequam eo accederes, ultro ad te venientes excepisti? an non denique universam Africam iamdudum tibi subditam habes? hinc quoque fit ut ex morbis tam facile convalescas, etiam contra omnium spem. hinc denique occultiora pericula, princeps fortissime, (20) tandem comperta, semper declinasti, non hastis quippe aut clypeis, sed ipsa dei protectus servatusque dextera.

Miror, princeps potentissime, magnanimitatem tuam: miror mentis tuae et fidei praestantiam. structae erant insidiae, paratusque (25) aderat gladius; aderat et condictus dies, et ipsa palatia iam subierant coniurati, et iam interiorem portam attigerant, qua semel superata solium tuum invasuri erant. haec etsi tibi nota essent prius, (30) continuisti te, et unico confisus es tuo protectori, deum dico, per quem omnia vincis. neque vero a scopo aberrasti. quid enim inter haec?

ὃ τὸν λύχον ἄγων· οὐ γὰρ ἤθελεν ἡ Δίκη
αὐτὸν διασώζειν. ἐμφανῶς δ' ἠπίστατο
ἐκ τῶν τυράννων τῶν πεσόντων πολλάκις
ὡς εἴπερ αὐτοῦ ζῶντος ἐγκρατὴς ἔσῃ,
εἰς οἶκτον εὐθύς, εἰς ἔλεον πάντως τρέπῃ,
κἀνταῦθα νικῶν πᾶσαν ἀνθρώπου φύσιν.
ταῖς τοῦ βίου γὰρ συμπαθῶν ἁμαρτάσιν,
ἐπεστέναξας πολλάκις τοῖς πταίσμασιν
ἡμῶν, ἄριστε· πολλάκις δὲ δακρύοις
τὸ πρᾶον ὄμμα βασιλικῶς ὑποβρέχεις,
ἀλγῶν ἐφ' ἡμῖν· πρὸς δὲ τὴν ἀκρασίαν
βλέπων μάλιστα, τὴν σύνοικον τῷ βίῳ,
λύεις ἅπαντας τῶν κακῶν ὀφλημάτων
ὥσπερ τὸ θεῖον, πρὸς δὲ συγγνώμην τρέχεις.
αἰτεῖς δὲ σαυτόν, ἡνίκα τῶν ἐγκλημάτων
τὸ μέγεθος οὐ δίδωσι τῶν δεήσεων
ἑτέρους κατάρχειν· καὶ γὰρ οὐκ ἐᾷς ποτὲ
ἄλλου γενέσθαι τὸν ἔλεόν σου τὸν πάνυ.
ἐξ ὧν δὲ δρῶμεν οὐχ ὁσίων τολμημάτων
ἔχεις ἀφορμὰς τῆς ἄνω παρρησίας.
Οὐχὶ πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν ἐξοπλίζεται
ὃ τὸν βασιλέα τοῦτον οὐ θέλων κρατεῖν,
τὸν ἥμερον, τὸν ἡδύν, ἐν τῷ μετρίῳ
εὐεργετοῦντα καὶ φίλους καὶ μὴ φίλους;

36 literas ν πεσ add G: evanuerunt enim e codice. intelligit autem regulos seditiosos, quibus victis pepercerit imperator.

cecidit sua ipsius manu insidiarum structor primarius: neque enim voluit iustitia (35) eum servare. quippe id certo noverat ex pluribus, qui saepius hactenus exstiterant, tyrannis, si vivus ille tuas venisset in manus, te in lacrimas statim et commiserationem totum effundendum, et omnem hac in re exsuperaturum hominis indolem. (40) vitae namque compatiens erroribus, ingemuisti persaepe delictis nostris, princeps optime: sed et saepe lacrimis benignos oculos tuos virtute vere regia rigas, nobis indolescens; et ad intemperantiam, quae ut plurimum vitae comes assistit, (45) oculos convertens, omnes a pravis delictis, numinis instar, absolvis, et ad ignoscentiam properas. te ipse incusas, si quando criminum atrocitas alios prohibet te precibus suis (50) occupare. neque enim unquam pateris misericordiam, quae summa est, ad alterum pertinere. ex tot vero quae perpetramus nefandis ausis, habes, o imperator, clementiae occasiones.

An non in ipsum deum insurgit, (55) qui principem istum non vult imperare, mansuetum, suavem, cum moderatione inimicis perinde ac amicis beneficum? hae te servant animi dotes, efficiuntque, o imperator,

σώζει σε ταῦτα· ταῦτα τὴν ψυχὴν ποεῖ
τῆς βασιλίδος, κράτιστε, τῆς εὐδαίμονος,
τῆς πάντ' ἀρίστης, τῆς καλῆς καὶ πανσόφου,
ἔχειν ὑπὲρ σοῦ πρὸς θεὸν παρρησίαν,
ἣν ζῶσαν εἶχες εὐσεβῆ συνεργάτιν,
ἐπεὶ δὲ μετῆλθε, παρέσχες οἷς ὑπηκόοις
ὅρκον βοηθόν, ὅρκον ἀρραγέστατον,
ὃν οὐ παρῆλθες, οὐδ' ἑκὼν παραδράμοις.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα· πρὸς δὲ τὸν νεὼν
ἤδη βαδίζειν βουλομένοις θαρρεῖν δίδου.
ἔστω δὲ τῶν σῶν καὶ τοδί που θαυμάτων,
λόγους φανῆναι πρᾶγμα τολμῶντας φράσαι
τὸ πάντα νικῶν θαυμάτων ὑπερβολῇ.
ἔστιν δὲ δεῖγμα τῶν ἄγαν σου θαυμάτων
ὁ τοσοῦτος ἔρως, ὃν ἡ πόλις πᾶσα τρέφει
ἐπὶ σοί, βασιλεῦ κράτιστε, καὶ τῷ σῷ νεῴ.
ἐπεὶ γὰρ ἦγες τὴν ἑορτὴν ὡς ἔδει,
ἅπας ὁ δῆμος εὐθύς, ἡ γερουσία,
οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
ἤτουν. παρεῖχες. ἐξέδραμον· ἤτουν πάλιν,
πάλιν παρεῖχες. τοῦτο δὲ δρῶν πολλάκις
ἐπεξέτεινας τὴν ἑορτὴν πλουσίως.

59 biennio ante obierat Theodora, 4 Nonas Iulias, Ind. 10. de forma corporis Theodorae vide Procop. de Aedif. 1 11, Histor. Arc. c. 10 et Antholog. Gr. 4 15. DUCANGIUS. 63 *παρέσχες οἷς* Hermannus: *παρέσχε τοῖς* codex. 68 *τοδί που* Niebuhrius, *τὸ δήπου* codex. 73 *νεῷ* N

magnanime, ut anima imperatricis beatae optimae (60) formosae et sapientis apud deum pro te intercedat, quam, dum superstes erat, piam vitae consortem nactus es. postquam vero illa ad superos transiit, sollenne subditis tibi populis praestitisti sacramentum, sacramentum omnino infractum, (65) quod nunquam es praetergressus nec infringes ultro.

Et haec quidem ita se habent. nunc vero ad templum nobis contendere cupientibus adsis daque audere. inter tot quae hactenus edidisti miracula, illud sit potissimum, quod cernatur oratio rem perficere audere, (70) quae ceteras miraculorum excellentia longe superat. est autem illustre immensorum tuorum miraculorum specimen amor ille eximius, quo in te et in tuum templum flagrat urbs universa, princeps magnanime. postquam enim festum, ut par erat, celebrasti, (75) statim plebs universa, senatus, et qui mediam ac tutiorem vitae rationem inierunt, ut celebritatis dies producerentur postularunt. concessisti. effluxere illi: rursum postularunt, rursum concessisti; qua re saepius repetita festivitatis (80) celebritatem magnifice produxisti.

*Τούτων λεχθέντων ἐν τῷ παλατίῳ διῃρέθη ἡ ἀκρόασις, καὶ ἐλέχθη τὰ λοιπὰ ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ, ἐπὶ Εὐτυχίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου, προλεχθέντων τῶν ὑποκειμένων ἰάμβων *).*

Ἥκομεν ἐς ὑμᾶς, ἄνδρες, ἐκ τῆς ἑστίας
τῆς τοῦ βασιλέως ἐς βασιλέως ἑστίαν
τοῦ παμμεγίστου, τοῦ νοητοῦ τῶν ὅλων,
δι᾽ ὃν τὸ νικᾶν συμφυὲς τῷ δεσπότῃ.
ἐκεῖ μὲν ἡμῖν τῶν γερῶν ὁ προστάτης
καθεὶς ἑαυτὸν εἰς θέατρον ἐκ λόγων
τὸν νοῦν παρέσχεν εὐμενῶς, ἐνταῦθα δὲ
ὁρᾶν πάρεστι τῶν ἱερῶν τὸν προστάτην·
ἔστω δὲ καὐτὸς εὐμενής. τούτων γε μὲν
μηδεὶς ἀκούσας λοιδορείσθω τοῖς λόγοις·
εἴποι γὰρ εἰκὸς ἄν τις "ὦ τάν, ὡς πάνυ
ληρεῖς περιττά. τοῦτον αἰτεῖς εὐμενῆ
λόγοις γενέσθαι, τῶν ἀγαθῶν τὴν οἰκίαν,
τὸν πᾶσαν εὐμένειαν ἠμφιεσμένον;
τουτὶ πέπονθας ὅπερ ἂν εἰκότως πάθοι,
εἴ τις δέοιτο λιπαρῶν ἐγκείμενος
τὸν ἥλιον μὲν ἀνατέλλειν ἐν ἡμέρᾳ,
τὸ φῶς δὲ λάμπειν, τοὺς λόγους δ᾽ εἶναι λόγους."
ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῦτον εἶναι τὸν τρόπον
οὐκ ἂν ἀποφαίην· πρὸς δὲ τὸν σκοπὸν βλέπων,
ὃς παμμέγιστος οὐκ ἔχων θ᾽ ὑπερβολήν,
δέδοικα τὴν ἀγωνίαν. θαρρεῖν δ᾽ ὅμως

*) vide Epistolam Bernardi Bruschi ad Cozzam Cottium de more veterum recitandi Veronae editam. Duc. 98 τε G

His in palatio recitatis divulsus est auditorum consessus. cetera vero recitata sunt in domo patriarchali, coram Eutychio sanctissimo patriarcha, cum subiecti iambi prius recitati fuissent.

Ad vos accedimus, o viri, ex imperatoris palatio ad palatium imperatoris ter maximi, qui omnia mente complectitur, per quem imperatori tot victorias consequi datur. (85) illic quidem dignitatum praeses in theatro recitationum sedens benigne nos audivit: hic vero videre est sacrorum praesidem. sit et ille benevolus. (90) ceterum ex auditoribus nemo orationem nostram carpat. dicet enim forsan aliquis "heus tu, bone vir, quam omnino vana et inutilia deblateras! hunc sermonibus tuis propitium cupis, qui totius bonitatis est domicilium et omni humanitate instructus. (95) id certe tibi accidit, quod ei videretur accidisse, qui enixius et cum precibus efflagitaret ut sol per diem exoriretur luxque luceret, aut ut sermones sint sermones." ego vero eiusce rei eandem esse rationem (100) non omnino negaverim. at institutum intuens, quod maximum est et quo nihil animo concipi potest excellentius, vereor

ἐξ ὧν ἐδεδίειν πρότερον αὖθις ἄρχομαι.
εἰ μὲν γὰρ ἐλπὶς ἦν τις εὐσθενεῖ λόγῳ
συνεξισοῦσθαι τῷ νεῳ τῷ παγκάλῳ,
σφαλερὸν ὑπῆρχεν ἐπαποδύεσθαι πάλαις
ἐν αἷς τὸ νικᾶν παρακεκινδυνευμένον.
ἐπεὶ δὲ πάντες ἴσμεν ὡς οὐκ ἄν ποτε
λόγος φανείη συντρέχων ταῖς πράξεσιν
ταῖς τοῦ βασιλέως, ἔστι δ' αὖ τῶν πράξεων
τὸ παμμέγιστον ἡ κτίσις τοῦ σοῦ νεῴ,
οὐ χρὴ δεδοικότας ἐπὶ προδιεγνωσμένοις
μένειν ἀτόλμους, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν
κινεῖν ἅπασαν, ὡς ἔχει τις ἰσχύος.
ἔχει τι χρηστὸν ἀνδρὸς ἡ παρρησία.
εἰ μὴ γὰρ εὐτόλμως τε καὶ φρονῶν μέγα
ἐδημιούργει τὸν νεὼν ὁ δεσπότης,
πάσης ὑπερβὰς ἐλπίδος θεωρίαν,
οὐκ ἂν προῆλθεν εἰς τοσαύτην ἡ πόλις
εὐθυμίαν τε καὶ τρυφὴν εὐδαίμονα.
τί οὖν ἀπεικὸς πρόσφορον παρρησίαν
τὰ νῦν φανῆναι καὶ λόγων ἀζημίων;
ἃ γὰρ ἂν παραδράμωσιν ἠσθενηκότες,
ἔξεστι ταῦτα προσλαβεῖν τοῖς ὄμμασιν.
κρίνει δὲ τούτους οὐ κναμοτρωξ Ἀττικός,
ἀλλ' ἄνδρες εὐσεβεῖς τε καὶ συγγνώμονες,
οἷς καὶ τὸ θεῖον καὶ βασιλεὺς ἐφήδεται,

103 *ἐδεδείην* codex: correxit Hermannus. 122 *ἀζημίαν* G.

in arenam descendere. illud ipsum tamen quod metum primo incussit, audaciam rursum ingerit. si enim spes quaedam affulgeret posse nos beata dicendi copia (105) templi pulchritudinem assequi et aequiparari scribendo, res esset sane lubrica, certamen aggredi in quo vincere periculosum esset. cum vero satis intelligamus omnes nullam unquam orationem (110) factis imperatoris respondere posse, id vero quod est in factis ipsis maximum, esse templi aedificationem, par non est profecto ut conceptus de rebus iam ante animo provisis timor audendi nobis animum adimat; sed potius, quantum est in unoquoque virium, omnem in nobis alacritatem excitemus. (115) habet in se boni aliquid hominis audacia: nisi enim intrepido prorsus et elato animo templum excitasset imperator, totius in re spei cogitationem excedens, non ad tantam pervenisset urbs (120) alacritatem et felicitatem. quid igitur praeter decorum videri debet, si utilis modo innocuae orationis libertas erumpat? quaecunque enim prae imbecillitate praetermiserit, ea licebit oculis usurpare. (125) iudicium porro de illa proferunt non fabarum comestor Atheniensis, sed viri pii et aequi, quibus et deus et imperator oblectan-

οἱ τὰς πόλεις τάττοντες, οἱ τὰς ἡνίας
ὅλων ἔχοντες καὶ λόγων καὶ πραγμάτων.
ἆρ᾽ οὖν ἐπ᾽ αὐτοὺς χρὴ βαδίζειν τοὺς στίχους
ἐκδημαγωγηθέντας εἰς παρρησίαν;
χρὴ τοῦτο πράττειν, αὐτὸς ἀντιφθέγξομαι,
ὥσπερ τις ἠχὼ τῶν ἐμῶν φανεὶς λόγων.
οὐκοῦν ἐπάνειμι πρὸς βασιλέα τὸν μέγαν.

Σήμερον οὐ σακέων με φέρει κτύπος, οὐδ᾽ ἐπὶ νίκην
ἕσπερον ἠὲ Λίβυσσαν ἐπείγομαι, οὐδὲ τροπαίοις
ἀμφὶ τυραννοφόνοις καναχήποδα ῥυθμὸν ἀράσσω·
Μηδοφόνων ἀβότα μένοι κλέα σήμερον ἔργων.
εἰρήνη πολύολβε, τιθηνήτειρα πολήων, 5
ἦν πλέον εὐπήληκος ἄναξ ἠγκάσσατο νίκης,
δεῦρο, πολισσούχοισιν ἐπαυχήσαντες ἀέθλοις,
παντὸς ὑπερκύδαντος ὑπέρτερον οἶκον ἀγῶνος
εὐιέροις ὕμνοισιν ἀείσομεν, ᾧ ὑπὸ μούνῳ
πᾶν κλέος ὑψορόφοιο κατώκλασε θέσκελον ἔργου. 10
Ἀλλὰ σύ μοι βασιλῆα φερέσβιον, ὄμπνια Ῥώμη,
στέψον ἀκηρασίοισι χύδην καταειμένον ὕμνοις,
οὐχ ὅτι σὸν ζυγόδεσμον ἐφήρμοσεν ἔθνεσι γαίης,

post v. 134 omisi titulum: *Παύλου Σιλεντιαρίου, υἱοῦ Κύρου, ἔκφρασις τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.* 137 ῥυθμὸν G vel μῦθον: ου codex θυμόν. γρ. ἀράξω codex. 144 ἔργον codex. 145 *Βυζαντιὰς Ῥώμη* in Anthol. Gr. 4 24 p. 299, 300 etc. Roma Cpolitana in quibusdam codd. Prisciani post lib. 8 et 9 et apud Senat. de Orthogr. c. 12. ἑώα Ῥώμη Themistio orat. 15. Duc.

tur, qui urbes regunt omniumque et rerum et orationum habenas moderantur. (130) horum igitur demereri gratiam et ad hos adire carmina mea oportet; idque confidenter agendum est. ego vero ipse quasi verborum meorum echo resonabo. redeo igitur ad magnum imperatorem.

Non clipeorum hodie me fragor impellit, aut ad occidentales vel Libycas celebrandas victorias feror; neque decantandis tropaeis, quae de caesis tyrannis relata sunt, ferocem animum fatigabo. illaudata maneat hodie partarum de Medis victoriarum gloria. (5) beata Pax, urbium nutrix, quam princeps galeatae longe praefert victoriae, huc age, urbis bono impensos praedicemus labores, et glorioso omni praestantiorem certamine aedem sacris hymnis celebremus, prae qua unica (10) quicquid est excelsi operis admirandum fatiscit.

Tu vero, alma Roma, auctorem salutis tuae principem corona, sinceris laudibus abunde cumulatum, non quod iugum tuum populis

οὐχ ὅτι σῶν ἐτάνυσσεν ὑπέρβια μέτρα θοώκων
τέλσα παρ᾽ ἐσχατόωντα κατ᾽ ὠκεανιτίδας ἀκτάς,
ἀλλ᾽ ὅτι σὸν περὶ πῆχυν ἀπείρονα νηὸν ἐγείρας
Θυμβριάδος ποίησε φαεινοτέρην σε τεκούσης.
εἴξατε μοι, Ῥώμης Καπετωλίδες, εἴξατε, φῆμαι·
τόσσον ἐμὸς βασιλεὺς ὑπερήλατο θάμβος ἐκεῖνο
ὁππόσον εἰδώλοιο θεὸς μέγας ἐστὶν ἀρείων.
ἔνθεν ἐγὼν ἐθέλω σε μελιφθόγγοισι χορείαις,
χρυσοχίτων αἴθουσα, τεὸν σκηπτοῦχον ἀείδειν.
καὶ γὰρ ἄναξ οὐ μοῦνον ἐν ἔντεσι χεῖρα κορύσσων
ῥινοτόρῳ δούλωσεν ἀπείρονα βάρβαρον αἰχμῇ,
ὄφρα τεοῖς ἀδμῆτα λόφον κλίνειε λεπάδνοις
καὶ θέμιδος πτήξειε τεῆς ζυγόν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
τετριγὼς ὑπέροπλα μέλας φθόνος ὤκλασε τόξῳ
ἀστυόχου βασιλῆος, ἐπασσυτέροις δὲ βελέμνοις
ῥωγαλέος δούπησε, πεσὼν δ᾽ ἐβάθυνε κονίην.
καὶ σὺ δὲ πρεσβυγένεθλε Λατινιὰς ἔρχεο Ῥώμη,
σύνθροον ἀείδουσα μέλος νεοθηλέϊ Ῥώμῃ·
ἔρχεο καγχαλόωσα, τεὴν ὅτι παῖδα δοκεύεις
μητρὸς ὑπερτέλλουσαν, ἐπεὶ χάρις ἥδε τοκήων.

156 ἄνθουσα codex. 158 αἰχμὴν codex. 161 τόξῳ G, τόξων N 163 ἐβάρυνε malit G 164 Roma vetus l. 5 C. de Oper. publ. l. 6 C. de Sacros. Eccl. etc. antiqua Corippo l. 1, παλαιὰ καὶ τριπέμπελος Ῥώμη Const. Manass. Duc. 165 σύνθρονον codex: correxit G 166 ἔτι codex.

omnibus imposuit, aut quod immensos solii tui fines (15) ultra remotiores terminos Oceanique littora longe dilatarit, sed quod in recessu tuo immane templum excitans matre tua Tiberina longe te fecit illustriorem. facessite nunc tandem decora omnia, quaecunque de Romano Capitolio fama praedicat: tantum enim meus imperator superavit istud miraculum, (20) quantum idolo deus maximus praestantior est. volo igitur ut tu dulcisonis carminibus, o fornix auro refulgens, imperatorem tuum praedices. ille quippe non in bellis solum manum vibrans infinitos barbaros victoriosis armis subegit, (25) ut indomitam illorum superbiam frenis tuis submitteret et legum tuarum iugum illi vererentur: sed et nigra vehementius frendens invidia imperatoris urbi imperantis armis prostrata succubuit, crebrisque sagittis elisa fragorem edidit, casuque suo sub pulverem alte condita est. (30) tu vero veni, antiqua et Latina Roma, et concors carmen cane novae Romae, et gaude quod natam vides, adhuc puellam, matre multo praestantiorem, quandoquidem ea est parentum gratia.

Ἀνέρες οἷσι μέμηλε θεουδέα θεσμὰ γεραίρειν,
δεῦρό μοι ἀχλυόεσσαν ἀπορρίψαντες ἀνίην
χιονέους ἔσσασθε γεγηθότες ἄψεσι πέπλους.
δάκρυ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς
μέλψομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὔποδας ὕμνους.
οὐρανίων ὤιξεν ἐπὶ χθονὶ κληῖδα πυλάων
Αὐσονίων σκηπτοῦχος, ὅλαις δ' ἐπέτασσεν ἑορταῖς
εὐφροσύνην εὐρεῖαν, ὅλας ἤμβλυνε μερίμνας.
ἐξότε γὰρ δούπησεν ἐρισθενὲς ἔργον ἀνάκτων,
κῆδος ἔην ἀλίαστον ἀνὰ πτόλιν. ἵλαθι μύθῳ,
ἵλαθι τολμήεντι, μεγασθενὲς ἤρανε γαίης.
ἱλήκοις ἐπέεσσι καὶ εἰ τεὸν οὖας ὀρίνω
βαιὸν ὅσον· μεγάλων γὰρ ἐπερχομένη χάρις ἔργων
Ληθαίοις ἐκάλυψε κατηφέα κέντρα ῥεέθροις.
καὶ φάος ἠελίοιο φαάντερόν ἐστιν ὁδίτῃ
χειμερίην μετὰ νύκτα, καὶ ἱμερόεσσα γαλήνη
ἄνδρας ἁλιπλάγκτους μετὰ κύματα μᾶλλον ἰαίνει.
ἵλαθι τολμήεντι, μεγασθενές, ἵλαθι μύθῳ.
Ἤδη μὲν σθεναροῖσιν ἐπεμβεβαυῖα θεμείλοις
σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπε θέσκελος ἄντυξ,
μυστιπόλου δ' ἐτίναξεν ἐδέθλια πάντα μελάθρου·
πάντα δ' ὑπεσκίρτησεν ἐν ἄστεϊ βάθρα θεμείλων,
γαῖα δ' ὑπεστενάχιζεν ἐπὶ χρόνον, ἠερίαις δὲ

184 μᾶλλον margo codicis: ipse θυμὸν.

At vos quibus sacrarum legum honor curae est, (35) huc adeste, et caliginosa deposita tristitia niveis pallis laetabundi membra induite: detersis vero quinque annorum ab oculis lacrimis, ore bene auspicato praestantes hymnos concinamus. caelestium portarum claustra reseravit in terra (40) Romanorum imperator: totis festis ampla gaudia indixit, omnes mentis aegritudines leniit. ex quo enim cum fragore corruit eximium imperatorum opus, immensus passim per urbem planctus exortus est. da veniam audaci orationi, da veniam, potentissime terrarum princeps: (45) verba audi aequo animo, si tantisper aures tuas pulso. nam superveniens ingentium operum gratia Lethaeis fluminibus maeroris stimulos omnes demersit. suavius est iter agentibus post hibernam noctem solis lumen, et iucunda serenitas (50) in mari errantibus post tempestates animum exhilarat. da veniam, fortissime princeps, da veniam audaci orationi.

Iam conciderat admirabilis ille fornix haemisphaerii, fundamentis nixus firmissimis, aedisque patriarchalis solum omne concusserat: (55) subsiliebant urbe tota ima fundamentorum, et ad tempus terra ingemisce-

μισγομένη νεφέλῃσιν ὁμιχλήεσσα κονίη
οὐρανίης ἀμάρυγμα μεσημβρινὸν ἔσκεπεν αἴθρης.
Χριστὲ μάκαρ, σὺ δὲ σεῖο κατ' ἔνδια χεῖρα τανύσσας
αἵμασιν οὐ μεθέηκας ὑπ' ἀνδροφόνοισι μιῆναι
σὴν χθόνα Τελχῖνας κακοεργέας· οὐδὲ γὰρ ἔτλης
ὄμματος ἀχράντοιο βολῇ πανδερκέϊ λεύσσειν
αἷμα χυθὲν τεμένεσσιν ἀναιμάκτοιο θυηλῆς.
οὐδὲ μὲν εὐρύστερνος ὑπώκλασε μέχρι θεμείλων
νηός, ἀριστώδινος ἐελμένος ἄμμασι τέχνης·
ἀλλὰ μιῆς ἀψῖδος ἀπωλίσθησε κεραίη
ἀντολικὴ, σφαίρης τε λάχος κονίῃσιν ἐμίχθη.
ἦν δὲ τὸ μὲν δαπέδοισι, τὸ δ' εἰσέτι, θάμβος ἰδέσθαι,
οἷάπερ ἀστήρικτον ὁμίλεεν ἐκκρεμὲς αὔραις·
πᾶς δὲ κατηφείῃ βεβολημένος ἔστενεν ἀνήρ.
μή τις ἐμὴν σειρῆνα βάλοι νεμεσήμονι μύθῳ
ἀτραπὸν ἀμνήστοιο διαστείχουσαν ἀνίης·
ἡδύτερος μετὰ δάκρυ γέλως, μετὰ νοῦσον ὑγείη.
οὐχ οὕτως ἀκάχησεν ἀπ' αἰθέρος ἐκχυμένη φλὸξ
ἀνέρας, ὁππότε νῶτα κατέφλεγεν ἄχλοα γαίης,
μυρία κάρφομένων ὅτε χεύματα σῖζεν ἀναύρων,
οὐδ' ὅτε καρποτόκοιο κατὰ χθονὸς οὐρανὸς αἴθων
εὐρὺ χανὼν ὤϊξε πύλας δηλήμονος ὄμβρου
καὶ τραφερὸν ξύνωσε πέδον ῥοθίοισι θαλάσσης.
Αὐτὰρ ἐμὸς σκηπτοῦχος ἀπότροπον ἄλγος ἀκούσας
οὐκ ἐπιδὴν ἐκάλυψε νόον σέλας, οὐδὲ κατηφὴς

bat: obscuris mixtus nubibus caliginosus pulvis meridianum caelestis lucis splendorem occuluerat. at tu, bone Christe, manum tuam super templum extendens (60) terram tibi consecratam humana caede a sceleratis ac maleficis pollui non es passus. quippe non potes oculis tuis immaculatis intueri in templis fusum sanguinem, in quibus incruentum sacrificium peragitur. at neque tota (65) aedis inclytae amplitudo a fundamentis procubuit, artis egregiae vinculis constricta: sed unius arcus vertex orientalis corruit, parsque una sphaerae pulveribus est commixta. erat porro pars altera solo iacens, altera ad hanc usque diem, quod visu erat admirabile, minime sustentata et quasi pendula adhuc in aëre morabatur. (70) omnes maerore perculsi gemebant. verum nemo Musae nostrae verbis mordacibus succenseat, quod in oblivione deletas sese effundat calamitates. gratior est post lacrimas risus postque morbum sanitas. non sic ab aëre demissum fulgur perculit (75) homines, cum immensos arescentium torrentium cursus repressit; vel si quando caelum ardens in frugiferam terram late dehiscens largos et nocuos imbres effudit et siccos agros marinis immiscuit fluctibus.

(80) At meus imperator, comperta tam acerba calamitate, non diu

ἠρεμέειν τέτληκεν ἀεργέος ἄμμασιν ὄκνου,
ἀλλὰ μινυνθαδίης ἀπεσείσατο κέντρον ἀνίης,
πρὸς δὲ πόνους ἤϊξε παλινδωμήτορας οἴκου.
τῷ δὲ παρεστηκυῖα σακέσπαλος ἔννεπε Ῥώμη
"παγκρατές, ὀλβιόμοιρε, Δίκης ἕδος, ἕρμα πολήων,
ἕρπασε βασκανίη με, χάρις δέ τίς ἐστι Μεγαίρης
ὅττι σέθεν ζώοντος, ὅτ' ἐγγύθεν ἐστὶν ἀρωγή,
στήθεσιν ἡμετέροισι περιῤῥαγὲς ἕλκος ἀνίσχει.
ἀλλά, μάκαρ, (δύνασαι γὰρ ἐφ' ἕλκεϊ φάρμακα πάσσειν)
χεῖρα τεὴν προτίταινε, ῥυηφενέος τροφὸν ὄλβου.
πάντα κυβερνητῆρι τεῷ διέπουσα χαλινῷ
ὑμετέροις ὑπέθηκα τροπαιοφόροισι θριάμβοις.
ἠρεμέει καὶ Μῆδος ἄναξ καὶ Κελτὶς ὁμοκλή,
καὶ ξίφος ὑμετέροις φιλοτήσιον ὤπασε θώκοις
Ἰνδὸς ἀνήρ, ἐλέφαντας ἄγων καὶ μάργαρα πόντου.
Καρχηδὼν γόνυ δοῦλον ἐμοῖς ἔκλινε τροπαίοις.
εἰς ἐμὲ φορτὶς ἅπασα φερέσβιον ἐλπίδα τείνει,
κύκλιον εἰσορόωσα δρόμον διδυμάονος ἄρκτου,
ὥς κεν ἐμοῖς τεκέεσσιν ἐπίῤῥυτον ὄλβον ὀρέξω·
ἐμπορίην δ' ἀνάγοντες ἐπιπνείουσιν ἀῆται.
ταῦτα τεοῖς καμάτοισιν ἐφέσπεται· ἀλλ' ἐπὶ πάσης

σ

221 *Μεγαίρης* G, *μεγαίρειν* codex. 222 *ὅτε* a Salmasio vel Ducangio addita. post v. 222 N in margine, literis quadratis: *ὅττι σέθεν ζώοντος ἐπέχραε κάλλεϊ ῥώμης.* eum versum Ducangius et Graefius receperunt. 225 *στροφὸν* codex.

praeterea occuluit mentis aciem, neque adduci potuit ut quantumvis maestitia oppressus inertis ignaviae vinculis detineretur ac quiesceret: sed brevissimi doloris stimulum excussit, et ad reaedificandae aedis labores sese accinxit. (85) adstans vero bellicosa Roma eum sic est allocuta. "potentissime, fortunate, iustitiae sedes, urbium columen, nescio quae me subit indignatio (et suam habet quandam indignatio voluptatem) quod vivente te, dum praesens adest auxilium, Roma pulchritudinem amiserit, (90) et pectoribus nostris undique disruptum ulcus exoritur. sed tu, o fortunate, (potes enim ulceri medicamentum adhibere) manum tuam porrige affluentis beatitatis nutricem. omnia tuis gubernans auspiciis tuis inclytis triumphis subieci. (95) quiescit Medorum rex et Gallorum vociferatio. ipse Indus cum suis elephantis ad tuum solium gladium et margaritas maris ultro attulit. meis tropaeis servilia flexit genua Carthago. naves omnes onerariae (100) geminae ursae cursum respicientes ad me tendunt tanquam ad spei suae metam, spei quae affert commoda, sic ut affluentem opum copiam liberis meis impertiam; ipsique advehendis mercibus aspirant venti. haec tuos comi-

ἀγλαΐης Θημῶνι πεσεῖν ὑπὸ χεύματα Λήθης
μήποτέ μοι, σκηπτοῦχε, τὸ θέσκελον ἔργον ἐάσῃς. 105
οὐ γάρ, ἄναξ, εἰ καί σε καταπτήσσουσι κλιθέντα
Αὐσονίοις θεσμοῖσιν ἀπείρονος ἔθνεα γαίης,
εἰ καὶ πᾶσαν ἔδειμας ἐμοὶ πόλιν, οὔποτε δήεις
σύμβολον ὑμετέροιο φαάντερον ἄλλο θοώκου."
ὣς φαμένη χαρίεντα λιλαίετο χείλεα πῆξαι 110
ποσσὶν ἀνακτορέοισιν. ὁ δ' ἴλαον ἠθάδι Ῥώμῃ
δεξιτερὴν ὤρεξεν, ὑποκλάζουσαν ἐγείρων.
ἦκα δὲ μειδήσας, ἵνα μυρίον ἄλγος ἐλάσσῃ,
εὐφροσύνης πλήθοντας ἀκηδέος ἔκφατο μύθους.
"ῥῖψον ἄχος, βασίλεια πόλις, μὴ θυμὸν ὀρίνῃς· 115
ὣς βέλος οὐ νίκησε τεὸν σάκος, οὐδέ τις ἄλλη
ἄκλονον ἐστυφέλιξε τεὴν φρένα βάρβαρος αἰχμή,
μηδὲ βαρυτλήτοισιν ὑποκλάζοιο μερίμναις.
τέτλαθι, παμβασίλεια πόλις, μὴ θυμὸν ἀμύξῃς·
καὶ γὰρ ἐμοῖς καμάτοισιν ἀοιδοτέρην σε τελέσσω, 120
αὖτις ἀναστήσας κορυφὴν εὐάντυγα νηοῦ."
"Ὡς φάμενος τεμένεσσιν ἐπείγετο, καὶ τάχα μύθου
γείτονος ἔργον ἔην ταχινώτερον· ὀρνύμενος γάρ,
ὡς Θέμις, οὐκ ἀνέμιμνε συνέμπορον ἀσπιδιώτην,
χρύσεον ἀγνάμπτοιο κατ' αὐχένος ὅρμον ἑλόντα, 125

οις ου ξ
240 αὐσονίης codex. 242 θοώκων codex. 251 ὑποκλάσσοιο codex.

tantur labores. verum cum omni pulchritudinis thesauro (105) ne Lethaeis fluminibus, o imperator, tam divinum opus obrui patiaris. licet enim, o princeps, revereantur te immensi orbis gentes, quae Romanis legibus colla submittunt, etiamsi totam urbem mihi struxeris, nunquam reperies illustrius throni tui monumentum." (110) haec locuta pedibus imperatoris grata oscula figere annixa est. at ille faventem porrexit familiari Romae dexteram, et procumbentem erexit. suaviter vero subridens, ut infinitum dolorem pelleret, haec verba sincerae laetitiae plena effatus est. (115) "depone dolorem, urbs regia, nec vexes animum: ut nullum iaculum clipeum tuum laesit, nec quaevis alia barbarorum vis immotam mentem tuam hactenus concussit, ita ne succumbas acerbis licet calamitatibus. perfer, urbium princeps, nec animum vellices: (120) etenim laboribus meis longe te efficiam celebriorem, rursum erigens templi verticem praeclaris fornicibus adornatum."

Haec fatus ad templum progreditur, et dicto citius operi manum admovet. festinans enim, uti par erat, non exspectavit clipeatos custodes, donec (125) aureum superbae cervici torquem aptassent, non au-

οὐ χρυσῆν τινὰ ῥάβδον ἀεὶ πρυκέλευθον ἀνάκτων,
οὐ στρατὸν ἠνορέῃσι κεκασμένον εὔποδος ἴβης,
σύνδρομον εὐόπλοιο μελαγκρήπιδα κελεύθου.
ἐξαπίνης δ' ἑκάτερθε συνέρρεον ἄλλοθεν ἄλλοι
προφθαμένου βασιλῆος· ἐπεκτύπεον δὲ βοεῖαι 130
ἀνδρῶν στεινομένων, κανάχιζε δὲ συμμιγὲς ἠχώ.
ἀλλ' ὅτε δὴ κατὰ νηὸν ἐδύσατο καὶ βάσιν ἔγνω
δώματος ἀστυφέλικτον, ὅλην ἔτρεψε μενοινὴν
ἐς κορυφὴν περίμετρον, ἐπευφήμησε δὲ τέχνην
καὶ νόον Ἀνθεμίοιο, κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ. 135
κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
εὐκαμάτων βουλῆσιν ὑποδρήσσων βασιλήων,
δεινὸς ἀνὴρ καὶ κέντρον ἑλεῖν καὶ σχῆμα χαράξαι,
ὅς τοίχοις ἐνέηκε τόσον σθένος ὅσσον ἐρίζειν
δαίμονος ἀντιβίοιο βαρυτλήτοισιν ἐρωαῖς. 140
οὐ γὰρ ἀποτμηγέντος ἐρικνήμοιο καρήνου
ὤκλασεν, ἀλλ' ἀδόνητον ἐϋκρήπιδι θεμείλῳ
ἴχνος ἐπεστήριξεν, ἐπὶ προτέροισι δὲ τοίχοις
ἰθυντὴρ μεγάλοιο παρ' Αὐσονίοισι θοώκου
αὖτις ἀμωμήτοιο χάριν δωμήσατο κόρσης. 145
Ἀλλὰ τίς ἂν μέλψειεν ὅπως ὑψαύχενι κόσμῳ
νηὸν ἀνεζώγρησε; τίς ἄρκιός ἐστι χαράξαι
μῆτιν ἀριστώδινα πολυσκήπτρου βασιλῆος;

259 χρυσῆς codex. rhomphaeas, de quibus dixi ad Alexiadis p. 13. Duc. 273 Daemon contrarius dicitur in Epist. S. Barnabae et aliquot Glossariis. Duc. 277 θοώκοις margo.

reas illas secures quae imperatores semper praecedunt, non exercitum illum ex strenua et alacri iuventute conflatum, nigris insignem caligis, qui principem per vias comitari solet armatus. derepente undique confluxere alii aliunde, (130) praeeunte imperatore. fragorem edidere confertorum virorum clipei, confusum sonum echo reddebat. at cum templum subiit et ima aedis firma agnovit, omnem curam convertit ad rotundum fastigium. laudavit vero (135) artem et prudenti instructam consilio mentem Anthemii. vir ille primum iecerat templi fundamenta, laboriosorum imperatorum obsecutus mandatis, vir admodum industrius in eligendo centro et in formis aedificiorum delineandis; qui muris tantum tribuit firmitatis quantum satis erat, ut cum contrarii et obnitentis daemonis intolerando impetu contendere possent. (140) neque enim procubuerunt, excelso vertice avulso: sed concussam imam partem firmissimo fundamento sustentavit magni Romanorum imperii rector, (145) et super muris prioribus rursum praestantissimi verticis decorem exstruxit.

Sed quis enarret ut ambitioso ornatu templum instauraverit? quis par est exprimendae verbis magnorum operum effectrici potentissimi

κεῖνα μέν, ὦ σκηπτοῦχε, μεμηλότα τέκτονι τέχνῃ
λείψομεν, εὐκαμάτων δὲ τεῶν ἐπὶ τέρματα μόχθων
ἵξομαι, ἀρτιτέλεστον ἰδὼν σέβας, ᾧ ἔπι πάσης
Θεῖος ἔρως ἀκτῖνας ἀνεπτοίησεν ὀπωπῆς.
πᾶς βροτὸς ἀγλαόμορφον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τανύσσας
οὐκ ἐπιδὴν τέτληκεν ἀναγναμφθέντι τραχήλῳ
κύκλιον ἀστροχίτωνος ἰδεῖν λειμῶνα χορείης,
ἀλλὰ καὶ ἐς χλοάουσαν ἀπήγαγεν ὄμμα κολώνην,
καὶ ῥόον ἀνθεμόεντος ἰδεῖν ἐπόθησεν ἀαύρου
καὶ στάχυν ἠβώοντα καὶ εὐδένδρου σκέπας ὕλης
πώεά τε σκαίροντα καὶ ἀμφιέλικτον ἐλαίην,
ἄμπελον εὐθαλέεσσιν ἐπικλινθεῖσαν ὀράμνοις,
καὶ χαροποῦ γλαυκῶπιν ὑπὲρ πόντοιο γαλήνην
ξαινομένην πλωτῆρος ἁλιβρέκτοισιν ἐρετμοῖς.
εἰ δέ τις ἐν τεμένεσσι θεουδέσιν ἴχνος ἐρείσει,
οὐκ ἐθέλει παλίνορσον ἄγειν πόδα, θελγομένοις δὲ
ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα πολύστροφον αὐχένα πάλλει·
πᾶς κόρος εὐπήληκος ἐλήλαται ἔκτοθεν οἴκου.
τοῖον ἀειφρούρητος ἀμεμφέα νηὸν ἐγείρει
κοίρανος ἀθανάτοιο θεοῦ χραισμήτορι βουλῇ.
σοῖς γάρ, ἄναξ, καμάτοισιν ἐφέλκεαι ἵλαον εἶναι
Χριστὸν ὑπερκύδαντα διαμπερές. οὐ γὰρ ἐρεῖσαι
Ὄσσαν ἐρικνήμιδα κατ᾽ Οὐλύμποιο καρήνων
ἤθελες, οὐκ Ὄσσης ὑπὲρ αὐχένα Πήλιον ἔλκειν,

298 πάλλειν codex.

principis prudentiae? sed his, o princeps, quae arte architectonica accurata sunt, relictis, (150) ad laboriosorum operum tuorum terminum veniam, confectum nuper miraculum intuens, super quo divinus amor oculorum omnium radios exterruit. quisquis in caelum splendens oculos sustulit, non iam potest (155) rotundum choreae astris distinctae pratum inflexa cervice intueri, sed et in virentem collem oculos statim deflectit, et floridi torrentis cupit videre latices atque pubescentem spicam et consitae arboribus silvae opacum, pecora etiam saltitantia et circumvolubilem olivam, (160) vitem viridibus innixam ramis, caeruleamque in mari tranquillitatem nautae remis humidis percussam. si quis vero in divinum hoc templum pedem inferat, ex eo recedere amplius renuit: (165) sed huc et illuc, oculis oblectatis, caput attollit et circumfert. omnis extra aedem egregie fastigiatam pellitur satietas. sic nempe, opitulante dei immortalis consilio, illustre templum excitat imperator. tuis quippe, o princeps, laboribus adscribendum, quod in omnibus propitius sit (170) gloriosus Christus. neque enim Olympi verticibus excelsam Ossam aut Ossae cacuminibus Pelion imponere aggressus es, aërem hu-

ἀμβατὸν ἀνδρομέοισιν ὑπ᾽ ἴχνεσιν αἰθέρα τεύχων·
ἀλλ᾽ ὁσίοις μόχθοισιν ὑπέρτερον ἐλπίδος ἔργον
ἐξανύσας ὀρέων μὲν ἐπεμβάδος οὔτι χατίζεις,
ὥς κεν ἀναΐξειας ἐς οὐρανόν, εὐσεβίης δὲ
ἰθυπόροις πτερύγεσσι πρὸς αἰθέρα δῖον ἐλαύνεις.
Ἀλλὰ τί δηθύνω λαθικηδέος ἦμαρ ἑορτῆς
ὑμνῆσαι; τί δὲ μῦθον ἐλίσσομεν ἔκτοθι νηοῦ;
ἴομεν, ἐν τεμένεσσι θεὸν δ᾽ ὑμνήσατε μύσται,
ἱκέσιον καλέοντες ἐμῶν χραισμήτορα μύθων.
Ἄρτι μὲν ἀμβλυνθεῖσα γένυν μετὰ βότρυας ἅρπη
ἐσσομένης ἀνέμιμνε θερειγενὲς ἔργον ἀμάλλης,
ἠέλιος δὲ νότοιο παρὰ πτερὸν ἡνία πάλλων
αἰγὸς ἐς ἰχθυόεντος ἀθαλπέας ἤλασε μοίρας,
ἄρτι κατηφήσαντα λιπὼν ἀφετῆρα βελέμνων.
ἦλυθε δ᾽ ἠριγένεια σεβάσμιος, οἰγομένη δὲ
ἄμβροτος ἀρτιδόμοιο πύλη μυκήσατο νηοῦ,
λαὸν ἔσω καλέουσα καὶ ἤρανον, εὖτε κελαινὴ
νὺξ μινύθει καὶ πᾶσιν ἀέξεται ἠμάτιον φῶς,
ὡς ἐτεὸν μινύθει, μεγάλου νηοῖο φανέντος.
νὺξ ἀχέων, καὶ πάντας ἐπέδραμε χάρματος αὐγλη.
ἔπρεπέ σοι, σκηπτοῦχε μεγασθενές, ἔπρεπε Ῥώμῃ,
ἔπρεπεν ἀμβροσίοιο θεοῦ προκέλευθον ἑορτῆς
ὑμετέροις λαοῖσι θύρην νηοῖο πετάσσαι.

313 melius iungi *ἴομεν ἐν τεμένεσσι* monet Hermannus. 314 *ἱκέσιοι* G 318 *ἰχθυόεντας* codex. *ἦλασε* G: vulgo *ἤλαε*.

manis pedibus scansilem efficiens. sed confecto sacris laboribus tuis opere, quod spem omnem de ipso conceptam (175) superat, iam montibus non eges, quibus tanquam gradibus caelum conscendas, sed pietatis alis recta tendentibus in divinum illud domicilium inveheris.

Sed cur moramur laetum festi diem celebrare? curve orationem a templo abducimus? (180) eamus. deum in templo laudate, sacerdotes, meorum adiutorem carminum suppliciter invocantes.

Nuper falx obtusa acie post uvam exspectabat aestivum opus futuri manipuli: sol vero versus austrum habenas quatiens (185) ad frigidas capri marini plagas properabat, relicto nuper subtristi sagittario. venerat autem veneranda aurora, et aperta recens exstructi templi porta immortalis sonitum dederat, populum et imperatorem invitans ut ingrederentur, quando nigra (190) nox minuitur et omnibus diei lux augetur. quam vere, cum magnum apparet templum, nox dolorum decrescit, et cunctos invasit laetitiae lux. te decebat, imperator potentissime, et te quoque, Roma, fores immortalis festivitatis praevias (195) populis ve-

ἔπρεπεν ἐξείης μετὰ θέσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο
ζωοτόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἱκέσθαι.
καὶ δὴ νὺξ τετέλεστο προηγέτις εὐπόδος ἠοῦς
εὐφροσύνην καλέουσα, θεοῦ δ' ὑπεδέξατο κῆρυξ
ἄμβροτος ἀγρύπνοιο λαῶν κελάδημα χορείης
θεσπεσίοις τεμένεσσι νέοις, ὅθι μυστίδι φωνῇ
παννυχίους Χριστοῖο βιαρκέος ἀνέρες ὕμνους
ἀσπασίως ἐβόησαν ἀσιγήτοισιν ἀοιδαῖς.
ἀλλ' ὅτε δὴ σκιόεσσαν ἀναστείλασα καλύπτρην
οὐρανίας ῥοδόπηχυς ὑπέδραμεν ἄντυγας αἴγλη,
δὴ τότε λαὸς ἅπας συνεγείρετο, πᾶς τε θοώκων
ἀρχός, ὑποδρήσσων σθεναροῦ βασιλῆος ἐφετμαῖς
καὶ Χριστῷ βασιλῆϊ χαρίσια δῶρα κομίζων,
ἱκεσίοις στομάτεσσι θεουδέας ἤπυεν ὕμνους,
ἄργυφον εὐκαμάτοις ὑπὸ χείρεσι κηρὸν ἀνάπτων.
ἕσπετο δ' ἀρητήρ, ἱερῆς δ' ἐξῆρχε χορείης,
ἀρητὴρ πολύυμνος, ὃν ἄξιον εὗρετο νηυῦ
Αὐσονίων σκηπτοῦχος· ὅλης δ' ἐστείνετο Ῥώμης
ἀτραπὸς εὐρυάγυια. μολὼν δ' ἐπὶ θέσπιδας αὐλὰς
δῆμος ἅπας ἐσέβωσε χαρίσιον, οὐρανίας δὲ
ἀχράντους ἐδόκησεν ἐς ἄντυγας ἴχνια θέσθαι.
Οἴξατέ μοι κλῄϊδα θεουδέες, οἴξατε μύσται,
οἴξατε δ' ἡμετέροισιν ἀνάκτορα θέσκελα μύθοις,

333 λαῶν] γρ. πέλων et γρ. τελῶν margo codicis, τελεῖν G
339 συναγείρετο G 348 ἐβόησε G, γρ. ἐσεβόησε margo.
351 ὑμετέροισιν N

stris pandere. decebat post divinum istum diem deinceps vitae parentis Christi natalem advenire. et iam exacta erat praevia nox caelestis aurorae laetitiam vocans, et dei praeco (200) immortalis, vigilantis chori concentum in magnifica nova aede exceperat, ubi sacra voce benefici Christi laudes tota nocte homines perpetuis carminibus laeti decantaverant. at ubi velo reducto caelestes fornices (205) subiit rosea lux, tum populus omnis coiit, omnesque palatii proceres, fortissimi imperatoris praecepto, et Christo regi gratulatoria ferentes munera, ore supplici divinos hymnos cecinere, candidum cereum prae manibus ferentes. (210) sequebatur sacerdos, et sacro choro praeerat laudandus pontifex, quem Romano templo dignum censuit imperator. totius porro Romae via quamlibet lata angusta erat. (215) pergens vero populus ad divinas aedes gratulationem publicam celebravit, sibique visus est in caelestes illos fornices pedem figere.

Pandite mihi, divini sacerdotes, pandite fores; aperite meis sermo-

εὐχωλὴν δ᾽ ἐπέεσσι κομίσσατε· καὶ γὰρ ἀνάγκη
ἅπτομένοις βαλβῖδος ἐς ὑμέας ὄμμα τανύσσαι.
Τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια κύκλων
ἡμιτόμων· ὕψοῦ δὲ μετ᾽ ὄρθιον αὐχένα τοίχων
σφαίρης τετρατόμοιο λάχος τὸ τέταρτον ἀνέρπει,
οἷον ὑπὲρ τριλόφοιο καρήατος, ὑψόθι νώτων,
σχῆμα πολυγλήνοισι ταὼς πτερύγεσσιν ἐγείρει.
κόγχας ταῦτα κάρηνα σοφοὶ τεχνήμονι μύθῳ
ἀνέρες ηὐδάξαντο· τὸ δ᾽ ἀτρεκές, εἴτ᾽ ἀπὸ κόγχου
εἰναλίου καλέουσι δαήμονες εἴτ᾽ ἀπὸ τέχνης,
αὐτοί που δεδάασι. μέση δ᾽ ἐζώσατο θώκους
μυστιπόλους καὶ βάθρα περίδρομα. καὶ τὰ μὲν αὐτῶν
ὑστατίην ὑπὸ πέζαν ἀολλίζουσα συνέλκει
ἐγγύτερον περὶ κέντρον ἐπὶ χθονός· ὅσσα δ᾽ ἀνίσχει
ὑψόθεν, εὐρύνουσι διάστασιν ἄχρι θοώκων
ἀργυρέων κατὰ βαιόν, ἀεξομένοισι δὲ κύκλοις
αἰὲν ἐπεμβαίνουσαν ἐπειλίσσουσι κεραίην.
τὴν δὲ μετεκδέχεται κρατεροῖς ἀραρυῖα θεμείλοις
ἐς βάσιν εὐθύγραμμος, ὕπερθε δὲ κύκλιος ἄντυξ,
σχήμασιν οὐ σφαίρης ἐναλίγκιος ἀλλὰ κυλίνδρου
ἄνδιχα τεμνομένοιο. δύω δ᾽ ἐς κίονας ἄλλας
κόγχας ἀμφοτέρωθι προβάλλεται ἐς δύσιν ἕρπειν,
οἷάπερ ἐκτανύουσα περιγαμφθέντας ἀγοστούς,

354 ἀρχὴ τῆς ἐκφράσεως τοῦ ναοῦ margo. 363 τὸ μὲν αὐτῆς codex.

nibus divina penetralia; carminibus decus afferte: necesse quippe est ut qui (220) valvas tangunt, ad vos oculos attollant.

Triplex ad orientem in semicirculi speciem compositum patet domicilium: superne autem in superiori murorum crepidine sphaerae quarta pars assurgit, eam referens (225) figuram quam supra caput tribus cristis insigne in expanso tergo pennis oculatis excitat pavo. conchas hos vertices, artis architectonicae vocabulo, vocant viri intelligentes: quod autem certum est, nomen illud sive a conchae marinae figura indidere periti, sive ab arte utcunque didicere. media concha sedes (230) sacerdotales complectitur et subsellia in orbem circumducta; et quidem aliqua ex ipsis sub extremum marginem colligens humi proxime circa centrum contrahit. quaecunque autem superne assurgunt, spatium suum usque ad sedes argenteas sensim extendunt, et excrescentibus circulis semper impositum apicem circumvolvunt. (235) hanc excipit concameratio validis incumbens fundamentis, in ima quidem parte in rectas ducta lineas, superne vero in orbem composita, neque tamen circuli omnino sed cylindri bifariam divisi figurae similis. duas vero (240) conchas alias versus columnas utrinque protendit ad occidentem progredientes, veluti

λαὸν ὅπως πολύυμνον ἑοῖς ἀγκάσσεται οἴκοις.
καὶ τὰς μὲν χρυσέοισιν ἐλαφρίζουσι καρήνοις
στικτοὶ πορφυρέοισιν ἀποστίλβοντες ἀώτοις
κίονες, ἡμιτιμῆγι περισταδὸν ἀντυγι, κύκλον
ἄχθος ἀερτάζοντες ὑπέρβιον, οὓς ποτε Θήβης
Νειλώης ἐλόχευσαν ἐϋκνήμιδες ἐρίπναι.
κίοσι μὲν δοιοῖσιν ἀείρεται ἔνθα καὶ ἔνθα
ἀμφοτέρης ἀψῖδος ἐδέθλια· τριχθαδίας δὲ
ἡμιτελεῖς ἀψῖδας ὀλίζονας ἴχνεσι κόγχης
ἄνδρες ὑπειλίξαντο δαήμονες, ὧν ὑπὸ πέζαν
κίονες ἱδρύσαντο καρήατα δέσμια χαλκῷ,
γλυπτά, χρυσεότευκτα, παραπλάζοντα μερίμνας.
εἰσὶ δὲ πορφυρέαις ἐπὶ κίοσι κίονες ἄλλαι,
ἀγλαὰ Θεσσαλικῆς χλοερώπιδος ἄνθεα πέτρης.
ἔνθα τε θηλυτέρων ὑπερώϊα καλὰ νοήσεις·
σχημ...ολον φορέουσιν, ὃ νειόθεν ἔστιν ἰδέσθαι·
ἓξ δ' ὑπὸ Θεσσαλικῇσι καὶ οὐ δύο κίοσι λάμπει.
ἔστι δὲ θαμβῆσαι νόον ἀνέρος, ὅς ποτε δοιαῖς
πήξατο θαρσαλέως ἐπὶ κίοσι τρισσάκι δοιάς,
οὐδὲ βάσιν κενεοῖο κατ' ἠέρος ἔτρεσε πῆξαι.
πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονος ἀνὴρ
λαϊνέοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν, ἔνθα κλιθεῖσαι
ἐργοπόνους ἀγκῶνας ἐπηρείσαντο γυναῖκες.

378 κύκλους codex. 379 ἀερτάζοντας codex. 389 δὲ G
390 σχῆμα θόλου margo Ducangianae, σχῆμα δ' ἴσον G 391 δ' ... εσσαλικησι καλοῦ δύο N

ulnas suas extendens, ut populum canentem in suis aedibus complectatur. et has quidem sustentant aureis capitellis variegatae et purpureis splendentes floribus (245) columnae, circumstantes dimidiam testudinem, arcus immensum pondus sustinentes, quas Niliacarum quondam Thebarum montes excelsi peperere. utrinque igitur ima utriusque fornicis binis columnis attolluntur. (250) dimidiatos vero arcus duos minores sub conchae vestigiis et parte infima sinuarunt periti artifices; quorum sub imam crepidinem tollunt columnae fastigia aere revincta ac aurata, tanta cum elegantia ut eorum aspectu curae omnes depellantur. porphyreticis hisce columnis incumbunt aliae, (255) viridis Thessalici lapidis flores splendidi. hic vero praeclaras feminarum superiores porticus licet intueri, quae tholi formam praeferunt, quod quidem ab imo intueri licet. eae sub sex Thessalicis columnis, non vero sub duabus fulgent. hic autem artificis ingenium licet demirari, qui duabus columnis (260) duas alias imposuit, neque earum basim vacuo in aëre defigere perhorruit. at quicquid inter Thessalicas columnas interiacet, lapideis pluteis communiit artifex, quibus innixae mulieres laboriosos cubitos subfulciunt.

Οὕτως ἀντολικὰς μὲν ἐπ᾽ ἄντυγας ὄμμα τανύσσας
Θάμβος ἀειδίνητον ἐσόψεαι. ἀλλ᾽ ἐπὶ πάσαις
ἐκφύεται πολύκυκλον ὑπὲρ σκέπας οἷά τις ἄλλη
ἀψὶς ἠερόφοιτος ἀνευρύνουσα κεραίην
ἠερίην θεῖσαν .... σει δ᾽ ἄχρι καρήνου
ἄχρι βαθυκνήμοιο καὶ ο γόος, ἧς κατὰ νῶτον
πυθμένας ἐρρίζωσε μέσου κόρυς ἄμβροτος οἴκου.
ὣς ἡ μὲν βαθύκολπος ἀνέσσυται ἠέρι κόγχη,
ὑψόθεν ἀντέλλουσα μία, τρισσοῖσι δὲ κόλποις
νέρθεν ἐπεμβεβανῖα, διατμηγεῖσα δὲ νώτοις
πένταχα μοιρηθέντα δοχῆϊα φωτὸς ἀνοίγει,
λεπταλέαις ὑάλοις κεκαλυμμένα, τῶν διὰ μέσσης
φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα φαεσφόρος ἔρχεται ἠώς.

*Διαιρεθείσης πάλιν τῆς ἀκροάσεως προελέχθησαν οἱ ὑποκείμενοι ἴαμβοι *).*

Εἰ μὲν πρὸς ἄλλο θέατρον ὑμᾶς συγκαλεῖν
συχνῶς ἐπεχείρουν, ἄλογον ἄν τις εἰκότως
ἡγήσατο τοῦτο· νῦν γε μὴν εὖ οἶδ᾽ ὅτι
πρὸς τὸν νεὼν δραμάντες αὖθις τὸν μέγαν

402 ..... εῖσαν..... σει δ᾽ ἄχρι καρ .... N, ἠερίην θεῖσαν τύπον Ἰριδος ἄχρι καρήνου G 403 neque ἄχρι neque o apparet in N. pro o γόος margo Ducang. et G ἄντυγος νῶτον codex. 410 φαεσφόρος margo Ducang. ..... ος N *) λιν τῆς ἀκροάσεως et mox ἴαμβοι add margo Ducang. 412 ἄλογον G, ον codex.

(265) Sic dum versus orientales fornices oculos attollis, perpetuum intueris miraculum. sed et praeter hos omnes emergit super multis constantem arcubus testudinem veluti quidam alius fornix excelsior, qui verticem aërium explicat et dilatat. assurgit autem usque ad caput (270) immensi istius fornicis, cuius in tergo fundamenta fixit mediae aedis vertex. igitur concha in aërem ampla attollitur, superne quidem una exoriens, trinis vero recessibus inferne innixa, dorsis autem dispertita (275) quinquefariam separata ac divisa lucis receptacula aperit, levioribus vitris operta, per quorum medium belle coruscans ingreditur aurora.

Divulso rursum auditorum consessu in modum praefationis recitati sunt subiecti iambi.

Si ad aliud theatrum saepe vos convocare aggrederer, illud fortassis quispiam nugas merito existimaret. nunc autem ad magnum templum

ἐρᾶτε πάντες τῆς ἀκοῆς ὡς τῆς θέας.
οὐκοῦν τὸ λοιπὸν προσκαταθήσω τοῦ χρέους

Πάντα καὶ ἑσπερίην τις ἐπὶ κλίσιν ἴσα νοήσει
σχήμασιν ἠῴοις, ὀλίγων ἄτερ. οὐ γὰρ ἐκείνῃ
μεσσάτιον κατὰ χῶρον ἔλιξ περιδέδρομεν ἀντυξ
οἷάπερ ἀντολικοῖς ἐπὶ τέρμασιν .....ς
ἵδμονες ἀρητῆρες ἐνίδρυσαν .....
ἀργυρέοις στίλβοντας ἀπειρεσι .....ς
ἀλλὰ δύσις πυλεῶνα μέγαν πολ.....χει,
οὐχ ἕνα· τριχθαδίους γὰρ ἔχει κατὰ τε....άθρου.
μηκεδανὸς δ' ἐπὶ τοῖσι πύλαις παραπέπταται αὐλών,
δεχνύμενος προσιόντας ὑπ' εὐρ..οισι θυρέτροις,
μῆκος ἔχων ὅσον εὖρος ἀνάκτορα θέσκελα νηοῦ.
χῶρος ὅδε Γραικοῖσι φατίζεται ἀνδράσι νάρθηξ.
ἐνθάδε τις κατὰ νύκτα διαμπερὲς ἦχος ἀνέρπων
Vive, o imperator, ad multos annos, (505) et lucem Occidenti pariter Orientique affunde: in te quippe curas suas deponere novit Aurora et Vesper, o laudate princeps. tibi caeruleam in omnibus maritimae terrae urbibus portus serenitatem reservant, et effusi maris fluctus sinuosis sub anfractibus comprimentes (510) spumantem illius mitigant fragorem. cessere etiam aquae fluminum, fluctibus suis mugientes; nec amplius rapaces cursus viatoribus inficiunt. quisquis enim videt Sangarium Mygdonium in Bithyniae finibus, invictis prius insolescentem fluentis, (515) lapideo ponte nunc revinctum, assentationis nostrorum carminum numeros non arguet.

Haec tibi, o fortunate et beate princeps, longaevas vitalium annorum accessiones adiungunt; haec triumphis occidentalibus Libycisque et orientalibus (520) imperium tuum munerant. haec tyrannorum, qui pessima audacia sibi manus intulere, priusquam arma capesseres, cervices saepius praecipitarunt: horum etiam attrivere capita, priusquam nefandos ausus tibi fama nuntiaret. si quando enim (525) paululum cunctata iustitia infensum tibi hominem aliquem ad pedes tuos adduxit,

ἀντιβίων τινὰ φῶτα, κατευνάζεις μὲν ἀέλλας
εὐθὺς ἀναγκαίοιο χόλου, στρεπτὴν δὲ γαλήνην
εὐθὺς ἄγεις, καὶ δεσμὸς ὁ χάλκεος, ὁ πρὶν ἐέργων
ἀνέρα ποιναίοισιν ἐν ἄμμασιν, εὐθὺς ἀνοίγει
αὐχενίην κλῆῖδα· σὺ δ' ἵλαον ὄμμα τανύσσας
τὸν πρὶν ἐριδμαίνοντα, σέθεν ζυγόδεσμιον ἀράξας,
ἀντὶ φόνου ζωστῆρας ἐς αἰγλήεντας ἀέξεις.
κερδαίνεις δ' ὅσα τύμβος ἀμείλιχος εἶχε καλύψαι
γυῖα τεοῦ θεράποντος· ἀφ' ὑμετέρης δὲ γαλήνης
νικηθείς, τρισέβαστε, πολὺ πλέον ἠὲ σιδήρῳ
εἰς σὲ μεταστρεφθεῖσαν ὕλην φρένα δέσμιος ἕλκει,
ἐκ δὲ φόβου πρὸς ἔρωτα τεὸν καὶ πίστιν ἄέξας
ὑμετέροις ἐθέλοντα λόφον δούλωσε λεπάδνοις·
οἶσθα γὰρ ὅσσον ἔρως κρατερώτερός ἐστιν ἀνάγκης,
οἶσθα καὶ ὡς νομίοισιν ἐν ἄνθεσι πολλάκι ταῦρος
πειθόμενος σύριγγι καλαύροπος ἦχον ἀλύσκει.
Ἔνθεν ἀεὶ καμάτοιο τεοῦ προκέλευθος ἀνέστη
Χριστὸς ἄναξ, βουλὰς δὲ κυβερνητῆρι χαλινῷ
σεῖο κατιθύνει κρατερόφρονας, εἴτ' ἐπὶ χάρμην
φάσγανα γυμνῶσαι τελέθει χρέος εἴτε καλύψαι·
ὅς σε καὶ ἀρητῆρα θεουδέα δῶκεν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως κραναὴν ἀρετῆς τετράζυγος οἶμον
πᾶσαν ἐπιτροχάοντα, τὸν ἠγαθέοισι θοώκοις
Ῥώμης οὐρανίη τις ἐφήρμοσεν ἔνθεος ὁμφή.

951 ὑφ' G

necessariae iracundiae procellas confestim sedas, et reducem continuo refers serenitatem; vinculumque aereum, quod poenali prius nexu constringebat hominem (530) cervicem statim relaxat. tu vero propitium aperiens oculum eum, qui tuus prius hostis erat, auges honoribus et cingulo donas, effractis vinculis quibus hominis neci destinati collum alligabatur. et quae famuli tui membra immitis tumulus contegere debuit, lucrifacis; vinctusque tua magis serenitate, (535) o terauguste, quam ferro superatus animum ad te totum convertit, eumque ex metu in tui ipsius amorem et fiduciam transferens, tuis lubens verticem frenis subiecit. nosti enim quanto sit amor vi ac necessitate potentior: (540) nosti ut in pascuis persaepe taurus fistula persuasus pedi fragorem evitat.

Inde semper laborum tuorum praecursor tibi fit Christus, ac sublimia tua consilia gubernatrice manu dirigit, sive ad bella (545) enses nudare sive recondere necesse sit; qui divinum pontificem tibi dedit eligere, qui asperam quadrifidae virtutis viam omnem nullo labore percurrit; quem sacris Romae thronis divinum quoddam oraculum praefecit.

Ἀλλὰ τροπαιοφόρων τε καὶ εὐπολέμων σέθεν ὕμνων
βαιὸν ἀποκλίναντες ἐπιτρέψωμεν ἀοιδὴν
σεμνὸν ἐς ἀρητῆρα· τεὸς δέ τίς ἐστι καὶ αὐτὸς
ὕμνος, ἄναξ· νίκη γὰρ ἀμοιβαδὸν ἄλλυθεν ἄλλη,
εὐπτολέμοις καμάτοισι καὶ ἀστυόχοις ἐπὶ μόχθοις,
ὑμετέροις στέφος ἄβρὸν ἐπεστήριξε καρήνοις.
καὶ γὰρ ὅτε, σκηπτοῦχε, νόου βιοδώτορι βουλῇ
ὑμετέροις τεμένεσσι μέγαν κληρώσαο μύστην,
εὐθὺς ἀλιτρόνοοιο κατήριπε δαίμονος ὁρμή,
εὐθὺς ὅλων παθέων χαλεπὴν ἔτρεψαο χάρμην,
εὐθὺς ἐπ᾽ ἀστυόχοις καμάτοις ἀνεδήσαο νίκην.
Ἀλλά μοι ἱμερόεσσαν ὑποστήριξον ἀκουὴν
καὶ σὺ πάτερ πολύυμνε, θεουδέος ἡγέτα νηοῦ.
σῇ μὲν ὑπὸ σφρηγῖδι φυλάσσεται εὖχος ἀνάκτων,
σεῖο δ᾽ ὑπ᾽ εὐχωλῇσι κατάπτερος ἔθνεα νίκη
κοιρανίης ὑπέθηκε πολισσούχοισι λεπάδνοις.
καὶ τὰ μὲν ἀντιτύποισιν ἐπαυχήσαντα βοείαις
ἔγχος ἄγει βασιλῆος ὑπ᾽ ἴχνεσιν, ἄλλα δὲ Ῥώμῃ
μυρία βαρβαρόφωνα συνήλυθον ἔθνεα γαίης,
ὑμετέρης ἀΐοντα σέβας, τρίλλιστε, γαλήνης.
χθιζὰ μελαγγυίοισιν ὑπ᾽ ἀνδράσιν ἔνθεον αὐλὴν
στεινομένην ἐνόησα· τεῆς δ᾽ ἀπὸ θέσπιδος αὐδῆς
θελγόμενοι ψυχήν τε καὶ αὐχένα πρόφρονι βουλῇ
οὐρανίοις ἔκλιναν ἐπιχθονίοις τε θοώκοις,

988 αὐλῆς ante Graefium.

(550) Sed ab invictis et bellicosis tuis laudibus paululum digressi nostra carmina in venerandum pontificem convertamus. tua enim perinde laus est illa, o imperator: victoria quippe modo hinc modo inde parta, tum ob bellicosos tum ob impensos urbis praesidio labores, (555) suavem coronam vicissim capiti tuo imposuit. etenim, o imperator, quando benefico mentis consilio templis tuis magnum pontificem adscivisti, scelesti daemonis confestim concidit impetus, confestim prava passionum omnium bella effugasti, (560) confestim in civilibus laboribus adeptus es victoriam.

Sed et tu benevolum mihi auditum praebe, o laudate pater, divini praeses templi. sub tuo suffragio servatur gloria principum, et tuis sub precibus (565) regiis imperii frenis gentes submisit alata victoria. et aliae quidem quae repercutientibus scutis insolescebant, imperatoris ad pedes armorum vi adducuntur: aliae vero infinitae orbis gentes barbarae Romam conveniunt tuae, inclite pontifex, serenitatis splendorem audientes. (570) vidi enim nuper sacram aedem prae nigricantibus viris loci angustia laborare. ii vero divinae tuae domus adspectu illecti, animos cervicesque caelesti pariter ac terrestri solio libentes submise-

τλήμονες, οἳ μὴ χεῖρα τεὴν δέξαντο καρήνοις,
χεῖρα δυσαντήτων ἐλατήριον ἀμπλακιάων,
χεῖρα λιποκτεάνοισιν ἐπαρκέα, χεῖρα τιθήνην
ὀρφανικῶν, πάσης τε κατευνήτειραν ἀνάγκης.
καὶ γὰρ ἀπ᾽ ὠδίνων σε σαοφροσύνη τε καὶ αἰδὼς
ἐλπίδος οὐρανίης ἱεραῖς ξύνωσε πορείαις.
λιτὰ δέ σοι καὶ δόρπα καὶ ὀμφήεσσα μενοινή,
λιτὰ δέ σοι βλεφάρων ἀμαρύγματα, λιτὰ δὲ ταρσῶν
ἴχνια σῶν, καὶ λιτὸν ἔπος σέο χείλεα πάλλει.
οὐ μὲν ἐπισκυνίοιο κατηφιόωσαν ὁμίχλην
ἀμφιέπεις, Χριστῷ δὲ γεγηθότα θυμὸν ἀέξεις,
ἤπιον εὐάντητον ἄγων σέλας· ἐν δὲ προσώποις
μειλίχιον μείδημα παρήϊα σεμνὰ χαράσσει.
ταῦτα δὲ πρηϋνόοιο φέρεις σημήϊα θυμοῦ·
ἐσσὶ γὰρ εὐθίκτοισιν ἀνέμβατος ἴχνεσιν ὀργῆς,
ἑδρήσσων ἀτίνακτος ἐπ᾽ ἀφλοίσβοιο γαλήνης.
πάντα μὲν ὑλαίων ἀπεσείσαο πήματα μόχθων,
εὐσεβίης δ᾽ ὀχετηγὸν ἐνηέα θυμὸν ἀνοίγων
συμπαθὲς ἀνδρομέοισιν ἐπ᾽ ἄλγεσιν ὄμμα τιταίνεις.
οὐδὲ λιπερνήτης τελέθει βροτὸς ὃν σὺ νοήσεις·
αὐτίκα γὰρ καθαροῖο νόου θημῶνα πετάσσας
Λυδὸν ἐριχρύσοιο παρέδραμες ὄλβον ἀναύρου,
ἔκχυτον ἐκ παλάμης ποταμίῤῥυτον ὄλβον ὀπάζων.
πάντα μὲν ὠγυγίων τε καὶ ὁπλοτέρων κλέα μόχθων

1013 ποταμορρυδὸν G.

runt, infelices qui manui tuae capita non subiecere, (575) manui inauspicatorum criminum expultrici, manui pauperibus bona eroganti, manui orphanorum nutrici, omnis denique sopitrici necessitatis. etenim ab incunabulis modestia perinde ac pudor te sacris caelestis spei semitis adiunxit. (580) simplices tibi sunt dapes et divina mens: simplices tibi sunt et oculorum fulgores, simplicia pedum tuorum vestigia, simplex denique quae ore tuo manat oratio. nunquam tetricam supercilii nubem affectas: in Christo vero conceptam animi auges laetitiam, (585) lene facileque praebens iubar; suavis in vultu risus venerandas signat genas. haec placidi animi defers argumenta: sensibilibus quippe irae vestigiis es impervius, et inconcussus stas in tranquilla serenitate. (590) omnes quidem terrestrium laborum molestias abegisti: ut pietatis vero canalem mitem animum tuum explicans, super humanos dolores condolescentem animum expandis. neque mortalis, quem tu quidem videris, fit pauper: confestim enim aperto sincerae mentis thesauro (595) Lydias aurei fluentis divitias praetergrederis, effusas de manibus fluvii instar opes erogans. omnem quidem veterum et recentiorum laborum gloriam didicisti, et quamcunque semitam puris inambulas pedibus divino in prato. tuas

ἔξεδάης, πᾶσαν δὲ ποσὶν καθαροῖσιν ὁδεύεις
ἀτραπιτὸν λειμῶνι θεουδέϊ· σὰς δὲ μερίμνας
ἰθυνόῳ πλάστιγγι κανὼν σταθμήσατο μύστης.
ἔνθεν ὑπ' ἀχράντοισι νόον μελεδήμασι θέλγων
ὤνιον οὐ τέτληκας ἰδεῖν σέβας, οὐδὲ καρήνοις
ἐμπορίην ἱεροῖσιν ἐφήρμοσας, οὐδὲ βεβήλοις
ἀνδράσιν οἶμον ἔδειξας ἀνέμβατον. εἰ δέ σε δώροις
πρηΰς ὑποσσαίνων τις ὀΐσσεται εἰς χάριν ἕλκειν,
βριθὺς ὁμοκλητῆρι χαλέψαο τόν γε χαλινῷ,
ὅσσον ἀποσμῆξαι κραδίης νέφος, ὅσσον ἐλέγξαι
χρυσὸν ἀτιμηθέντα, καὶ ἀφραίνοντα διδάξαι
ὡς καθαρὸν καθαροῖσι θέμις τεμένεσσι θαμίζειν.
Ἀλλὰ μένοις καὶ σκῆπτρον ἐμοῦ βασιλῆος ἀέξων
σαῖς, μάκαρ, εὐχωλῇσι· μένοις δ' ἁλιγείτονι Ῥώμῃ
πᾶσαν ἁμαρτινόου βιότου σμώδιγγα καθαίρων.

vero cogitationes ad rectam legem (600) sacra examinat regula. hinc puris meditationibus mentem demulcens venalem non sustinuisti videre honorem, neque sacris verticibus mercaturam aptasti, nec profanis viris inaccessam viam ostendisti. si autem (605) per assentationem gratiam tuam muneribus demereri se posse quis putaverit, hunc statim minaci freno corripis, donec mentis nebulum depuleris, ostenderisque aurum te despicere, et insanientem docueris (610) purum et immaculatum pura templa frequenter adire debere.

Sed vive, et mei imperatoris, tuis precibus, o beate, sceptrum adaugens; vive maritimae Romae, omnes peccatricis vitae livores detergens.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΤΟΥ ΑΜΒΩΝΟΣ

ΛΕΧΘΕΙΣΑ ΙΔΙΑΖΟΝΤΩΣ

ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ ΠΑΡΟΔΟΝ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΝ ΤΩΙ ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΩΙ.

Ἔχεις ἅπασαν, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐλπίδα,
προσθεὶς τὸ λεῖπον τῷ νεῷ τῷ παγκάλῳ.
οὐκοῦν, ἄριστοι, προσφόρως καὶ νῦν ἐγὼ
ἦκω τὸ λεῖπον προστιθεὶς τῷ βιβλίῳ·
καλὸν γὰρ ἂν εἴη τοὺς λόγους τῷ δεσπότῃ
συνδημιουργεῖν τὸν νεὼν τὸν τοῦ λόγου.
εὖ γ' ὦ θέατρον, εὖ γε τῆς προθυμίας
τῆς εἰς τὸ κρεῖττον! οὐ γὰρ οἶμαι νῦν ἐμοὶ
τὸν νοῦν προσέχοντες, ἀλλὰ τοῦ νεὼ χάριν
θέατρον ἔσται καὶ πανήγυρις πάλιν.
εὖ γ' ὦ θέατρον! τρὶς γὰρ ἤδη συγκαλῶν
καὶ τῶν συνήθων ἐξανιστήσας πόνων,
οὔπω σκυθρωπὸν εἶδον ὑμῶν οὐδένα,
οὐκ ἀσχολίαν τιθέντα προυργιαιτέραν.
ἔστιν γὰρ οὐδὲν μικρόν, οὐδ' εἰ μικρὸν ᾖ,
τῶν τοῦ μεγίστου βασιλέως καὶ τοῦ νεώ,
τοῦ πᾶσαν ἡμῖν ἐμποιήσαντος χάριν

9 προσέχει τις malit G v. 15 ubi primum ponit codex, μικρὸν οὐδέν, ubi iterum (iterat autem extemplo), οὐδὲν μικρόν. 17 χαράν G

τρυφῆς τε μακρᾶς εὐσεβεῖς πανηγύρεις·
ὃς πᾶσι σεμνὴν ἐμβαλὼν εὐθυμίαν,
πᾶσαν κεκίνηκε λογικὴν ἀηδόνα,
ὥσπερ φανέντος ἔαρος, ἐξῳχηκότος
χειμῶνος, ἤδη πᾶς τότε κλάδος τρέφει
εὔφωνον ἠχοῦς ποικίλης μελῳδίαν.
πέφυκε τοίνυν μικρὸν οὐδὲν τοῦ νεώ·
ἔστι γὰρ ἀληθῶς παμφόρου τρυφῆς θέα.
οὐκοῦν πρόσειμι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ,
ὃν ὁ βασιλεὺς ἔναγχος ἐξειργασμένος
κάλλιστον εἶναι χωρίον τοῖς βιβλίοις
τῶν μυσταγωγῶν ἱερούργηκεν λόγων.

Ὑμνοπόλει Χριστοῖο θεουδέες, ὧν ὑπὸ φωνῆς
πνεύματος ἀχράντοιο μετ' ἀνέρας ἦλυθεν ὀμφή,
ἀνδρομέην Χριστοῖο διαγγέλλουσα λοχείην·
ἠδ' ὁπόσοι μετὰ τύμβον ἀκήρατον ἔθνεσι γαίης
σύμβολα κηρύσσοντες ἀνεγρομένοιο θεοῖο,
πᾶσαν ἐφαιδρύνασθε κατηφέος ἄντυγα κόσμου,
τυφλὸν ἀμειδήτοιο νέφος σκεδάσαντες ὁμίχλης·
οἳ ξίφος, οἳ μάστιγα βιοφθόρον, οἵ τε καμίνους
ἀσπασίως ἔτλητε, καὶ οὐκ ἐκλίνατε κωφοῖς
αὐχένας εἰδώλοισι, βάσιν δ' ἐστήσατε θυμοῦ
ἔμπεδον ἀχράντοιο θεοῦ περὶ μάρτυρι τιμῇ·
οἷς πλέον ἠελίοιο μόρου ζείδωρος ἀνάγκη
ἐλπίσιν ἀφράστοισιν ἐφήνδανεν· οὓς ποτε λύθροις
λουσαμένους ἰδίοισι βιαρκέος ἀντὶ λοετροῦ
Χριστὸς ἄναξ ἔστεψε, καὶ αἱμαλέοισι ῥεέθροις
ψυχαίης ἐκάθηρεν ὅλην σμώδιγγα καλύπτρης·
δεῦρο χορὸς στήσασθε, καὶ εὐαγέεσσιν ἀοιδαῖς
σύνθροον ἡμετέρῃσι μέλος πλέξασθε χορείαις!
ὑμέτερος γὰρ χῶρος ἀείδεται, ὁππόθι πολλὴ
θεσπεσίαις βίβλοισιν ἀκήρατος ἔγρεται ἠχώ.
Ἔστι τις εὐρυπόροιο κατ' ἔνδια μέσσα μελάθρου
ἄβρὸς ἰδεῖν καὶ μᾶλλον ἐς ἀντολίην τι νενευκὼς
πύργος, ἀκηρασίοισιν ἀπόκριτος ἤθεσι βίβλων

30 ἀρχὴ τῆς ἐκφράσεως τοῦ ἄμβωνος margo. 38 γρ. κωφοῖς margo, κούφοις codex ipse.

ὀρθάδιος βάθροις, διδυμάοσιν ἀμβατὸς οἴμοις,
ὧν μία μὲν ποτὶ νύκτα τιταίνεται, ἣ δὲ πρὸς ἠῶ.
εἰσὶ γὰρ ἀλλήλῃσιν ἐναντίαι, ἀμφότεραι δὲ
εἰς ἕνα χῶρον ἄγουσιν ἴσον περιηγέϊ κύκλῳ.
ἐνθάδε γὰρ κύκλῳ μὲν ἐοικότα χῶρον ἑλίσσει
λᾶας ἑείς· οὐ μὴν περιηγέϊ πάντοσε τόρνῳ
ἶσος ἔφυ, βαιὸν δὲ συνέρχεται, εἰσόκε πέτρου
ἄντυγα μηκύνειε. πρὸς ἑσπερίην δὲ καὶ ἠῶ
ἐκπροθέων κύκλοιο λίθου μηκύνεται αὐχήν,
ἐμβεβαὼς βαθμοῖσιν. ὑπ' ἀργυρέοις δὲ μετάλλοις
ἄχρις ἐπὶ ζωστῆρα καλοὺς ἱδρύσατο τοίχους
θεῖος ἄναξ, κεράεσσιν ἐοικότας. οὐ γὰρ ἑλίσσει
ἄργυρον ἐν λάϊγγι περίδρομον, ἀλλ' ἐνὶ μέσσῳ
κύκλον ἀναπτύξασα πανόλβιον ἀργυρέη πλὰξ
τοῖχον ἀπιθύνει· δύο δ' ἄρκια κύκλα πετάσσας
ὕδρις ἀνὴρ ἑκάτερθε πόρους βαθμῖδος ἀνοίγει.
οὐδὲ μὲν ἀφράκτοις ἱερῶν ἐπὶ χείλεσι βαθμῶν
τάρβος ἔχει κατιόντας, ἐπήραρε δ' ἔρκεα τέχνη
λάϊνα παμφανόωντα· τόσον δ' ὑπερέσχεθε βάθρων
ὅσσον ἀπιθύνειν βροτέην χέρα. ταῦτα μεμαρπὼς
μόχθον ἐλαφρίζει τις ἐς ὄρθιον οἶμον ἀνέρπων.
λοξοτενεῖ δ' ἑκάτερθεν ἐφιδρυθέντα κελεύθῳ,
βαθμοῖς μεσσατίοις συναέξεται ἠδ' ἀπολήγει.
ναὶ μὴν οὐδ' ὅγε λᾶας ἐτώσιος· οὐδὲ γὰρ αὖτως
ἄγριον ἠλιβάτου κορυφῆς τμήξαντο κολώνην,
μηκεδανῆς τανύμετρον ἀπιθυντῆρα κελεύθου·
ἀλλὰ καὶ εὐτέχνοισιν ὅλος φαιδρύνεται ἔργοις,
καὶ φύσιν αἰολόμορφον ἔχων ποικίλλεται αἴγλῃ.
τοῦ μὲν ἐπὶ τροχάουσι διαμπερὲς οἷά τε δῖναι,
πῇ μὲν ἴσαι κύκλοισιν ἀτέρμοσι, πῇ δέ γε κύκλων
βαιὸν ἀποπλαγχθέντας ὑπεκτανύουσιν ἑλιγμούς.
ἔστι δὲ πῇ μὲν ἐρευθὸς ἰδεῖν κεκερασμένον ὤχρῳ,
πῇ δὲ καλὸν βροτέοισι σέλας στονύχεσσιν ὁμοῖον.

53 ὄρθιος codex, ὀρθάδιος apud Ducangium Descript. S. Sophiae § 75.
58 ἐείς G, ἑῆς codex, qui hunc versum et ipsum bis ponit. 67 ἀπ' ἰθύνεισι διαρκέα codex: correxit G 74 λοξοτενεῖ G, λοξοτενῆ codex. 80 post v. 80 vv. 103—4 ponit G 85 στονύχεσσιν Hermannus, τ' ὀνύχεσσιν codex.

ἄλλοθι ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀργεννὸν σέλας αἴγλη,
ἠρέμα μιμνάζουσα, χάριν μιμήσατο πύξου
ἠὲ μελισσήεντος ἐπήρατον εἰκόνα κηροῦ,
ὃν καθαραῖς προχοῇσι βροτοὶ νίζοντες ἐρίπναις
πολλάκι τερσαίνουσιν ὑπ᾽ ἠελιώτιδας αὐγάς,
ὃς δὲ μεταΐσσει μὲν ἐς ἄργυφον. εἰσέτι δ᾽ οὔπω
τρέψεν ὅλην χροιήν, ἔτι λείψανα χρύσεα φαίνων.
τοῖος καὶ δολιχῶν ἐτέων κεχρωσμένος ὁλκοῖς
χροιὴν ἀργυφέην ἐλέφας ἐπὶ μῆλον ἐλαύνει.
πῇ δὲ πελιδνωθεῖσαν ἔχει χάριν· οὐδὲ γὰρ αὖτως
δῖα φύσις προλέλοιπε πελιδνήεσσαν ἀλᾶσθαι
χροιήν, ἀλλ᾽ ἐπέμιξεν ἐΰγραφα δαίδαλα πέτρῃ.
ἀργεννὴ δ᾽ ἐπὶ τοῖσι πολύτροπος ἄνθεος αὐγὴ
ἀμφιθέει· πῇ μὲν γὰρ ἐπέρχεται εὐρεῖ χώρῳ
ἀκροβαφὴς κροκέοιο πελιδνήεντος ἀώτῳ,
πῇ δ᾽ ὑπολεπτυνθεῖσα φαείνεται, οἷά τε μίνῃ
ἀρτιγενεῖ περὶ λεπτὰ κεράατα φέγγος ἑλίσσει.
ἄγχι δὲ πετραίης Ἱερὴ πόλις ἐστὶν ἐρίπνης,
ἥ τις ἓν περίπυστον ἐφήρμοσεν οὔνομα πέτρῳ.
πᾶν δὲ τὸ καλλιθέμειλον ἔδος πετραῖον ἐκεῖνο,
ἔνθα σοφῶν ἀνάγουσι θεηγόρα δήνεα βίβλων,
ὀκτὼ δαιδαλέοισιν ἐφήρμοσε κίοσι τέχνη,
ὧν δύο πρὸς Βορέην, δύο δ᾽ ἐς Νότον εἰσὶν ἀήτην,
καὶ δύο πρὸς Φαέθοντα, δύο πρὸς ἐδέθλια νυκτός,
ὥς κεν ἀνοχλίζοιτο, γένοιτο δὲ νειόθι πέτρης
οἷά περ ἄλλο μέλαθρον, ὅπῃ σοφίης ὑποφῆται
ἴλαον ἀγλαόπαιδα προεντύνουσιν ἀοιδήν.
ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἔνερθε τέγος, τοῖς δ᾽ ὑψόθεν οὖδας.
καὶ τὸ μὲν ἐκταδίοισιν ἴσον πεδίοισι νοήσεις,
ἀκλινὲς ἀμφὶ πέδιλα βροτῶν· τὸ δ᾽ ἔνερθε λαχήσας
λαοτόμος κοίλησεν, ὑπερτέλλει δὲ καρήνων
εὐϊέρων κυρτωθὲν ἄνω τεχνήμονι κόσμῳ,
οἷα κραταιρίνοιο κεκυφότα νῶτα χελώνης,
ἥ τις ὑπὲρ πήληκος ἀνορθωθεῖσα βοείη,

86 ἄλλοθι δ᾽ ὁρμηθεῖσα G 87 μηλίζουσα G 100 κροσσοῖο vel κίρκοιο G 101 οἷα δὲ codex, ἶσα δὲ G 103 πόλις Ἱερὰ τῆς Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται ὁ μέγας ἀπόστολος Φίλιππος margo. 115 λαχήνας G 118 γρ. κατ᾽ αἰρινοῖο margo.

πύρριχος εὐδίνητον ὅθ' ἅλμασιν ἀνέρα πάλλει.
ὀκριόεν δὲ μέτωπον ὅλης λάϊγγος ἐκείνης
πάντοθεν ἀργυρέοισι διεζώσαντο μετάλλοις,
ὑππόθι δαιδαλοεργὸς ἀνήρ, γλωχῖνι σιδήρου
δένδρεα ποικιλόμορφα καὶ ἄνθεα καλὰ χαράσσων,
ἁβρὰ πολυπτόρθων ἐνεθήκατο φύλλα κορύμβων.
πᾶσι δ' ὁμῶς βάθροις τε καὶ οὐδεῖ κίοσί τ' αὐτοῖς
ἶδρις ἀνήρ, ἀδόνητα θεμείλια πάντα φυλάσσων,
λαϊνέης ὑπένερθε βάσιν κρηπῖδος ἐγείρει,
ἀνδρομέου ποδὸς ὕψος ὑπερτέλλουσαν ἀρούρης.
ὅφρα δ' ἀνευρύνωσι θεμείλια κεῖνα μελάθρου,
ἡμιτόμους ἑκάτερθε μέσην περὶ γαστέρα κύκλους
λάεσιν ἀμφεβάλοντο, περιτμηγέντι δὲ χώρῳ
κίονας ἐστήσαντο διασταδόν, ἥμισυ κύκλου
ἀμφιπεριστέψαντας. ὅλη δ' εὐρύνετο γαστὴρ
τέτρασιν ὀλβίστοις ὑπὸ κίοσιν, ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἐς Νότον ἐς Βορέην τε. τὸ δὲ σπέος εἴκελον οἴκῳ
ἀμφιέλιξ ἑκάτερθεν ὑφ' ἕρκεϊ λᾶας ἐέργει.
τοὺς μὲν ἀνὰ Φρύγα χῶρον ἐς ἔνδια Μυγδόνος ἄκρης
λαοτόμοι σθεναρῇσιν ἀνεστήσαντο μακέλλαις,
κίονας ἱμερόεντας· ἰδὼν δέ τις ἄνθεα πέτρης,
ἐξενέποι κρίνα λευκὰ ῥόδων καλύκεσσι μιγῆναι
καὶ μαλακοῖς πετάλοισι μινυνθαδίης ἀνεμώνης,
πῇ μὲν ἅλις ῥοδόεντα καὶ ἠρέμα λευκὰ μετάλλῳ,
πῇ δ' ἅλις ἀργινόεντα καὶ ἠρέμα πυρσὰ φανέντα·
πῇ δὲ μίγα σχίζουσι διὰ φλέβας ἶνες ἀραιαὶ
τῇ καὶ τῇ κατὰ βαιόν· ἐν ἀλλήλαις δὲ χυθεῖσαι
εἴκελα πορφύρουσι Λακωνίδος αἵματι κόχλου.
πρῶτα μὲν ἀμφιέλισσαν ὑπὸ κρηπῖδα βαλόντες,
δαιδαλέην, καμπτοῖσιν ἀποστίλβουσαν ἑλιγμοῖς,
λαϊνέους στήσαντο πεπηγότας ὑψόθι βωμούς,
Βοσπορίης τμηγέντας ἀπ' εὐλάϊγγος ἐρίπνης.
λευκὰ δ' ἀπαστράπτουσι, καὶ εἰ σποράδεσσι κελεύθοις
σκίδναται ἀργινόεντι περὶ χροῒ κυανέη φλέψ.
δισσάκι μὲν πισύρεσσιν ὑπὸ πλευρῇσιν ἑκάστῳ
βωμῷ λαοτύπος χάριν ἔξεσεν, αὐχένα δ' αὐτοῖς

120 πύρριχον G 128 γρ. ἐρείδει margo.

κυκλοτερῆ γλυφάνοισι χάλυψ ἔσφιγξε τορείης,
ὄφρα κεν ἀστυφέλικτον ἀρηρότι νειόθι κίων
ἴχνος ἐφιδρύσειε βαλὼν περιηγέϊ βωμῷ.
ἀγλαΐῃ δ' ἐγέλασσεν ὅλου κατ' ἐδέθλια νηοῦ,
κίονος ἱδρυθέντος ἐϋξέστῳ ἐπὶ βωμῷ,
οἷον ὅτ' ἠελίοιο νέον περάτης ἀνιόντος
λευκὸν ἐρευθομένῃσι νέφος ποικίλλεται αὐγαῖς
οὕτω μὲν πισύρεσσι περισταδὸν ἥμισυ κύκλου
κίοσιν ἀμφεβάλοντο· τὸ δ' ἥμισυ κίοσιν ἄλλαις
τέτρασι κυκλώσαντες, ἐτορνώσαντο χιτῶνα
λάϊνον ἱμερόεντα πέριξ εὐεργέος ἄντρου.
κίοσι δ' ἐν πισύρεσσι μεταίχμια τρισσὰ δοκεύων,
καὶ τάδε τοῖς Ἱερῆς πόλιος θρίγκωσε μετάλλοις
λαοτόρος πολύϊδρις, ὑπὲρ κρηπῖδος ἐδέθλων
βαιὸν ἐπιγναμφθέντα, καλὸν περὶ λᾶαν ἑλίσσων·
ἔπρεπε γὰρ καὶ πέτρον ἐς ἱερὸν οὔνομα νεύειν
καλὸν ἀκηρασίοιο πέδον στέψοντα μελάθρου.
ὕστατίῳ δ' ἐνέθηκε θύρην εὐπηγέα χώρῳ,
ἠρέμα γυρωθεῖσαν, ὅθεν κατ' ἐδέθλιον ἄντρου
εὐϊέροις βίβλοισιν ἀνειμένος ἔρχεται ἀνήρ.
σχήματα δὲ σπήλυγγος ὁμοῖα πάντα νοήσεις,
ἔς τε Νότον Γαράμαντα καὶ εἰς Ἀριμασπὸν ἀήτην,
κίοσι καὶ κρηπῖδι καὶ ἔρκεϊ. τοῖς δὲ θυρέτροις
οὐχ ἕνα χῶρον ἔθεντο δαήμονες, ἀλλὰ τὸ μέν που
ἑσπέριον, τὸ δ' ἔπηξαν ἑῷϊον· ἑσπέριον μὲν
πρὸς Βορέην, νοτίῃ δὲ πυλὶς Φαέθοντα δοκεύει.
ἕρκεα δ' οὐκ ἰσόμετρα πεπηγόσι κίοσιν ἕστη,
ἀλλὰ τὰ μὲν χαίροντος ὑπερτέλλουσιν ἑδέθλου
ὅσσον ἀποκρύπτειν ὑπὸ κεύθεσιν ἀνέρας ἄντρου·
οἱ δὲ βαθυγλύπτοισι καρήασι κίονες ὀκτὼ
ἕρκεος ἐξανέχουσι, καὶ εἰ βάσιν ἔμπεδον ἀμφὶς
ἰσοτενῆ κρηπῖδι μιῇ στήσαντο δομαίῃ.
χρυσεοκολλήτοις δὲ περιστίλβουσι καρήνοις,
ὄλβια μαρμαίροντες, ἴσα χρυσαυγέϊ δίσκῳ
ἠελίου, προβλῆτας ὀϊστεύοντος ἐρίπνας.

v. 160 bis ponit codex. 172 στέψαντα codex: correxit G
v. 177 in margine quoque ponit codex. 186 ἀμφὶς G, ἄμφω codex.

πάντα δ' ὑπερτέλλοντα καρήατα κυκλάδι κόσμῳ
δουρατέῃ στεφάνωσε περίδρομος ὑψόθεν ἄντυξ,
ὥς κεν ἐπιζεύξειε μιῇ στροφάλιγγι δεθέντας
κίονας, εἰ καὶ ἕκαστος ἀπόκριτός ἐστιν ἑκάστου.
ἧς ἔπι πυρσοκόρυμβα πεπηγότα δένδρεα δήεις,
ἀργυρέων στράπτοντα χύδην πυρὸς ἄνθος ὁράμνων.
οὐ μὴν ἧ κε τύχῃσιν ἀπόπλανος ἔδραμεν ὄρπηξ,
ἀλλ' ἀνέχει κατὰ κόσμον, ἴσος πολυάντυγι κώνῳ,
βεβριθὼς σελάεσσιν. ἀπ' εὐρυπόροιο δὲ κύκλου
αἰὲν ὑποκλέπτων ἐπὶ λοίσθιον ὀξὺς ἀνέρπει.
ἔνθα δὲ τερμιόεντα καλὸν ζωστῆρα νοήσεις,
πάντοθι σαπφείροιο καταχρωσθέντα κονίῃ
καὶ χρυσέοις κισσοῖο περιστεφθέντα πετήλοις.
πρὸς δὲ δόμον Ζεφύροιο καὶ ἐς πτερὸν αἴθοπος Εὔρου
δοιοὺς ἐγκατέπηξαν ἐπ' ἄντυγος, ἔνθα καὶ ἔνθα,
σταυροὺς ἀργυρέους, ὅθι μυρία φάεα πυρσῶν
ἄμμασιν ἀκροέλικτος ὁμιλαδὸν ἧλος ἐέργει,
γῦρον ἐϋγνάμπτοιο καλαύροπος εἶδος ἐλίσσων.
Τόσσα μὲν ἀμφικέλευθος ἔχων φαιδρύνεται ἄμβων·
τόνδε γὰρ οὕτω χῶρον ἐφήμισαν ἀμβατὸν οἵμαις
θεσπεσίαις, ὅθι λαὸς ἐπίσκοπον ὄμμα τιταίνει,
εἰσαΐων ἄχραντα θεουδέος ὄργια μύθου.
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ βάθροισιν ἐτώσιον ἔνθεσαν αὖτως
τμῆμα λίθων, λεπτὰς δὲ κατ' ἀργεννοῖο χυθείσας
ἶνας ἐσαθρήσει τις· ἴσον δ' ἁλιανθεῖ κόχλῳ
νήδυμα πορφύρουσαν. ὑπ' ἀτρίπτοισι δὲ πέτροις
ἀνδροδόκων ἀκμῆτα ῥάχιν τρηχύνατο βάθρων
λαοτόρος, στήριγμα ποδῶν ἀμετάτροπον ἴσχων,
μή τις ἁλισθήσαντα καταιβάτις οἶμος ὀδίτην
ὑψόθεν ἁρπάξασα κατ' οὐδέος ἄστατον ἄξῃ.
οὕτω μὲν κατὰ κόσμον ἐπασσυτέρῃσι πορείαις
λᾶας ἐπαμβαίνων ὑποχάζεται ἄλλος ἀπ' ἄλλου,
ὅσσον ἀναθρώσκων τις ἀμοιβαδὸν ἴχνος ἐρείσει.
ὡς δὲ θαλασσαίοισιν ἐν οἴδμασι νῆσος ἀνίσχει,
δαιδαλέῃ σταχύεσσι καὶ ἀμπελόεντι κορύμβῳ
καὶ θαλερῷ λειμῶνι καὶ εὐδένδροισιν ἐρίπναις·

196 γρ. πάρος margo. 222 ἐπαμβαίνων G, ἐπεμβαίνων codex.

τὴν δὲ παραπλώοντες ἐπολβίζουσιν ὀδῖται,
ἄλγεα βουκολέοντες ἁλικμήτοιο μερίμνης·
οὕτω ἀπειρεσίοιο κατ' ἔνδια μέσσα μελάθρου
λάεσι πυργωθεὶς ἀναφαίνεται ὄρθιος ἄμβων,
δαιδαλέος λειμῶνι λίθων καὶ κάλλεϊ τέχνης.
ναὶ μὴν οὐδ' ὅγε πάμπαν ἀπόκριτος ἐς μέσον ἔστη
χῶρον, ἁλιζώνοισιν ὁμοίιος ἤθεσι νήσων·
ἀλλ' ἄρα μᾶλλον ἔοικεν ἁλιρροθίῳ τινὶ γαίῃ,
ἣν πολιοῦ προβλῆτα δι' οἴδματος ἰσθμὸς ἐλαύνει
μεσσατίοις πελάγεσσι, μιῆς δ' ἀπὸ δέσμιον ἀρχῆς
ὀχμάζων ἀνέκοψεν ἀληθέα νῆσον ὁρᾶσθαι·
ἡ δὲ θαλασσαίοισιν ἐπιπροθέουσα ῥεέθροις
ἴσθμιον ἀγχιάλοιο καθήψατο πεῖσμα κολώνης.
τοῖος ἰδεῖν ὅδε χῶρος· ἀφ' ὑστατίου γὰρ ὀρούσας
ἀντολικοῦ βαθμοῖο πολὺς διανίσσεται αὐλών,
εἰσόκεν ἀργυρέην περὶ δικλίδα ταρσὸν ἐρείσῃ,
μηκεδανῇ κρηπῖδι θυηπόλον ἕρκος ἀράσσων,
τοίχοις δ' ἀμφοτέρωθε διείργεται. οὐ μὲν ἐκείνοις
ἕρκεσιν ὑψιτενεῖς ἔβαλον πλάκας, ἀλλ' ὅσον ἀνδρὸς
ὀμφάλιον ζωστῆρα παρισταμένοιο χαράξαι.
ἔνθεν ὑποτροπάδην χρυσέην εὐάγγελος ἀνὴρ
βίβλον ἀερτάζων διανίσσεται. ἐμένης δὲ
πληθύος, ἀχράντοιο θεοῦ κατὰ μύστιδα τιμήν,
χείλεα καὶ παλάμας ἱερὴν περὶ βίβλον ἐρεῖσαι,
κύματα κινυμένων περιάγνυται ἄσπετα δήμων.
καί ῥ' ὁ μὲν ἀμφιπλῆγι τιταίνεται εἰκέλος ἰσθμῷ
χῶρος, ἀπιθύνων πρὸς ἀνάκτορα σεμνὰ τραπέζης
ἄνδρα καταθρώσκοντα βαθυκρήμνου περιωπῆς·
Θεσσαλικῇ δ' ἑκάτερθεν ὅλην χλοερώπιδι πέτρῃ
ἀτραπὸν ἐφράξαντο. πολὺς δ' ὑπὸ λάεσι λειμὼν
ὄμμασιν ἱμερόεσσαν ἄγει χάριν. ἀμφὶ δ' ἑκάστῃ
Θεσσαλικῇ λάϊγγι παρίσταται οἷά τις ἄλλος
κίων ἰσοτενής, περιηγέσιν οὔ τι κυλίνδροις
εἰδόμενος· φαίη τις ἀνὴρ γραμμῇσι μεμηλὼς
σχῆμα κύβου μεθέπειν περιμήκεος οὐκ ἰσοπλεύρους

235 προβλῆτι codex. 244 ἀμφοτέρωθι G 259 περιηγέσι δ' οὔ G
261 ἰσοπλεύρου G

κίονας. ἁρμονίην δὲ Μολοσσίδος ἐνθάδε πέτρης
λαοτόροι ζεύξαντες, ἀμοιβαδὸν ἄλλον ἐν ἄλλῳ
πέτρον ἐνεσφήκωσαν. ἀπὸ Φρυγίης δὲ κολώνης
λαοτύπος καὶ τούσδε λίθους ἐτμήξατο τέκτων.
ἔνθα δὲ βουκολέοντα μεληδόνας ὄμματα βάλλων,
πῇ μὲν ἴδοις καλὴν ὀφιώδεα σύρματα πέτρην
ἀμφιπεριπλάζουσαν, ἐϋγνάμπτοις δὲ πορείαις
νήδυμα κυμαίνουσι. παρ᾽ ἀλλήλας δὲ καθείσας
πυρσὴν ἀργυφέην τε καὶ ἀμφοτέρων τινὰ μέσσην
χροιήν, ἀμβολάδην τις ἀμοιβαδὸν ὁλκὸς ἑλίσσων
ἀγκύλον ἑρπυστῆρι δρόμῳ σπείρημα κυλίνδει.
πῇ δὲ σεληνήεντα καὶ ἀστερόεντα νοήσεις
γραμμαῖς ἀλλοπρόσαλλα φύσει σφρηγίσματα πέτρης.
ἀλλὰ καὶ ἐκταδίοις ἐπὶ χείλεσιν ἔρκεος ἄλλην,
τῆς αὐτῆς γεγαυῖαν ἐϋπρήωνος ἐρίπνης,
μηκεδανὴν λάϊγγα καθήρμοσαν, ὄφρα κεν εἴη
νειόθι μὲν κρηπῖδος ἐνιδρυνθεῖσα θεμείλοις
πέτρης Θεσσαλικῆς βάσις ἔμπεδος, ὑψόθι δ᾽ ἄλλῳ
ἄμματι πετρήεντι κατάσχετος. ἀλλὰ καὶ αὐτὰς
πλευρὰς τετρατόμοις ὑπὸ κίοσι δεσμὸς ἐέργων
ἄτροπον ἀστυφέλικτος ἐπ᾽ οὔδεϊ πυθμένα πήσσει.
ὡς δ᾽ ὅτε τις Τυρίοιο πολύχροος ὑψόθι πέπλου
νήματα χρυσοέλικτα περίδρομα πάντοθι βάλλων,
πῇ μὲν ὅλην περὶ πέζαν ἀρηρότα κόσμον ἑλίσσει,
πῇ δὲ καλὸν πέπλοιο περὶ στόμα, πῇ δέ γε χειρῶν
ἀμφοτέρων ἔστεψε διήλυσιν· ἀγλαΐῃ δὲ
πάντοθεν εὐλείμων ἐαρόχροα νήματα πέπλου
ἀμφὶς ἔχει, χρυσέου δὲ μίτου σέλας ἄλλον ἐπ᾽ ἄλλῳ
ὄλβον ἐπανθίζων περὶ κάλλεϊ κάλλος ἐγείρει·
οὕτω ποικιλοεργὸς ἀνήρ, χλοεροῖσι μετάλλοις
μαρμαρυγὴν ἱεροῖο βαλὼν χρυσαυγέα πέτρου,
ἀμφοτέροις ἀμάρυγμα φαάντερον εὗρεν ἀνάψαι.
ἀντολικὸν δ᾽ ἐπὶ τέρμα, παρ᾽ ἔρκεα σεμνὰ τραπέζης,
ἰσθμὸν ἀποτμήξαντο διήλυσιν, ὄφρα κελεύθου
ὠκυτέρην τεύξωσι παρερχομένοισιν ὁδίταις.

ω ε

269 ταθείσας G 272 ἀγκύλον ἑρπιστῆρα codex. 274 σφραγίσματα codex: correxit G 278 νηόθι codex. 282 ἀστυφέλικτον G.

Τοῖα μὲν ἀγλαόδωρος ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐγείρει
ἔργα θεῷ βασιλῆϊ. πολυστέπτοις δ' ἐπὶ δώροις
καὶ σέλας ἀστυόχοιο ἓῆς ἀνέθηκε γαλήνης
νηὸν ὕπερ πολύυμνον, ὅπως θεοδέγμονι βουλῇ
ἔμπνοον ἱδρύσειε γέρας κοσμήτορι κόσμου,
Χριστῷ παμβασιλῆϊ. σὺ δ' ἵλαος ἵλαος εἴης,
παμφαὲς ἀχράντου τριάδος σέβας! ἄστεϊ Ῥώμης
καὶ ναέταις καὶ ἄνακτι καὶ ἱμεροδερκέϊ νηῷ.

CAROLI DU FRESNE DOMINI DU CANGE

DESCRIPTIO

ECCLESIAE S. SOPHIAE

CONSTANTINOPOLITANAE

ATQUE ADEO CETERARUM AEDIUM SACRARUM

EX VARIIS SCRIPTORIBUS,

SEU

IN PAULUM SILENTIARIUM

UBERIOR COMMENTARIUS.

CAROLI DU FRESNE DOMINI DU CANGE

DESCRIPTIO
ECCLESIAE S. SOPHIAE
CONSTANTINOPOLITANAE
ATQUE ADEO CETERARUM AEDIUM SACRARUM
EX VARIIS SCRIPTORIBUS,
SEU
IN PAULUM SILENTIARIUM
UBERIOR COMMENTARIUS.

DESCRIPTIONIS AEDIS SOPHIANAE SYLLABUS.

1. *Magna ecclesia Constantiniana.* 2. *magna ecclesia Constantiana.* 3. *magna ecclesia Theodosiana.* 4. *magna ecclesia Iustinianea.* 5. *prima encaenia.* 6. *secunda encaenia.* 7. *architecti.* 8. *impensae.* 9. *materia.* 10. *marmora.* 11. *musivum.* 12. *amplitudo.* 13. *longitudo.* 14. *latitudo.* 15. *altitudo.* 16. *porticus exteriores ad meridiem et septentrionem.* 17. *porticus occidentales.* 18. *narthex.* 19. *pyramides.* 20. *atrium.* 21. *garsonostasium.* 22. *phiala.* 23. *Augusteum.* 24. *statua Iustiniani.* 25. *portae occidentales.* 26. *porta orientalis.* 27. *portae septentrionales.* 28. *pilae quattuor maiores.* 29. *trigoni.* 30. *arcus orientales.* 31. *arcus septentrionalis et meridionalis.* 32. *hemisphaerium.* 33. *tholus seu trulla vel trullus.* 34. *altitudo centri.* 35. *casus trullae seu hemisphaerii.* 36. *muri obnitentes pilis.* 37. *porticus inferiores templi.* 38. *porticus superiores seu Catechumena.* 39. *aulae.* 40. *sedes imperatricis.* 41. *cochleae.* 42. *sedes imperatoris.* 43. *coronae.* 44. *pavimentum.* 45. *testudo.* 46. *tectum.* 47. *fenestrae.* 48. *lampades et candelae.* 49. *bema.* 50. *concha.* 51. *absida.* 52. *fenestrae conchae.* 53. *mensa sancta.* 54. *gradus mensae sanctae.* 55. *columnae mensae sanctae.* 56. *mare.* 57. *ciborium.* 58. *crateres ciborii.* 59. *lilia ciborii.* 60. *sphaera seu malum ciborii.* 61. *crux ciborii.* 62. *turris.* 63. *pyxis.* 64. *columba.* 65. *vela ciborii.* 66. *synthronus.* 67. *prothesis.* 68. *diaconicum bematis.* 69. *quattuor conchae.* 70. *cancellus bematis.* 71. *portae sanctae.* 72. *velothyra.* 73. *solea.* 74. *ambo.* 75. *gradus ambonis.* 76. *puteus sacer.* 77. *ναός.* 78. *umbilicus.* 79. *cancelli ναοῦ seu chori.* 80. *portae cancellorum ναοῦ.* 81. *pronaus.* 82. *baptisterium.* 83. *fons baptisterii.* 84. *diaconicum exterius.* 85. *secretarium.* 86. *metatorium.* 87. *vestiarium.* 88. *salutatorium.* 89. *sceuophylacium.*

1. Exaedificato et moenibus longe amplificato Byzantio, veterique urbis appellatione in suum nomen transfusa, Constantinus M. recens Christianam religionem amplexus, anno imperii vicesimo, templum deo omnipotenti, cui totum se commendarat, exstruxit, illudque *τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ* seu divinae sapientiae dicavit, id est Christo: *filium namque dei,* ut ait Rupertus de Divin. offic. 10 15, *dicimus veram et incommutabilem sapientiam, per quam universam condidit creaturam.* Byzantini autem omisso *Ἁγίας* vocabulo *Σοφίαν* aedem istam nude postmodum appellarunt. istius conditorem agnoscunt Constantinum Theophanes, Cedrenus, Glycas, Paulus Diacon. 2, Nicephorus Callistus 7 49, et quotquot fere Constantini res attigere scriptores. at Codinus non de novo excitasse magnam ecclesiam, sed aedem paganorum prius exsistentem, idolis et deorum simulacris purgatam, ad ecclesiae Christianae usum immutasse Constantinum perperam scripsit, cum disertis verbis tradat Cedrenus a fundamentis Sophianam aedificasse aedem, illiusque condendae Euphratae cuidam ab eo curam demandatam. aedis Constantinianae forma fuit dromica, id est quadrata, sed oblongior. ita enim *δρομικόν* accipiendum censent plerique e doctioribus, etsi Allatius repugnet; unde recte Theodosius Zygomalas (apud Crusium p. 201) *δρομικόν*, quod est *δίκην νάρθηκος*, et *πᾶν δρομικὸν νάρθηκα* dixit appellari. eiusmodi autem est narthecis seu ferulae figura, ut infra ostendimus. denique *δρομικόν* dictum videtur a stadiis cursoriis, quae in maiorem longitudinem quam latitudinem porriguntur. magnae igitur ecclesiae Constantinianae formam fuisse dromicam testatur Codinus in Descr. S. Sophiae. addit Anonymus auctor descriptionis eiusdem aedis, a Combefisio editus, *ὁμοίαν* fuisse *τοῦ ἁγίου Ἀνδρονίκου καὶ τοῦ ἁγίου Ἀκακίου*, quo loco apposite *Ἀγαθονίκου* pro *Ἀνδρονίκου*, reponit Combefisius: nulla enim S. Andronici aedes occurrit exstructa Cpoli, Agathonici vero a Constantino condita legitur apud Cedrenum, Nicephorum 7 49, Suidam verb. *Βηρίνη*, et Codinum in Orig. Lambecianis p. 37 et 38. qui perinde *δρομικήν* fuisse scribunt, et quam denique in augustiorem formam excitatam refert Procopius de Aedif. 1 5. Acaciani autem templi mentio est in Veteri Urbis descriptione, ubi in 10 regione statuitur, loco Heptascalo nuncupato, ut est apud Socratem 2 38 et 6 23, Nicephorum 3 38 et 9 42, Cedrenum, Synaxar. etc.

P 526 2. Verum cum nimium angusta visa esset Constantiniana aedes nec satis capax, vel quod, ut alii volunt, concidisset, forte ex terrae motibus, Constantius Constantini filius ad eam amplitudinem, qua postmodum conspecta est, perduxit. So-

crates 2 16: *κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἔκτισεν, ἥτις Σοφία μὲν προσαγορεύεται, συνῆπται δὲ τῇ ἐπωνύμῳ Εἰρήνῃ, ἣν ὁ πατὴρ τοῦ βασιλέως μικρὰν οὖσαν τὸ πρότερον εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ηὔξησε, καὶ νῦν εἰσὶν εἰς ἕνα περίβολον ἄμφω ὁρώμεναι, μιᾶς τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσαι.* Theophanes: *ἦν δὲ ἡ ἐγκαινισθεῖσα ἐκκλησία σφαιροειδής, ἓξ ἔτεσι κτισθεῖσα, ὑπὸ μὲν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου θεμελιωθεῖσα, ὑπὸ δὲ Κωνσταντίου πληρωθεῖσα καὶ ἐγκαινισθεῖσα.* Socrati et Theophani consentiunt Philostorgius 3 3, auctor vitae S. Pauli patr. Cpol. apud Photium, Zonaras in Iustiniano, Nicephorus Call. 9 9, et aliquot alii, qui magnam ecclesiam Constantio adscribunt. confecta aede Constantius magno apparatu illius encaenia celebravit, Eudoxio sacras preces faciente, trigesimo quarto post anno quam fundamenta iecisset, 15 Febr. anni Chr. 360, Constantio ipso x et Iuliano Caesare III coss. Idatius in Fastis: *his coss. dedicatum est Cpoli dominicum die* 15 *kal. Mart.* Cedrenus anno 22 Constantii: *οὗτος ὁ Εὐδόξιος ἐνεκαίνισε τὸ δεύτερον τὸν ναὸν τῆς Ἁγίας Σοφίας, διὰ τὸ μετὰ τὸν πρῶτον ἀπαρτισμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν τὸν δι' Εὐσεβίου πάλιν πεσεῖν καὶ αὖθις οἰκοδομηθῆναι διὰ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου.* istorum encaeniorum meminere praeterea auctor vitae S. Athanasii apud Photium, Socrates 2 42, Sozomenus 4 25, et Chronicon Alexandrinum hoc anno: ex quibus colligitur iacta fuisse prima magnae ecclesiae fundamenta anno Christi 326, quo Constantius solus imperare coepit.

3. Arcadio autem postmodum imperante, cum exorta esset seditio in maiore ecclesia de expellendo Ioanne Chrysostomo, iniecto ab iis qui partes illius amplexabantur igne statim illa conflagravit a. Chr. 404. Marcellinus Comes: *ecclesiam Cpolitanam flamma ignis, quae de B. Ioannis throno quondam episcopi nata fuit, subito conflagravit, vicinamque ecclesiae urbis faciem serpens nihilominus exussit.* Socrates 6 16: *τινὲς δὲ τῶν Ἰωαννιτῶν κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν*, ubi addit incendium istud accidisse 20 Iunii, Honorio VI et Aristaeneto coss. Theophanes vero perperam incendium magnae ecclesiae in annum duodecimum Arcadii coniicit, cum fuerit decimus. at quos Ioannitas vocant Socrates et idem Theophanes a. 12 Theodosii Iunioris, qui ignem in aedem immisere, *Xylocercetas* appellat Chronicon Alexandrinum, horamque istius cladis annotat: *ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐξεώσθη Ἰωάννης ἐπίσκοπος ΚΠ, καὶ αἰφνιδίῳ ἐκάη ἡ μεγάλη ἐκκλησία σὺν τῷ σενάτῳ ἀπὸ κρατούντων αὐτῆς τῶν λεγομένων Ξυλοκερκητῶν, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ ὥρᾳ ϛ'.* erant autem Xylocercetae, ut hoc obiter moneam, Ioannis sectatores, quique partibus illius favebant impensius contra quosdam episcopos, qui coacta synodo episcopatum Cpolitanum ei abrogaverant. sed cum ecclesia sua depulso Ioanne con-

ventus separatim agere primo coepissent in Constantini balneis, postea extra urbem in Ξυλοκέρκῳ seu in Circo ligneo, quem Constantinus *μήπω τὴν πόλιν συνοικίσας εἰς ἱπποδρόμου θέαν ἐκάθηρε, ξύλοις περιτειχίσας*, ut ait Sozomenus, eos egere. perstitit autem Xylocercetarum secta seu Ioannitarum, uti appellantur praeterea a Socrate 6 16 et 7 25, usque ad tempora Procli episcopi CP, qui tandem eos ad concordiam reduxit Theodosio XVI consule, ut produnt idem Socrates 7 44, Theodoretus 5 34, et Theophanes a. 30 Theodosii Iunioris. sed non desunt qui a nemine ignem sed divinitus immissum tradunt, quod velle videtur Marcellinus, ut et historia conciliabuli exci-
P 527 tati contra Ioannem Chrysostomum: *καθ' ἣν δὲ ἡμέραν ὁ τῶν πιστῶν ἥλιος ἀπ' αὐτῶν ἔδυ ἐξοριζόμενος, πῦρ θεῖον ἀπὸ μέσου τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ καθήμενος ταῖς ἱεραῖς διδαχαῖς τοὺς ἀκούοντας ἐπύρσευεν, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνθρωπίνης αἰτίας ἀναφθέν, καὶ εἰς ὕψος διὰ τῶν ἀλύσεων ὄφεως τρόπον ἕρψαν, ἐπὶ νώτου ἐκτείνακτο, τοῦ ἐπισκοπείου τὴν ὕλην καταλυμαινόμενον. ἐντεῦθεν ἄνεμος ἀπηλιώτης ἐπιπνεύσας σφοδρῶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τὸν βασιλικὸν οἶκον τῆς συγκλήτου γερουσίας, ἐπὶ μεσημβρίαν κείμενον, διενεγκὼν τὸ πῦρ, εἰς τέλος κατελυμήνατο αὐτόν. ἐν τρισὶ τοίνυν ὥραις τῆς ἡμέρας ἔργων πολυχρονίων κατασκευὴ καὶ κάλλος ἀνέκφραστον ἐξηφανίσθη.* neque tamen tota conflagravit eo incendio magna ecclesia, sed praesertim ea pars quae Bema complectitur. Cedrenus: *ἐν δὲ τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἐνέπρησεν, ὡς δὲ ἄλλοι φασίν, ὅτι πῦρ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου πάντα κατέκαυσε.* id omnino prodit Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi apud Photium, scribens eam potissimum partem incendio absumptam quae circa ambonem erat: *καὶ τὸ πῦρ ἀναφθὲν τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἄμβωνος πολλὰ τῶν πέριξ κατενεμήσατο.* addit anonymus Combefisii *τὴν στέγην τῆς ἐκκλησίας* pariter conflagrasse: sed errat, cum id sub Theodosio M. a. 6, cum secunda synodus habita est Cpoli et cedente Gregorio Nectarius substitutus est patriarcha, accidisse subdit. denique magna ecclesia rursum conflagravit Honorio imperante, Aëtio III et Symmacho coss., ut auctor est Marcellinus Comes: *templum regiae urbis igne crematum;* cuius quidem incendii meminit ipse Honorius in Rescripto, quod exstat post epistolam 31 Innocentii PP. restaurata postmodum a Theodosio Iuniore, dedicata est ab Attico patriarcha CP. a. 7 eiusdem Theodosii, indict. 13, Honorio X et Theodosio VI coss. Chronicon Alexandrinum: *τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπετελέσθη τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Γορπιέῳ πρὸ ς' ἰδῶν Ὀκτωβρίων, ἡμέρᾳ κυριακῇ.* stetit porro magna ecclesia usque ad a. 530, quo in seditione quam Victoriatorum vocant, maxima urbis pars incendio consumpta est; atque inter alia aedificia quae eo deleta sunt, magna ecclesia cum stupendis et admirandis columnis,

quas usque ad 437 fuisse, nescio an vere, scribit Codinus, igne consumpta procubuit a. 5 Iustiniani, indict. 10, post coss. Lampadii et Orestis a. 2, mensis Ianuarii 15, ut est in Chronico Alexandrino; unaque cum ea illius tabularia et privilegiorum chartas ac redituum interiisse praeterea auctor est Cedrenus. quaerit Gyllius (Descript. CP 2 3) eone loco fuerit magna ecclesia Constantiniana, quo postea aedem Sophianam exstruxit Iustinianus. dubitandi occasionem movet auctor Descriptionis urbis, qui in 2 regione ecclesiam magnam et ecclesiam antiquam, Augustaeum vero forum, quod aedis Sophianae propylaeum quodammodo fuit, in 4 regione statuit. verum his reponit Gyllius, Zonaram et alios tradere Iustinianum aedem multo maiorem a fundamentis excitasse, et domos proximas emisse ad eam augendam, ut et Augustaeum forum, licet diversis in regionibus ponantur. censet denique templum antiquum, quod hodie intra regium septum includitur et parvam Sophiam vocant, eam esse ecclesiam quam urbis Descriptio antiquam appellat; et nonnulli e Cpolitanis Graecis esse aedem S. Irenes, quam Constantinus iuxta Sophianam excitarat, persuasum habent.

4. Absumpta igitur in seditione Victoriatorum maiore ecclesia Constantiniana seu Constantiana, Iustinianus imperator composita civitate et punitis seditionis auctoribus, novam et longe ampliorem coepit eodem anno exaedificare. Marcellinus Comes: *ecclesia tunc incensa mox coepit ab eodem Augusto renovari.* Agathias lib. 5: *τοῦτον δὲ πρότερον ἐμπρησθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου σφόδρα περιφανῆ καὶ θαυμάσιον ἡλίκον ἐκ βάθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων ἀνεδομήσατο, μεγέθους τε ὑπερβολῇ καὶ* P 523 *σχήματος εὐπρεπείᾳ καὶ ποικιλίᾳ μετάλλων ἐπικοσμήσας.* Paulus Warnefridus de Gest. Langob. 1 25 de Iustiniano: *exstruxit quoque idem princeps intra urbem Cpolim Christo domino, qui est sapientia dei, templum, quod Graeco vocabulo Ἁγίαν Σοφίαν, id est sanctam sapientiam, nominant; cuius opus adeo cuncta aedificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri.* nec absimilia habet Manuel Chrysoloras de aedis elegantia: *οἶμαι καὶ οὐδὲν τῶν χειροκμήτων τούτων ἔργων παρ' ἀνθρώποις ὅμοιον οὐδ' ἐγγὺς γενέσθαι.* Cedrenus diem coepti operis 23 Februarii fuisse observat: *ἐν τῷ ,ϛῃ΄ ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἰνδικτιῶνος ιε΄, τῆς κγ΄ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, ὥρᾳ πρώτῃ τῆς ἡμέρας, τὴν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀνοικοδομὴν ἤρξατο ποιεῖν Ἰουστινιανός.* sed in hoc Cedreni loco manifestum esse mendum tam in anno mundi quam in indictione, satis superque probavimus in notis ad Bondelmontium p. 185, ubi etiam ostendimus confectum fuisse totum aedis Sophianae opus intra quinque annos, menses 11 dies 10, ut habent Theophanes et idem Cedrenus. quippe conflagravit magna ecclesia primo seditionis die, quae in quintum usque protracta est, a quo ad dedi-

cationem, quae facta est 26 Decembris anno Chr. 637, post consulatum Belisarii II, Iustiniani XI, ind. 15, intersunt tot anni et dies quot a Theophane et Cedreno computantur. unde evidenter patet prorsus hallucinari Graeculos et scriptores aliquot inferioris aevi, qui templum Sophianum intra 17 annos confectum tradidere, uti eo pariter loco docuimus.

5. Encaenia porro S. Sophiae eo quo diximus die celebrata scribit Marcellinus Comes ad eundem annum: *ecclesia maior Cpoli ab imperatore Iustiniano singulariter in mundo constructa dedicatur die* 6 *kal. Ianuarias.* Theophanes: *τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ κζ ἰνδικτιῶνος πρώτης γέγονε τὰ πρότερα ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας· καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ βασιλέως συλλιτεύοντος τῷ λαῷ.* ex quibus emendandus videtur Codinus, qui peractum opus 22 eiusdem mensis refert, nisi inter confectum templum et illius encaenia interfuisse quattuor dies voluerit. dedicationis apparatum et celebritatem pluribus commemorant idem Codinus et Anonymus, qui tradunt Iustinianum solenni pompa e palatio per Augustaeum una cum patriarcha in ecclesiam a se exstructam pervenisse, atque in haec verba prorupisse, *νενίκηκά σε Σολομών.*

6. At cum non multo post confectum opus aedis Sophianae trulla concidisset, facta rursum nova encaenia. concidit autem pars orientalis trullae, ex continuis terrae motibus perrupta, a. 32 Iustiniani, unaque et sacram mensam et ciborium et ambonem contrivit. sed cum eam statim de novo instaurasset Iustinianus, trullamque longe quam antea editiorem eduxisset, aedem iterum ab Eutychio patriarcha dedicari curavit, ut ait Zonaras, *καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου τὸ δεύτερον.* facta autem ista encaenia anno post trullae casum quinto: eo enim referendi versus Pauli Silentiarii part. 1 v. 37:

δάκρυ δὲ πενταέτηρον ἀποψήσαντες ὀπωπῆς,
μέλψομεν εὐφήμοις ὑπὸ χείλεσιν εὔποδας ὕμνους.

diem et annum distinctius annotat Chronicon Alexandrinum, Iustiniani scilicet a. 36, indict. 12, Decembr. 24: *τούτῳ τῷ ἔτει λς' τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας, μηνὶ Ἀπελλέῳ, κατὰ Ῥωμαίους Δεκεμβρίῳ, κδ' ἡμέρᾳ πρώτῃ, τῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος, ἡ τῶν ἐγκαινίων τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ΚΠ τὸ δεύτερον ἀπετελέσθη ἑορτή.* die etiam qui Christi Natalicia praecedit, celebrata ea encaenia innuit idem Silentiarius part. 1 v. 196:

P 529 *ἔπρεπεν ἑξείης μετὰ θέσκελον ἦμαρ ἐκεῖνο*
ζωοτόκου Χριστοῖο γενέθλιον ἦμαρ ἱκέσθαι.

ex quibus emendandus codex Theophanis editus, qui 20 Decembris die peracta encaenia habet. horum vero ceremoniam sic describit idem Theophanes: *ἡ δὲ πανηγὶς τῶν αὐτῶν ἐγκαινίων γέγονεν εἰς τὸν ἅγιον Πλάτωνα, καὶ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν ὁ πα-*

τριάρχης ΚΠ Εὐτύχιος μετὰ τῆς λιτῆς, συμπαρόντος καὶ τοῦ βασιλέως, καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι καὶ φορῶν τὸ ἀποστολικὸν σχῆμα καὶ κρατῶν τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, πάντων τῶν λαῶν ψαλλόντων τὸ ἄρατε πύλας, ἄρχοντες, ὑμῶν. iam vero quod addit Anonymus seu Codinus, encaeniorum celebritatem ad ipsa usque Theophaniorum festa productam, siquidem de secundis encaeniis egit, id videtur pariter dixisse Silentiarius in Prooemio v. 74:

ἐπεὶ γὰρ ἦγες τὴν ἑορτήν, ὡς ἔδει,
ἅπας ὁ δῆμος, εὐθὺς ἡ γερουσία,
οἱ τὸν μέσον ζηλοῦντες ἀσφαλῆ βίον,
τὰς τῆς ἑορτῆς ἡμέρας ἐπεξάγειν
ἤτουν· παρεῖχες. ἐξέδραμον, ἤτουν πάλιν,
πάλιν παρεῖχες. τοῦτο δὲ δρῶν πολλάκις
ἐπεξέτεινας τὴν ἑορτὴν πλουσίως.

7. Tam elegantis stupendique templi architecti memorantur potissimum duo, inter tot quos ex universo pene orbe coegerat Iustinianus, Anthemius scilicet Trallianus et Isidorus Milesius, uterque artis mechanicae peritissimus. de Anthemio sic Paulus Silentiarius part. 1 v. 134:

ἐπευφήμησε δὲ τέχνην
καὶ νόον Ἀνθεμίοιο κεκασμένον ἔμφρονι βουλῇ.
κεῖνος ἀνὴρ τὰ πρῶτα θεμείλια πήξατο νηοῦ,
εὐκαμάτων βουλῇσιν ὑποδρήσσων βασιλήων,

cui succinit Procopius de Aedif. 1 1: τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας· Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανὸς ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος, οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ, τῇ βασιλέως ὑπούργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γενησομένων προδιασκευάζων ἰνδάλματα. de Anthemio etiam pluribus agit Agathias lib. 5, et ut non modo in aede condenda praecipuus habitus sit, sed et ut in arte quam mechanicam vocant excelluerit, ita ut et terrae motus naturales et fulgura ipsa arte imitaretur. unde forte eidem Silentiario parte 2 v. 235 Ἀνθέμιος πολυμήχανος dicitur. neque alius est ab eo qui a Codino μαΐστωρ μηχανικός appellatur. de Isidoro vero idem Procopius sic ait: καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος τὸ γένος, ἔμφρων τε ἄλλως καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν βασιλεῖ. et Paulus Silentiarius part. 2 v. 136:

ἦν δὲ σὺν αὐτῷ
πάνσοφος Ἰσίδωρος ἔχων νόον etc.

utriusque praeterea meminit idem Procopius de Aedif. 2 3, ut Codinus cuiusdam Ignatii, inter tot magistros architectos, quibus usus est Iustinianus in condenda aede, quos centenarium explesse numerum idem tradit, de quo multa nugatur.

8. In ea autem aedificanda, nulla sumptuum habita ratione, *ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων*, inquit Procopius, tantam pecuniarum vim expendit, ut cum iis demum egeret, tributis et vectigalibus subditos non vexarit modo, sed stipendia etiam professoribus publicis constituta praefecti urbis monitu sustulerit, ut auctor est Zonaras; ex quo *τῶν ἐν ταῖς πόλεσι διδασκαλείων ἐσχολακότων*, ignorantia et rusticitas in iis successerit. nescio an is quem *ἔπαρχον* vocat hoc loco Zonaras, sit ille Stra-
P 530 tegius qui Codino et Anonymo *φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων* et Iustiniani frater adoptivus, *ἀδελφοποίητος*, fuisse et templi impensas fecisse dicitur. in illius porro atriorumque ac aedium circumiacentium structuram, praeter sacra vasa ac reliquos ornatus, et quae ex universo orbe liberaliter erogata sunt, expensas octogies centenas, seu ut habent aliae editiones, ter milies bisque centies centenas libras, iidem tradunt.

9. Aedis parietes et camerae coctis lateribus constructi sunt, inquit Gyllius. ita etiam Paulus Silentiarius part. 2 v. 58:

μέσσα μὲν ατ.... ὅσα κύκλιον ἄντυγα τεύχει,
ὀπταλέαις πλίνθοισιν ἀρηρότα δήσατο τέχνη.

idem v. 97:

ὅπως δομήτορι μόχθῳ
ἀνέρες εὐτέχνοισιν ὑποδρήσαντες ἐδέθλοις,
πλίνθοις ὀπταλέοισιν ἀνεστήσαντο δεθείσας etc.

et Agathias lib. 5: *ἤρεψε δὲ αὐτὸν (τὸν ναὸν) ἐκ πλίνθου ὀπτῆς καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδήρῳ συνδήσας. parietum interior pars,* subdit idem Gyllius, *crustis marmoreis vestita excellentibus et variis fulgurat, et permiscet cum summas naturae vires, tum mentes spectantium.*

10. Columnis praeterea marmoreis ingentibus ac mole sua stupendis, aliisque minoris altitudinis ac molis ubique sustentatur ac exornatur, tam eleganti et grata colorum varietate ut Procopius in haec verba prorumpat: *τίς τῶν κιόνων καὶ λίθων διαριθμήσαιτο τὴν εὐπρέπειαν, οἷς τὸ ἱερὸν κεκαλλώπισται; λειμῶνί τις ἂν ἐντετυχέναι δόξειεν ὡραίῳ τὸ ἄνθος· θαυμάσειε γὰρ εἰκότως τῶν μὲν τὸ ἁλουργόν, τῶν δὲ τὸ χλοάζον, καὶ οἷς τὸ φοινικοῦν ἐπανθεῖ, καὶ ὧν τὸ λευκὸν ἀπαστράπτει, ἔτι μέντοι καὶ οὓς ταῖς ἐναντιωτάταις ποικίλλει χροίαις, ὥσπερ τις ζωγράφος, ἡ φύσις.* istam etiam marmorum varietatem pluribus variisque in locis commendat Paulus Silentiarius, et marmorum ipsorum genera ac colores recenset part. 2 v. 200 et seqq. inprimis vero *Aegyptium* seu Thebaïcum *purpureum* stellulis interstinctum laudat, part. 1 v. 246, part. 2 v. 208. de quo praeter Plinium 36 7 et 8 Statius in Epithalam. Stellae et Violantillae:

rupesque nitent, queis purpura saepe
orbibus et Tyrii moderator livet aheni.

et in Balneo Etrusci:

sola nitet flavis Nomadum decisa metallis
purpura.

marmor istud Aegyptium *Romanum* vocant scriptores eiusce aevi, ut ex Cedreno in Constantino M, et Porphyrogenneta in Basilio n. 55, et scriptoribus de templo S. Sophiae statim initio colligere est. *Phrygium* colore variegatum ac roseum albo caeruleo permixtum referens recenset part. 2 v. 205. de quo idem Statius, ut et de Libyco, in Epithalam. Stellae et Violantillae:

hic Libyus Phrygiusque silex.

et in Balneo Etrusci:

sola cavo Phrygiae quam Synados antro
ipse cruentavit maculis lucentibus Attis.

Laconicum virens, v. 211. cuius etiam meminit Procopius de Aedif. 1 10, et idem Statius:

hic dura Laconum
saxa virent.

Carium, obliquis ex sanguineo alboque livido semitulis distinctum, v. 213. *Lydium,* virenti pallidoque colore commixtum, P 531
v. 215. *Proeconnesium* v. 247; cuius etiam meminit Anonymus sub finem. *Libycum,* caerulei simul et crocei coloris, v. 217. *Celticum* nigrum, candidis venis interstinctum, v. 220. *Bosporicum* album, in extremis oris nigricans, v. 249. *Thessalicum* part. 1 v. 255, part. 2 v. 229, 251. *Molossium,* part. 2 v. 132 etc. ex tot igitur marmoris speciebus exstant infinitae, quae Sophianam aedem suffulciunt et adornant, columnae, quas inter praesertim commendantur a scriptoribus octo porphyreticae seu Aegyptiae, paris altitudinis et molis, quas a muliere vidua, Marcia nomine, Roma transmissas, et a Solis delubro ab Aureliano olim exstructo abstractas, auctor est apud Codinum Plutarchus Iustiniani protosecretarius. has ad quattuor conchas, intra bematis cancellos, stare suo loco ostendemus. octo praeterea prasini seu viridis coloris, stupendae pariter magnitudinis ac eximii decoris, Epheso a Constantino praetore transmissas, ceteras partim Cyzico partim Troade vel ex Cycladibus atque etiam Athenis advectas refert idem Codinus. Theuetus Cosmogr. 19 1 de columnis templi Sophiani: *Le dedans est beau, et s'y voit grand nombre de colonnes et piliers longs et massifs, et de pierre de marbre, iaspe et porphyre, fort bien diaprez, et cecy est au long du choeur, qui encore est debout. Sur chacun de ces piliers on voit une pierre large et grande de marbre gris rouge ou serpentin. Quand à l'estage d'en haut, les colonnes y sont moindres en proportion, mais plus richement estoffées.* Dom. de Saligniaco in Itiner. *Elle est ornée de plusieurs hautes et grosses colonnes bien rares, sçavoir huit de porphyre, seize de serpentin, et quatre de marbre blanc: et par dessus, d'une belle galerie*

pavée de marbre transparent, et de plusieurs petites colonnes de marbre et de serpentin. atque harum quidem columnarum capitella aerea argento et auro exornantur. Silentiarius part. 1 v. 252:

ὧν ὑπὸ πέζαν
κίονες ἱδρύσαντο καρήατα δέσμια χαλκῷ,
γλεύκια χρυσεότευκτα, παραπλάζοντα μερίμνας.

quos quidem ornatus temporis iniuria ac vetustate consumptos renovavit Romanus Argyrus. Scylitzes: κατελάμπρυνε δὲ καὶ τὰ κιονόκρανα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Βλαχερνῶν ἀργυρῷ καὶ χρυσῷ.

11. Sed praeter hanc marmoris iucundam gratamque varietatem, musivo ubique fere exornatur. camerae enim, inquit Gyllius, calculis et tessellis vitreis inauratis fulgent, etiam ad oculos barbarorum, in quibus expressae variae cernuntur imagines et figurae, ita ut tabellarum vicem expleant. Paulus Silentiarius part. 2 v. 230:

πρὶν δὲ πολυτμήτοιο σέλας ψηφῖδος ἱκέσθαι,
λεπτὰς λαότορος παλάμη λάϊγγας ὑφαίνων
μαρμαρέας ἔγραψε μετὰ πλάκας, ἐς μέσα τοίχων,
σύνδετον εὐκάρποισι κέρας βεβριθὸς ὀπώραις
καὶ ταλάρους καὶ φύλλα, etc.

et quo describit loco porticus atrium ambientes, v. 190:

πολυτμήτων δὲ μετάλλων
ἁρμονίη γραφίδεσσιν ἰσάζεται· ἐν γὰρ ἐκείνῃ
τετρατόμοις λάεσσι καὶ ὀκτατόμοισι νοήσεις
ξευγνυμένας κατὰ κόσμον ὁμοῦ φλέβας· ἀγλαΐην δὲ
ζωοτύπων λάϊγγες ἐμιμήσαντο δεθεῖσαι.

Manuel Chrysoloras: οὐ τοὺς κίονας, οὐ τὰς ψηφῖδας, οὐ τὰς τῶν τοίχων μαρμαρώσεις, οὐ τὴν ὕελον, οὐ τὸν ἐν αὐτῇ χαλκόν,
P 532 οὐ τὸν μόλιβδον, οὐ τὸν σίδηρον, οὐ τὴν σάπφειρον, οὐ τὸν χρυσόν, οὐ τὴν ὕελον αὖθις τὴν ἐν ταῖς ψηφῖσιν, οὐκ ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀκριβῶς δυναίμεθα καταλέξαι. musivi etiam materiam expressit Anonymus, dum ait Iustinianum testudines tum aedis tum porticuum ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ deaurasse, cuiusmodi *musivum deauratum* vocat Anastasius in Gregorio IV p. 160, μωσίον χρυσόν Anonymus de locis SS. p. 81, χρυσαυγὰς ψηφῖδας Sophronius in Encomio SS. Cyri et Ioannis, χρυσᾶς ψηφῖδας Theophanes Cerameus Hom. 55, *vitreos lapides fulvo auro supertectos* Vita S. Laurentii episcopi Sipontini n. 11. quale vero fuit caementum quo tota aedis compages seu potius lapides aut lateres continentur, et ex quibus constiterit speciebus, describit idem Anonymus Combefisianus p. 249. tametsi plerisque in locis οὐ τίτανος, ὅνπερ ἄσβεστον ὀνομάζουσιν, οὐκ ἄσφαλτος, ἀλλὰ μόλιβδος ἐς τέλμα χυθεὶς καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, lapides invicem connectat ac constringat. quod etiam attigit Silentiarius; qui

praeterea addit Iustinianum in compingenda vel tegenda aede lignis uti neutiquam voluisse, sed marmoreis longioribus tabulis totam texisse, v. 110 et seqq. ne, inquit Agathias, incendiis rursum pateret. *ξύλοις τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μὴ εὐκολώτατα πυρπολοῖτο.*

12. Immensam aedis Iustinianaeae amplitudinem non semel commendant scriptores, atque inprimis Ioannes Cantacuzenus 3 1: *τὸν νεὼν τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ μεγέθει μέγιστον ὄντα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἁπάντων.* et 4 4: *ὁ γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας κάλλει τε καὶ μεγέθει τοὺς ἁπανταχοῦ νικῶν.* Manuel Chrysoloras: *τίνος γὰρ λόγου ὕψος ἢ μέγεθος ἐξισώσεται τῷ ἐκείνῳ ὕψει ἢ μεγέθει;* Guillelmus de Baldenzeel in Itinerario: *credo quod sub caelo, postquam mundus creatus est, non fuit tale aedificium completum, quod huic poterit in nobilitate et magnitudine ceteris compararí.* sed licet magnitudine et mole sua ceteras totius orbis aedes sacras excedat, tam apta tamen constat concinnitate et proportione ut nec longitudine aut latitudine immodica sit. Procopius: *εὐρός τε αὐτῆς καὶ μῆκος οὕτως ἐν ἐπιτηδείῳ ἀποτετόρνευται, ὥστε καὶ περιμήκης καὶ ὅλως εὐρεῖα οὐκ ἀπὸ τρόπου εἰρήσεται.* sed ita confecta est ut non omnino quadrata sit, et longitudo latitudinem paululum excedat: *ἐν τετραπλεύρῳ μὲν γὰρ τὸ τέμενός ἐστιν, οὐ κατὰ πολὺ δὲ φαίνεται προέχον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος*, quod de aede S. Michaelis CP dixit idem Procopius 1 3. seu potius, quod de aede S. Anthimi scripsit c. 6, longitudo tantum superet latitudinem quantum in latere orientali porrigitur bema: *τοσοῦτον δὲ προέχει μόνον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος, ἐς ὅσον δὴ χῶρον τὸν ἀβέβηλον, ἐν ᾧ τὰ ὄργια τὰ ἄρρητα τελεῖσθαι θέμις, κατὰ τὴν πλευρὰν ἢ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τέτραπται, διήκειν ξυμβαίνει.* unde colligitur eam fuisse apud Graecos templorum formam ac figuram.

13. Euagrius 4 30 illius longitudinem a concha, ubi incruentum sacrificium litatur, ad portam conchae adversam esse pedum 190 scribit: *ἔστι μὲν οὖν τὸ μῆκος ἐκ τῆς καταντικρὺ θύρας τῆς ἱερᾶς κόγχης, ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας, μέχρις αὐτῆς, ποδῶν ρλ'.* ab Euagrio paululum discrepat Gyllius. *longitudinem*, inquit ille, *ab oriente ad occasum ipse metiri ausus non sum, sed metiendam curavi per hominem Turcum, qui mihi rettulit longitudinem templi esse ducentorum et quadraginta pedum.* Bondelmontius de longitudine templi agens ait *per ecclesiam esse de angulo ad angulum* 120 *brachia, quia*, inquit, *desuper rotunda et in plano quadrangulata recedit.* quibus verbis innuit longitudinem se mensum esse non ab imo conchae, sed qua illa aedi coniungitur.

14. Latitudinem a meridie ad septentrionem centum et quindecim pedum esse ait idem Euagrius. at Gyllius, ex Turci relatione, ducentorum et tredecim pedum esse scribit.

15. Altitudinem vero tantam esse prodit Procopius, ut non modo cetera urbis aedificia superexcellat, sed et ex supremo aedis vertice urbs tota despiciatur: P 533 *ἐπῆρται γὰρ ἐς ὕψος οὐράνιον, ὅσον καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν, ὑπερκειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει, κοσμοῦσα μὲν αὐτήν, ὅτι αὐτῆς ἐστίν, ὡραϊζομένη δέ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται.* porro altitudinem a summa curvatura arcuum usque ad pavimentum centum quadraginta duorum pedum esse ait idem Gyllius: nam de ea silet Euagrius, qui altitudinem tantum a centro hemisphaerii refert, de qua agemus infra. Bondelmontius vero a testudine aedis ad pavimentum altitudinem esse ait 144 brachiorum.

16. Totam aedis structuram ambiunt exteriores porticus columnis marmoreis sustentatae musivoque opere exornatae, de quibus nescio an verba ista Procopii capienda sint, an vero de interioribus porticibus: *τίς ἂν — τάς τε παμπληθεῖς διηγεῖτο στοὰς καὶ τὰς περιστύλους αὐλάς, αἷς ὁ νεὼς περιβέβληται;* ad meridiem enim et septentrionem habuit porticus exteriores, ut et ad occidentem, de quibus mox acturi sumus. nam ad orientem vix crediderim exstitisse, quicquid dicat Gyllius, qui ait verisimile esse istam cecidisse aliquo terrae motu, ipsiusque in locum excitatam fuisse molem illam quae hodie exstat lapide quadrato constructa, velut crepido clivosa obiecta ad fulciendam partem aedis orientalem. quippe, etsi aedes sacrae maiores porticibus circumcingi solerent, ad orientem tamen nullae excitabantur, forte ob bematis et sacrosancti altaris reverentiam, quod ad partem templi orientalem semper erat, ne eo coeuntium tumultu ac obloquentis plebis garrulitate sacra facientium sacerdotum turbaretur attentio. id enim satis prodit Procopius de Aedif. 1 8, ubi ait templum S. Michaëlis in Anaplo ubique porticibus exterioribus cingi praeterquam ad orientem: *στοὰ τὸν νεὼν περιβάλλει ἐγκύκλιος εἰς τὰ πρὸς ἕω διαλιποῦσα μόνον.* similia tradit de aede deiparae Hierosolymitana 5 6: *αἱ (στοαὶ) περιβάλλουσι τὸ ἱερὸν ὅλον πλὴν τῆς πρὸς ἕω τετραμμένης πλευρᾶς.*

17. At ad occidentem templi valvae, inquit Gyllius, loco vestibuli duas porticus habent, inferiorem, qua aditur templum plano pede, superiorem, qua gynaeconitides aulae adeuntur, ambas tam longas quam templum latum, largas viginti octo pedes. Paulus Silentiarius part. 2 v. 9 marmore grandi constructas ait:

μηκεδανὸς δ' ἐπὶ τοῖσι πυλα..... αὐλόν,
δεχνύμενος προσιόντας ὑπευρ.... θυρέτροις,
μῆκος ἔχων ὅσον εὖρος ἀνάκτορα θέσκελα νηοῦ.

de his binis porticibus occidentalibus ita praeterea Euagrius: *εἰσὶ δὲ πρὸς δυόμενον ἥλιον ἐκπρεπεῖς ἕτεραι στοαὶ δύο, καὶ πάντοθεν*

ὑπαίθριοι αὐλαί, εἰς κάλλος ἐξησκημέναι. subdit deinde Gyllius porticum superiorem supra porticum inferiorem sitam esse inter pilas sustinentes quartam partem sphaerae occidentalem et fenestras. nam a parte interiori octo pilis, ab exteriori totidem sustinetur; inter quas fenestrae, tam inferiores quam superiores, illucent, cinctae columnis quadratis. inter hanc porticum et aulas feminarum nihil interest nisi pilae sustinentes porticus cameram interiorem: pavimentum enim porticus aequale est aularum pavimento. quae quidem superioris porticus descriptio cum Procopiana quadrat, in qua columnas in hemicycli figuram perinde excitatas observare est: τοῦ δὲ δὴ ἑῴου καταντικρὺ τὰς εἰσόδους ἔχων ἐγήγερται τεῖχος, καὶ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν οἵ τε κίονες καὶ τὰ αὐτῶν ὕπερθεν ὁμοιώτατα τοῖς δεδηλωμένοις ἐν ἡμικύκλῳ ἑστήκασι. porticus porro inferior, addit idem Gyllius, duplex est: interior clauditur utrinque muris marmorum iucundissima varietate vestitis, tegitur cameris figuratis ornamento tessellato calculorum inauratorum. atque ita tribus porticibus exornatur aedis P 534
Sophianae vestibulum, duabus inferioribus et una superiori; quo respexit Silentiarius part. 2 v. 7, dum ait triplices esse porticus occidentales:

ἀλλὰ δύσις πυλεῶνα μέγαν .....χει,
οὐχ ἕνα· τριχθαδίους γὰρ ἔχει κατὰ τέλσα μελάθρου.

sed prima quae occurrit ex inferioribus porticibus, pertinuisse videtur ad porticus atrii, de quibus infra, quod τετράστυλον fuisse constat; ex quo necesse est harum unam templi vestibulo affixam fuisse. de porticuum istarum portis seu aditibus sic prosequitur idem Gyllius: *ex huius porticus latere orientali novem portis patet aditus in templum: ex latere occidentali quinque portis aeneis duplicibus patet exitus ex interiori porticu in exteriorem porticum, ex qua proditur in aream, ubi perennes saliunt aquae.* de novem portis, per quas templum aditur, agetur infra: at eas per quas ab interiori porticu in exteriorem proditur, attigit etiam Silentiarius 2 part. v. 22. nec quinque duntaxat sed septem recenset, in iis binos illos in porticum aditus complexus, qui ad meridiem et ad septentrionem aperiuntur.

ἑπτὰ δ' ἀνευρύνας ἱεροὺς πυλεῶνας ἀνοίγει,
λαὸν ἔσω καλέοντας ὁμιλαδόν. ἀλλ' ὁ μὲν αὐτῶν
ἐντρέφεται νάρθηκος ἐπὶ στεινοῖο μετώπων
ἐς νότον, ὃς δὲ βορῆος ἐπὶ πτερά.

18. Porticus istas occidentales, quae elegantis ac magnifici vestibuli vicem praebent aedi Sophianae, νάρθηκος seu *ferulae* nomine aevo suo donatas tradit idem Silentiarius part. 2 v. 13:

χῶρος ὅδε Γραικοῖσι φατίζεται ἀνδράσι νάρθηξ.

nec alia appellatione donantur eiusmodi porticus in aedium sacrarum vestibulis excitatae a Procopio de Aedif. 1 4, ubi de

templo SS. Sergii et Bacchi: ἔστι δὲ αὐτοῖς μία μὲν ἡ ἐπὶ τῶν προθύρων στοά, ἐπὶ τοῦ Νάρθηκος τῷ περιμήκης εἶναι ὠνομασμένη. et 5 6 de templo deiparae Hierosolymitano: στοά τις ἐκδέχεται ἐντεῦθεν ἑτέρα, ἐπὶ τοῦ νάρθηκος ὠνομασμένη, οἶμαι, τῷ μὴ εὑρύνεσθαι, ubi Procopius vocabuli seu appellationis rationem insinuat, sicque dictas istiusmodi porticus ante templorum vestibula, quod in maiorem longitudinem quam latitudinem porrigerentur, atque ita ferulae speciem quodammodo referrent, quae oblongior est quam latior, ut obiter attigimus in notis ad Alexiadem: quippe πᾶν δρομικόν, inquit Zygomalas, νάρθηξ λέγεται. unde non omnino hallucinatos illos evidens est qui narthecem ecclesiae porticum fuisse scripsere, ut vult Allatius Goarum innuens, quandoquidem id disertis verbis tradunt Silentiarius et Procopius; quibus favet Codinus in Originib. Lambecianis p. 45: καὶ τοῦ ἵππου αὐτῆς ἐκεῖσε ὀλισθήσαντος ἔμπροσθεν τοῦ νάρθηκος τοῦ ναοῦ, et Theorianus in legatione, νάρθηκα, in quo paenitentes stabant, ἔξω τῆς ἐκκλησίας statuens, ubi divinas scripturas, inquit ille, audiebant, quae scilicet in aede sacra aut recitabantur aut decantabantur; unde ἀκροώμενοι passim in narthece extra ecclesiam dicuntur constitisse, apud Gregorium Thaumat. can. 2, Zonaram ad can. 1 concilii Nicaeni 1, Balsamonem ad can. 14 eiusdem concilii: ἐν βασιλικοῖς πυλῶσι, seu regiis ac praecipuis porticibus vel foribus, apud Alexium Aristenum, quemadmodum nuncupantur ab Anastasio non semel, ut infra indicamus. neque aliam forte ob rationem dixit Silentiarius v. 13 in narthece voces sonoras Davidis psalmos concinentium alternis cantibus sacerdotum (in nao scilicet) exaudiri ac aures dei mulcere:

> ἐνθάδε τις κατὰ νύκτα διάμπερες ἦχος ἀνέρπων
> εὐκέλαδος Χριστοῖο βιαρκέος οὔατα θέλγει.

P 535 ubi per κατὰ νύκτα videtur innuisse preces vespertinas, de quibus Paulinus Nat. 7:

> *tunc ergo solutis*
> *coetibus a templo domini, postquam data fessis*
> *corporibus requies, sumpta dape, coepimus hymnis*
> *exultare deo et psalmis producere noctem.*

at cur porticum, quam nude ac simpliciter νάρθηκα vocat Silentiarius, ἐπὶ τοῦ νάρθηκος appellet Procopius, nulla mihi alia suboritur coniectura, quam quod familiarem Byzantinorum civium loquendi morem expresserit, qui quod nude *narthex* dici debuerat, *ad narthecem* vel *in narthece* efferebant, ἀκροωμένους forte innuentes, qui in eo consistebant aut qui ad eum relegabantur; quemadmodum posteriores Graeci urbem Cpolitanam non πόλιν sed στὰν πόλιν appellabant, uti alibi observatum est. neque enim omnino arridet eorum sententia qui ἐπί pro ἀπό per-

peram substitutum censent. quattuor porro in aede Sophiana nartheces statuit Codinus: *ἀπὸ τοῦ βήματος μέχρι τῶν τεσσάρων ναρθήκων*, ut et Anonymus: *καὶ τῶν τεσσάρων ναρθήκων κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα.* sed iure addubitari potest an hoc loco quattuor aliquas porticus exteriores innuerit, binas scilicet ad occidentem et duas alias ad septentrionem et meridiem. quod quidem indicare videtur idem Anonymus, scribens Iustinianum statuisse (an vere, alii viderint) ut quisquis pro delictorum modo arceretur a sacris, in his quattuor narthecibus staret; quo quidem loco *φίνας* nartheces vocat, incomperta mihi ratione, nisi forte quod ad templi fines haberentur porticus istae exteriores. certe tertium narthecem eiusdem aedis Sophianae observare est in sexta Synodo Act. 18, ubi *δικύμβαλον ἐν τρίτῳ νάρθηκι μεγάλης ἐκκλησίας* statuitur, nullo alio indicio; qui quidem tertius narthex prima fortassis fuerit e tribus porticibus, quas ad occidentem aedis Sophianae stetisse scribit Paulus Silentiarius, quaeque *ἐξώτατος νάρθηξ* videtur nuncupari apud eundem Anonymum p. 248. nam auctor est Goarus etiamnum Graecis *ἐξωνάρθηκας* exteriores porticus, ut interiores *ἐσωνάρθηκας* dici. porro *δικύμβαλον*, ni fallor, locus est constans duabus trullis, *κυμβαλικῶς* seu in modum cymbali, quemadmodum fuit maior aedis trulla, exstructis. ita *τρικύμβαλον τοῦ τζυκανιστηρίου* memorat alicubi Codinus in Originibus. iure igitur Allatius haec verba de narthece infert: *narthex vero extra ecclesiam forte an antiquis temporibus fuerit, non disputo.* nam ut nartheces, quod ex praedictis satis patet, olim extra ecclesiam seu potius extra ecclesiae septa fuere, etsi forte, ut pronai, sacri haberentur, ita vicissim pro certo haberi debet posterioribus saeculis narthecem eam aedis sacrae partem, quam hodie *navim* vocamus, appellatam, ut patet ex Euchologio et ceteris Graecorum ritualibus libris et aliquot inferioris aetatis scriptoribus, quos laudat idem Allatius in Dissert. de recentiorum Graecorum templis p. 110 et sequentibus. his favere videtur Lexicon ms ex bibliotheca Regia, cod. 2062, ut et auctor Etymologici: *νάρθηξ ἀπὸ τοῦ νέρθεν ἤγουν κάτωθεν τοῦ ἄμβωνος κεῖσθαι.* hinc enim evincitur narthecem in ecclesia exstitisse, si quidem infra ambonem exstitit; idque inde factum existimo, quod cum in plerisque templis ac aedibus sacris deessent capaciores porticus et nartheces ad earum vestibula, qui ex canonum praecepto in iis consistere tenebantur, intra ipsius ecclesiae claustra postmodum admissi sint, ita tamen ut a reliqua fidelium plebe discernerentur, eaque obirent munia quae in narthece olim, in primo aedium sacrarum atque adeo pronai vel *navis* ingressu. unde recte nartheces dixit Symeon Thessal. Opuscul. contra haereses, sua nimirum aetate, *τῶν ναῶν ἀρχάς* nuncupatos. vide Theophanem p. 203. P 536

19. Quae porro ad orientem exstant pyramides ad aedis angulos exteriores, excitavit Andronicus Palaeologus senior, quo partes templi orientalem et septentrionalem ruinam ac casum minitantes fulciret. id pluribus narrat Nicephorus Gregoras Histor. lib. 7: *ἤκουσε γὰρ παρὰ τῶν δοκίμων οἰκοδόμων ὡς τῷ μακρῷ χρόνῳ καμόντα συνίζησιν τὰ δύο αὐτοῦ ἐπεπόνθεσαν μέρη, τό τε πρὸς ἄρκτους ὁρῶν καὶ ἔτι πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένον, ἃ δὴ πτῶσιν ἀπειλοῦσι ταχεῖαν, εἰ μὴ συνεπιλάβοιτό τις· ὅθεν χιλιάδας νομισμάτων οὐκ ὀλίγας τοῖς οἰκοδόμοις ὁ βασιλεὺς δεδωκὼς ἐκ τῶν τῆς δεσποίνης χρημάτων τὰς ὁρωμένας ταύτας ἐκ βαθέων τῶν θεμελίων ἀνήγειρε πυραμίδας, δι' ὧν κράτιστα τὸν ἀπειλούμενον ἔστησε κίνδυνον.*

20. Ante templi Sophiani vestibulum, proindeque ante occidentales porticus, prostat quadrata ingens area: placet enim illius descriptionem hoc loco exsequi, priusquam templum ipsum subeamus, cum vestibuli praecipuum sit ornamentum. aream istam seu atrium quattuor porticibus circumdatum *αὐλῆς* nomine donat Silentiarius part. 2 v. 174:

τέτρασιν αἰθούσῃσι περίδρομον ὄψεαι αὐλήν,
ὧν μία μὲν νάρθηκι συνάπτεται, αἳ γε μὲν ἄλλαι
πεπταμέναι τελέθουσι πολυσχιδέεσσι κελεύθοις.

ubi observandum exteriorem vestibuli porticum ad atrii porticus pertinuisse, si non et tertia fuit, quod iam monuimus: alioquin atrium Sophianum tribus tantum constitisset porticibus, non vero quattuor, proindeque non *τετράστυλον* fuisset vel *quadriporticus*, sed *triporticus*, uti eiusmodi atria dicuntur Anastasio in S. Hilaro PP: *nymphaeum et triporticum ante oratorium S. Crucis*, etc. Eusebius de vita Constantini 3 34 de atrio templi Hierosolymitani: *μακροῖς περιδρόμοις στοῶν ἐκ τριπλεύρου περιεχόμενον.* et Sidonius epist. 2 10:

huic est porticus applicata triplex,
fulmentis Aquitanicis superba,
ad cuius specimen remotiora
claudunt atria porticus secundae.

eadem porro *αὐλῆς* appellatione donantur eiusmodi areae seu impluvia ante aedes sacras a Procopio de Aedif. 1 7 et 8, 5 6. *αἴθρια* dicuntur Eusebio de vita Constant. 3 34 et 38, et Hist. 10 4, quia *εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ κάτοψιν λαμπρὸν καὶ ταῖς τοῦ φωτὸς ἀκτῖσιν ἀνειμένον ἀέρα* praebent, ut idem scriptor loquitur. impluvia Paulinus Nat. 10 ea atria appellat:

istic porticibus late circumdata longis
vestibula impluvio tectis reserantur aperto,
et simul astra oculis, ingressibus atria pandunt.

semitae vero istae multiplices, de quibus Silentiarius, portis elegantibus claudebantur, quas *θύρας μεσαύλους* vocat non uno loco idem Procopius, *αὐλίους πύλας* Eusebius de vita Const. 3 38.

μεσαύλιον enim *τῆς μεγάλης ἐκκλησίας* dicitur Theophani et Cedreno atrium, quod *αὐλή* ceteris scriptoribus. Gloss. Lat. Gr. *atrium μεσαύλιον.* Paulinus Nat. 10 de variis eiusmodi atriorum aditibus:

basilicis haec iuncta tribus patet area cunctis,
diversosque aditus ex uno pandit ad omnes,
atque itidem gremio diversos excipit uno
a tribus egressos, medio spatiosa pavito.

Procopius igitur 1 4 de aede SS. Sergii et Bacchi: *ἐπὶ κοινῆς* P 537 *δὲ προπύλαια πάντα, ᾗ τε αὐλὴ καὶ μέσαυλοι θύραι,* et 5 6 de templo Hierosolymitano: *θύραι μέσαυλοι ἱεροπρεπεῖς οὕτως ὥστε μηνύουσι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν ὁποίῳ ποτὲ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι.* mox subdit: *προπύλαια δὲ τὸ ἐνθένδε θαυμάσια οἷα, καί τις ἐπὶ κιόνων δυοῖν ἐπαιρομένη ἀψὶς ἐς ἄφατον ὕψος.* ex quibus patet aliud esse *αὐλήν* aliud *προπύλαιον:* aula enim dicitur atrium impluvium porticibus circumdatum, propylaeum vero frons ac vestibulum templi fuit, quod *προτεμένισμα* vocat Zonaras in can. 66 Trullanum, ut et Agathias lib. 5, et Photius in descriptione novae ecclesiae a Basilio Macedone exstructae in palatio, ubi istius aedis *προπυλαίων* elegantiam describit, ut aedis Tyrensis Eusebius 10 4. Gloss. Gr. ms ex bibl. Reg. *προτεμενίσματα προπύλαια.* vel etiam propylaeum fuit ille forsitan arcus seu excelsus fornix, de quo Procopius loco proxime laudato, quem arcus nomine donat Leo Ostiensis 3 27: *vestibulum autem ecclesiae superne quidem fecit musivo pulcherrimo cum arcubus decorari;* et infra: *arcus eiusdem vestibuli deforis musivo nihilominus vestiens.* sic non semel Anastasius. ita porro *ἀψῖδα* interpretatur Zonaras in canon. 46 concil. Carthag.: *τὸ γὰρ πρὸ τῆς ἀψῖδος πρὸ τοῦ προπυλαίου ἐστίν.* unde cum in synodo III Carthaginensi can. 23 cavetur, ut iis, quorum crimina publica sunt, *ante absidem* manus imponatur, id videtur intelligendum de abside narthecis, ubi consistebant paenitentes, non vero de absida seu concha altaris, de qua agemus in sequentibus; quem quidem canonem laudant Capitularia Caroli Magni lib. 5 c. 53 et Hincmarus Remensis de Gestis habitis pro divortio Thietbergae; quibus adiungenda sunt quae habet Chrodegangus Metensis episcopus in Regula canon. c. 30. quod vero *absis* his scriptoribus dicitur, *arcum* vocat Paulinus epist. 12:

alma domus triplici patet ingredientibus arcu.

infra:

tergeminis geminae patuerunt arcubus aulae.

quattuor denique porticibus ambiri atrium Sophianum scribit Silentiarius, quemadmodum aedis Tyri atrium Eusebius Hist. 10 4: *τὰ τῶν πρώτων εἰσόδων τέτταρσι μὲν πέριξ ἑγκαρσίοις κατεκόσμησε στοαῖς, εἰς τετράγωνον περιφράξας τὸν τόπον κίοσιν πανταχόθεν ἐπαιρομέναις.* Latinis, uti mox innui, eiusmodi impluvia, quat-

tuor porticibus cincta, *atria* dicuntur. Gloss. Gr. Lat. τετραστῶον *atrium*. Graeci vero τετράστυλα ea vocant, *quadriporticus* Anastasius biblioth. in S. Symmacho PP: *et cantharum B. Petri cum quadriporticu marmoribus ornavit.* idem in Dono: *hic atrium B. Petri apostoli superius, quod est ante ecclesiam, in quadriporticum magnis marmoribus stravit.* occurrit apud eundem in Leone III p. 121 139 142 et in Itinerario Hierosol. harum vero porticuum intercolumnia ut plurimum cancellis ac pluteis munita erant, quibus incumbere licebat et in atrium prospicere. Paulinus:

sed circumiectis in porticibus spatiari
copia larga subest, interpositisque columnas
cancellis fessos incumbere, et inde fluentes
adspectare iocos, pedibusque madentia siccis
cernere nec calcare sola, et certamine blando
mirari placido salientes murmure fontes.

Romani vero eiusmodi atria *paradisos* vocabant, ut auctor est Leo Ost. 3 27: *fecit et atrium ante ecclesiam, quod nos Romana consuetudine paradisum vocamus.* Anastasius in S. Paulo PP: *fecit autem in atrio ante turrem S. Mariae ad gradus, quod vo-*
P 538 *catur paradisus, oraculum.* Paulus Warnefridus de Gest. Langob. 5 31: *Donus papa Romanae ecclesiae locum, qui paradisus dicitur, ante basilicam B. Petri apostoli candidis et magnis marmoribus stravit.* ita passim vocem hanc usurpant scriptores, a Graeco παράδεισος desumptam, quae Hesychio dicitur τόπος ἐν ᾧ περίπατοι, id est locus porticibus, in quibus deambulationes fiunt, septus, vel certe quivis alius deambulationi aptus. porticus vero quae ante palatia sive nobilium aedes erant, προδόμους appellat Lexicon Gr. ms ex bibliotheca Regia: πρόδομος ἡ πρὸ τῆς οἰκίας στοά, ἣν καὶ Ὅμηρος αἴθουσαν καλεῖ.

21. Idem atrium sequiore Graecia γαρσονοστάσιον etiam dictum fuisse auctor est Theophanes p. 203 et ex eo Cedrenus p. 387: καὶ ἐκαύθη τὸ μεσαύλιον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ λεγόμενον γαρσονοστάσιον. hanc autem garsonostasii appellationem hausisse videntur Graeci a voce Latinobarbara, *garcio*, nostris *garçon:* nos diceremus *la place des garçons*, quia in eo atrio seu impluvio morari solebant vel magnatum famuli seu pedissequi vel e plebecula pueri, dum ibi vel illi dominos egressuros exspectant vel hi ludo magis quam sacris intenti commorantur. qui vero apud nos *garciones* proprie dicantur, docent grammatici inferioris aevi. Willelmus Brito in Vocabulario ms: *Lixa, mercenarius, garcio, qui sequitur curiam, et portat aquam in castris exercitus.* Papias: *Garcio, qui circa culinas papando incedit.* hac notione vocem hanc usurpat S. Bernardus de Vita et moribus Relig. c. 10: *nunc ergo tantae multitudini gjarcionum ac iumentorum cur nobiscum non ferimus necessaria.* varie autem scripta

reperitur: *garcio* enim effertur in Chronico Reichersperg. a. 1105, *gjarcio* apud Petrum Blesensem epist. 102, *guarsio* in vita Garneri Praepositi S. Stephani Divion. p. 130, denique *garzo* apud Pilichdorffium contra Valdenses c. 18. de vocis etymo nugatur Ludovicus *d'Orleans* ad 2 Annal. Taciti, qui ab evertendo *gjarçones* quasi *warçones* dictos scripsit, *quia,* inquit, *iuventus, quae mobilitate viget, omnia evertit subitis eruptionibus.* neque, opinor, felicius vocis originem attigit Iustus Lipsius, qui *garciones* appellatos vult quasi *garriones* a garritu; ut et Christophorus Besoldus in Discursu de natura populorum, qui a Graeco γράσων, *fatuus,* per metathesin literae unius deducit. qui vero nostris *garciones, garciferi* vocantur in LL. Burgorum Scotic. c. 66 apud Lambertum Ardensem et aliquot alios scriptores.

22. In medio istius areae seu atrii Sophianae aedis phialam statuit Iustinianus. sic labrum seu fontem appellabant, ubi perennes aquae saliebant, e quibus plebs lavaretur; quia, inquit Eusebius Hist. Eccl. 10 4, non licebat ἀνάγνοις καὶ ἀνίπτοις ποσὶ τῶν ἔνδον ἐπιβαίνειν ἁγίων. fons autem iste φιάλη μεσιαύλου τῆς ἐκκλησίας, interdum λουτὴρ μεσιαύλου dicitur in Euchologio p. 449 et 465. sic porro describitur a Paulo Silentiario part. 2 v. 177:

> μηκεδανῆς δ' ἐρίτιμον ἐς ὀμφαλὸν ἵσταται αὐλῆς
> εὐρυτάτη φιάλη τις, ἰάσπιδος ἔκτομος ἄκρης,
> ἔνθα ῥόος κελάδων ἀναπάλλεται ἠέρι πέμπειν
> ὁλκὸν ὅλον παθέων ἐλατήριον etc.

erat igitur Sophiana phiala confecta ex iaspide: ita vero adornata ut porticibus ambiretur, in quibus erant fontes alii seu putei, qui aquam populis aedem ingressuris ad lavationem suppeditabant. Anonymus: ἐποίησε δὲ εἰς τὴν φιάλην γυρόθεν στοὰς φρεατικὰς δώδεκα, καὶ λέοντας λιθίνους ἐρεύγεσθαι ὕδωρ εἰς ἀπόνιψιν τοῦ κοινοῦ λαοῦ. quod vero per ora leonum marmoreorum aquae emitterentur, λεοντάριον locus videtur appellatus ex iis quae habet idem scriptor. in phiala Sophiana cruces passim marmoribus inscriptas evincit libellus accusationis in Arsenium part. CP. apud Pachymerem 4 3: accusabatur enim τὸ P 539
προσκεῖσθαι τοῖς Σουλτὰν εὐμενῶς, ὡς καί σφιν ἐφεῖναι τῷ λούτρῳ τῆς ἐκκλησίας συχνάκις ἐλλούεσθαι, τιμίων χαρακτήρων σταυροῦ ἐκεῖσε τοῖς μαρμάροις ἐγκεχαραγμένων, Ἀγαρηνοῖς οὖσι καὶ ἀμυήτοις. binas eiusmodi phialas in atrio Novae ecclesiae ex Aegyptio ac Romano et ex Sangario marmore exstruxit pariter Basilius Macedo, quas eleganter describit in illius vita Constantinus, ex filio nepos, c. 55. porro ante aedium sacrarum vestibula balnea et lavacra publica collocata docet inprimis Eusebius loco laudato, in descriptione aedis Tyrensis, et Paulinus epist. 12 et 31, ut et Natali 9 et 10; apud quem *cantharus* appellatur, *fastigiatoque* interdum *solido aere tholo* tectus describi-

tur, ut et apud Anastasium bibl. in Anastasio II PP et in S. Symmacho. sunt enim canthari apud Ulpianum (leg. 41 § 2 D. de legat. 1) aquarum receptacula, unde aquae erumpunt. eadem igitur notione *phialam* appellarunt Graeci, quod *nymphaeum* Anastasius in S. Hilaro PP. idem Paulinus Nat. 10:

interior variis ornatibus area ridet,
laeta super tectis, et aperta luce serenis
frontibus, atque infra niveis redimita columnis;
cuius in exposito praelucens cantharus exstat,
quem cancellato tegit aerea culmine turris.
cetera dispositis stant vasa sub aëre nudo
fonticulis, grato varie quibus ordine fixis
dissidet artis opus, concordat vena metalli,
unaque diverso fluit ore capacius unda.

meminit idem Constantinus c. 59 phialae seu balnei Venetae factionis, et alterius phialae Prasinae factionis, et lib. de Admin. imp. c. 51 loci φιάλας dicti, in quo iudicia inter remiges exercebantur; unde illius iudex praefectus phialae vocitabatur, illius forte quam Theophanes p. 307 et Cedrenus p. 442 a Rhinotmeto excitatam fuisse scribunt εἰς τὸ τελεῖσθαι ἐκεῖ σαξοδέξιμον. huius etiam mentio est apud Leonem Grammaticum in Theophilo et Gregorium in vita S. Basilii Iunioris n. 38. at phiala proprie dicitur totum illud aedificium quo cingebatur et tegebatur cantharus ipse seu aquarum receptaculum, quod τὸ ἔμβαδον καὶ τὸν πυθμένα τῆς φιάλης vocat idem Constantinus, ἐμβάτην Theophanes et Euchologium, in quo et κολυμβεῖον nuncupatur. in simili labro scriptum olim versum hunc retrogradum, qui habetur in Anthologia, apud Gruterum et alios, aiunt, νίψον ἀνομήματα μὴ μόναν ὄψιν. quippe fideles priusquam aedem sacram ingrederentur, aquis istis, quae a sacerdote benedicebantur, facies et manus lavabant. hinc Paulinus ad Severum:

sancta nitens famulis interluit atria lymphis
cantharus, intrantumque manus lavat amne ministro.

atque hae fontium aquae quotannis in pervigilio sacrorum Theophaniorum, interdum in ipso festo die, consecrabantur et benedicebantur; quarum benedictionis ordo habetur in Euchologio: unde νόσων ἀπελαστικαί, δαιμόνων φυγαδευτικαί apud Clementem in Constit. Apost., ἰαματικὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, alibi ἁμαρτημάτων λυτήριον, etc. in eodem Euchologio dicuntur. harum loco successere, praesertim apud Latinos, quae in templorum valvis exponi solent lustrales undae, uti qui de ritibus ecclesiasticis scripsere pridem docuerunt. enimvero quod Silentiarius de perpetuo aquarum Sophianae phialae miraculo subdit, et ut in pervigilio sacri festi, mense quem χρυσοχίτωνα vocat, eae vasculis haustae et a plebe Christiana domum asportatae incor-
P 540 ruptae manerent nulloque corriperentur mucore vel putredine,

praeclare omnino refertur a S. Ioanne Chrysostomo Orat. de baptismo Christi, qui festum istud sacrum Epiphaniorum diem, proinde mensem *χρυσοχίτωνα* Ianuarium fuisse coarguit. huic autem mensi fortassis id epitheti tribuit Silentiarius ob *rogas* magistratuum, aut xenia et strenas quibus donabantur, ipsique adeo principes; vel certe quia eo mense magistratum inibant consules, et *χρυσοχίτωνες* in publicum procedebant. dicitur enim Ianuarius *μὴν ὑπάτων*, *mensis consulum*, in Anthol. l. 1 p. 124. de quorum processibus agunt Novella Iustiniani 105, Claudianus, Marcellinus Comes, Corippus, Chronicon Alexandr. et alii. sic autem Chrysostomus: *ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν. διά τοι τοῦτο καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἅπαντες ὑδρευσάμενοι οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν, ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων. καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργές, οὐ διαφθειρομένης ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον καὶ δύο καὶ τρία πολλάκις ἔτη τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαροῦ μένοντος, καὶ μετὰ τοσοῦτον τὸν χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαπαρθεῖσιν ὕδασιν ἁμιλλωμένου.* exstat porro etiamnum hodie phiala ista Sophiana, ubi, ut ait Gyllius, perennes saliunt aquae, ad quas ex area descenditur multis gradibus.

23. Aulae ipsae et atria aedium sacrarum sua habebant *προαύλια*. prae ceteris vero atrium Sophianae aedis porrectiori et amplo foro, porticibus perinde cincto et magnificis aedificiis exornato, obversabatur, quod *Αὐγουσταῖον*, *Αὐγουσταιῶν* et *Αὐγουστεῶν* promiscue appellatur a scriptoribus. erat autem, ut innui, forum maius, cui Zonaras *προαυλίου* interdum appellationem tribuit, ut et Nicephorus Gregoras. *proaulam* dixit Ordericus Vitalis l. 2 p. 412. Gloss. Saxon. Aelfrici: *proaula* i. *domus coram aula, selde.* *ἀγοράν* non semel vocat Procopius de Aedif. 1 2, ubi describitur. huic complura inaedificata erant palatia ac domus insignes et aedes aliquot sacrae; atque inprimis magnum palatium vicinum fuisse testatur Procopius, cuius triclinium, quod Augustaeum spectabat, *τρίκλινον τοῦ Αὐγουστεῶνος* dicitur apud Theophanem variis in locis; in quo corona donatas aliquot Augustas refert, ut et Theophylactus Simocatta 1 1. incertum porro an triclinium istud an vero ipsum Augustaeum forum intelligat Chronicon Alexandrinum, dum ait anno 2 Leonis M. Augustaeum a Theodosio urbis praefecto *ἐκ πλαγίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας* exstructum fuisse vel certe instauratum. Augustaeo perinde inaedificatum erat, ut auctor est Nicetas in Alexio Manuelis filio, Alexii templum seu monasterium, illud, opinor, quod ab Alexio patriarcha CP, qui Monomacho imperante vixit, nomen sortitum est, uti Zonaras et Scylitzes commemorant; diversum a S. Alexii aede, in cuius catechumeniis celebra-

tas aliquot synodos legimus apud Allatium l. 2 de Concord. utr. eccl. c. 11 et 12. Augustaeum praeterea spectabant triclinia patriarchae, quae *Θωμαΐτην* et *Μάκρωνα* nuncupabant, ut habent Codinus de Offic. c. 17 n. 8 et idem Nicetas in Alexio Manuelis filio. in Thomaïte exstitisse bibliothecam patriarchae scribit Scylitzes in Theophilo. sed praecipue, ut dixi, Augustaeum obversabatur aedi Sophianae, vel certe illius atrio, adeo ut praecipuum templi atrium haberetur et diceretur. Zonaras enim de statua Iustiniani, quae stetit in Augustaeo, scribens ait illam stetisse *ἐν τῷ προαυλίῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ*. hinc aulae seu potius *αὐλαίας* vocabulo, quod idem sonat ac atrium, saepe donatur a scriptoribus Byzantinis, a Niceta praesertim in Alexio Manuelis filio n. 6 et Pachymere l. 9. Suidas in Iustiniano *αὐλήν* diserte
P 541 vocat, quo loco interpres ipseque Gyllius perperam domum aut palatium vertunt, cum atrium esset et locus *περίστυλος* seu porticibus undique septus portisque clausus, quod testatur idem Nicetas loco citato, scribens *πύλας τοῦ Αὐγουστεῶνος* effractas fuisse in seditione quadam; ut et Codinus in Originibus, dum ait Iustinianum, confecta aede Sophiana, a palatio *ἕως τῆς πύλης τοῦ Αὐγουστεῶνος* curru vectum processisse; ubi perperam *στύλης* reponit Meursius. tradit denique idem Codinus (de Off. c. 17 n. 10) vestibula magnae ecclesiae in Augustaeo exstitisse. Augustaeum autem aedificatum primo et ita appellatum volunt a Constantino Magno ob matrem Helenam, cui Augustae titulum concesserat cuiusque statuam eo in foro posuit: ita Hesychius Milesius et Chronicon Alexandrinum. Suidas in loco patente, nuncupato Daphne, stetisse statuam illam refert, indeque appellatum locum Augustaeum. ex quibus percipitur stetisse in ea Augustaei parte quae spectabat regionem tertiam. nam aedem S. Stephani, quam in Daphne statuit Theophanes, in palatio idem scriptor et Chronicon Alexandrinum p. 878, alii in Sigmate excitatam volunt, ut habet Gyllius 2 15; ex quibus evidens est Daphnen et Sigma vicina fuisse. in eo porro consentiunt scriptores, ita appellatum Augustaeum propter matrem Helenam, quam, ut scribunt Eusebius 3 46, Sozomenus 2 1, Sulpicius Severus Hist. l. 2, veteres nummi ac inscriptiones testantur, Augustam appellavit. neque enim audiendi Suidas Codinus ceterique dubiae fidei scriptores, tradentes ita forum istud appellatum quasi *γουστεῖον ἤγουν ὀψοπώλιον*, quia forte inaudierant *gustum* cupedias appellari Latinis, quae vox occurrit apud Apicium de Re culinaria 4 5. in Augustaeo praeterea statua argentea Theodosii Magni columnae imposita stetit, ut auctor est Marcellinus Comes: *columna haud longe ab ecclesia constituta est, quae argenteam Theodosii Magni statuam ferens hactenus contemplatur;* eo nempe loco ubi postmodum Iustinianus, hac diruta, suam excitavit, uti Zonaras refert, qui statuam istam argenteam se-

ptem milia librarum pependisse et ab Arcadio filio erectam prodit.

24. Excitata igitur aede Sophiana dirutaque Theodosiana statua, loco ipsius suam equestrem imposuit Iustinianus, ex tegulis aereis inauratis combustae Chalces conflatam, anno imperii 17. Theophanes: *τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπληρώθη ὁ χαλκοῦς κίων ὁ μέγας πλησίον τοῦ παλατίου, ὁ λεγόμενος Αὐγουστεύς, καὶ ἀνηνέχθη ἡ στήλη τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἔφιππος.* fuit autem *χαλκῆ* vestibulum magni palatii ac triclinium, per quod in illud ibatur, sic appellatum, quod aereis tegulis tectum esset. illud Anastasius imperator, Aetherio architecto peritissimo usus, a fundamentis excitaverat et in admirandam altitudinem eduxerat, ut docet epigramma, quod habetur in Anthologia Gr. 4 23. nominis rationem firmat Cedrenus, scribens ita appellatum *διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστεγάσθαι.* cum porro in seditione Victoriatorum, ut est in Chr. Alexandrino, conflagrasset, illud rursum instauravit et in priorem altitudinem eduxit Iustinianus, quemadmodum refert Procopius, a quo novum istud triclinium describitur de Aedif. 1 10. statuam vero Iustinianeam, quae immensae molis et altitudinis exstitit, describunt pluribus idem Procopius 1 2, et ex eo Pachymeres in *ἐκφράσει Αὐγουσταιῶνος*, quam legi in ms bibliothecae Regiae, Nicephorus Gregoras l. 7, qui illius dimensiones exaravit, Nicephorus Callistus in prooemio Hist. p. 16, Ioannes Tzetzes Chil. 8 n. 184, Codinus, Gulielmus de Baldenzeel in Hodoeporico p. 103, Bondelmontius in descript. CP, et Gyllius 2 17. ex praedictis porro scriptoribus Graecis liquet statuae ipsi, perinde ac foro, *Αὐγουσταιῶνος* nomen inditum fuisse.

25. Tot igitur praeclara vestibula et atria, tot insignes ac P 542
marmoreae porticus aedi ipsi partim obversantes partim adiunctae, satis declarant quantum aedes ipsa intus contineat elegantiae ac decoris, et ut verbis utar Procopii de Hierosolymitano deiparae templo scribentis, *μηνύουσι τοῖς ἔσω ἰοῦσιν ὁποίῳ θεάματι ἐντυχεῖν μέλλουσι*, ut vero Eusebii de vita Const. 3 38, *τοῖς τὴν ἐκτὸς πορείαν ποιουμένοις καταπληκτικὴν παρεῖχον τὴν τῶν ἔνδον ὁρωμένην θέαν*, quibus quaedam consentanea habet Hist. 10 4. cum ergo nemo sit, cui his perspectis aut perlectis nescio quod animo non oboriatur tam grande miraculum oculis usurpandi desiderium, tum ut huius liber pateat aditus, portae aedis aperiendae sunt. plures autem prostant etiamnum, pluresque exstitere olim, in quattuor templi lateribus, si quibusdam neotericis fides. ab occidente enim, qua maximus aditus illius est, novem portis illud initur, ut auctor est Gyllius. harum numerum non expressit Silentiarius: sed cum dixisset vestibulum seu porticum occidentalem habere septem portas, e quibus una ad meridiem altera ad septentrionem prostat, addit

ceterarum quae muro orientali, qui aedis postremus est, adiacent, clausos cardines aperire aedituum; quia fortassis eae erant portae, quae aedituorum curae incumbebant seu ostiariorum. nam ut est apud Isidorum Iuniorem in epist. ad Luitfredum, *ad ostiarium pertinent claves ecclesiae, ut claudat et aperiat templum dei, et omnia quae sunt intus extraque custodiat, fideles recipiat, infideles et excommunicatos reiiciat.* unde *πυλωροί* dicuntur in epistola quae S. Ignatio tribuitur, et alia S. Cornelii PP, quae exstat apud Eusebium Hist. Eccl. 6 35. *θυρωροί* in concilio Laodic. can. 34 et Epiphanio in Exposit. fidei catholicae, nisi per vocem *νεοκόρος* intelligatur subdiaconus, cui catechumenos et paenitentes in ecclesiam introducere et ex ea educere incumbebat, ex eodem concilio Laodiceno, ut canones 22 et 23 interpretantur Zonaras et Balsamon, quemadmodum diaconi sacris bematis foribus praeerant auctore Dionysio de Ecclesiast. Hierarchia c. 5. ita igitur Silentiarius part. 2 v. 25:

τῶν γε μὲν ἄλλων
νηοκόρος παλάμῃσι μεμυκότα θαιρὸν ἀνοίγει
ἑσπέριον περὶ τοῖχον, ὃς ὕστατός ἐστι μελάθρου.

porro pluribus portis patuisse aedium sacrarum aditus innuit etiam Paulinus Nat. 9:

gaudetque piis sua moenia vinci
coetibus, atque amplas populis rumpentibus aulas
laxari densas numerosa per ostia turbas.

addit Gyllius maximum Sophiani templi aditum ab occasu esse plano pede: nec enim, ut Pantheum Romanum, gradibus ut olim ascendi aut ut nunc descendi.

26. Ab oriente unica aperitur porta, qua, inquit idem Gyllius, quinque gradibus descensus patet in aedem. Silentiarius part. 2 v. 161:

ἀλλ' ἐπὶ μὲν Φαέθοντα πύλη μία.

τῆς ἑῴας istius *πύλης* meminit auctor Historiae de miraculo in sacro ecclesiae puteo edito. per hanc denique Sultanum Turcicum templum ingredi aiunt, ex qua in proximam aulam secedit, ad latus bematis meridionale exstantem, ubi consistit, cum sacris profanis interest.

27. Denique ad septentrionem duplicem portam statuit Silentiarius part. 2 v. 154:

P 543 *πρὸς μὲν ἀήτην*
ἀρκτῷον ξυνοχῆας ἀνακλίνουσι θυρέτρων
διζυγέων.

et infra v. 161:

πρὸς δὲ κελαινῆς
νυκτὸς ἕδος δισσὴν ἐπὶ δικλίδα λαὸς ὁδεύει.

at vero ad meridiem nullas portas fuisse observat, sed e regione

septentrionalium sinus affabre confectos aulis similes fuisse innuit, v. 156:

νότιον δὲ ποτὶ πτερὸν ἄντα πυλάων
εὐτύκτους κενεῶνας ἐειδομένους τινὶ παστῷ.

28. Aedem ipsam ingredientis primo sese offerunt adspectui quattuor pilae maiores, paulo ultra mediam templi partem, versus orientem, quibus tota illius moles vel certe immensi hemisphaerii pondus incumbit. sic autem appellantur eiusmodi fulcimenta ex lapidum congerie in altum educta. Paulinus:

quaeque prius pilis stetit, haec modo fulta columnis
vilia mutato sprevit caementa metallo.

idem alio loco:

nam steterant vasto deformibus agmine pilis:
nunc meliore datis eadem vice fulta columnis,
et spatii cepere et luminis incrementa.

at pilas istas *πεσσούς* vocant Procopius et Eusebius de vita Constantini 3 36, *πινσούς* vero Theophanes Cedrenus et Codinus de S. Sophia. Lexic. Gr. ms bibliothecae Regiae sign. 2062: *πινσὸς ὁ τοῦ τοίχου*, nempe *fulcimentum*. Suidae *πισοί* dicuntur, *πισσοί* Harmenopulo l. 2 tit. 4 § 40 et 56 et Nicephoro Callisto in prooemio p. 18. iis autem vocabulis innuuntur grandiores et validiores pilae, quae graviora aedificiorum onera fulciunt ac sustentant; unde vox *παραπίσσια* efficta, de qua postea. sed de nominis origine parum constat, nisi a Graeco *πεσσός*, quod idem sonat ac *κύβος*, deducatur. pilae enim istae figura ubique quadrata, et in modum cubi vel certe ex lapidibus quadratis confectae, exsurgunt. cum igitur latis ac praegrandibus constent lapidibus et certam quodammodo lapidum congeriem efficiant, ideo *λόφοι* seu *aggeres* appellantur a Procopio, qui pilas istas sic describit: *κατὰ δὲ τοῦ νεὼ μέσα λόφοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσσούς, δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον, ἀντίοι τε καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, κίονας ἐν μέσῳ ἑκάτεροι κατὰ τέσσαρας μάλιστα ἔχοντες. πεποίηνται δὲ λόφοι λίθοις εὐμεγέθεσι σύνθετοι, λογάδην συνειλεγμένοις, ἐς ἀλλήλους τε πρὸς τῶν λιθολόγων ἐπισταμένως ἐναρμοσθεῖσιν, ἐς ὕψος μέγα ἱκνοῦνται· εἰκάσαις ἂν αὐτοὺς εἶναι σκοπέλους ὀρῶν ἀποτόμους.* et infra describens quemadmodum invicem iniecto et fuso plumbo lapides cohaereant: *οἱ λόφοι, ὥνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, οὐ κατὰ ταὐτὰ ταῖς ἄλλαις οἰκοδομίαις πεποίηνται, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. λίθων ἐπιβολὴ ἐν τετραγώνῳ διαπεπόνηται, σκληρῶν μὲν φύσιν, ἐργασίαν δὲ λείων, ἐκτομὴν δέ, εἰ μὲν τὰ προύχοντα ποιεῖσθαι τῶν τοῦ λόφου πλευρῶν μέλλοιεν, ἐγγωνίων, εἰ δὲ τὴν μεταξὺ κεκλήρωνται χώραν, ἐν τετραπλεύρῳ γεγενημένων.* ita praeterea describuntur pilae istae a Silentiario part. 2 v. 53:

ἔστι γὰρ ἀντολικούς τε καὶ ἑσπερίους μετὰ κύκλους,
κύκλους ἡμιτελεῖς, μετὰ κίονα δίζυγα Θήβης,

εὐπαγέες τοῖχοι πίσυρες, γυμνοὶ μὲν ὁρᾶσθαι
πρόσθεν, ἐπὶ πλευρὰς δὲ καὶ ἀρραγέας περὶ νώτους
ἀντιπόροις σφιγχθέντες ἐρείσμασιν, εὐκαμάτων δὲ
τετράχι μοιρηθέντες ἐφεδρήσσουσι θεμείλοις,
πέτραις ἀρραγέεσσιν ἀρηρότες etc.

P 544 pilas, inquit Procopius, coagmentat non calx, quam vivam et inexstinctam vocant, non bitumen, sed plumbum lacunis infusum, ἀλλὰ μόλυβδος ἐς τέλμα χυθεὶς καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας, τῶν τε λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετηκὼς καὶ συνδέων ἀλλήλοις αὐτούς. quod et attigit Silentiarius part. 2 v. 60. at v. 39 videtur innuere immissam in pilas calcem arena mixtam:

ὧν διὰ μέσσου
ψῆγμα πυριφλέκτοιο λίθου προχοῇσι κεράσσας,
ἁρμονίην ξύνωσεν ἀνὴρ δομήτορι τέχνῃ.

cui concinit Anonymus, scribens ἔμπλασιν πάντων τῶν πινσῶν factam esse μετὰ ἐλαίου καὶ ἀσβέστου, additque ferreis praeterea vectibus invicem connexos esse lapides, ne convellerentur ac dissilirent. quod vero tradit Procopius singulas pilas habere duas columnas in sui medio, sic a Gyllio describitur: *ad eorum* (arcuum) *imam curvaturam extremae partes ultra pilas proiectae in sphaerae quartam partem recedentes, quae nituntur quattuor arcubus, qui sustentantur duabus pilis minoribus et duabus maioribus. quattuor enim pilae maiores non solum sustinent quattuor arcus maiores, sed etiam earum singulae duos arcus minores, unum pergentem in longitudinem alterum in latitudinem, quibus templum longe porrigitur et late dilatatur.*

29. In altum proinde eductae quattuor maiores pilae quattuor maiores arcus sustentant, qui in quadrum connexi interiectum opus in trianguli formam in quattuor lateribus efficiunt, cuius ima pars presse intercepta arcuum coitu acutum facit angulum infimum, ac superior sese explicans hemisphaerio terminatur, ceterosque angulos ibi efficit. ita Procopius; quod et attigit Silentiarius part. 2 v. 53:

ἀνέσσυται δ' ἴσα τριγώνῳ
τοῖχος ἐπικλινθείς.

in his triangulis visuntur etiamnum hodie quattuor evangelistae opere musivo depicti.

30. Quattuor igitur arcus maiores in ordinem quadrum dispositi pilis istis quattuor maioribus incumbunt, fulcientes hemisphaerium. Procopius: ἐπὶ τούτοις δὲ ἀψῖδες τέσσαρες ἐν τετραπλεύρῳ ἀνέχουσιν, ita ut earum capita bina coeant pilarumque fastigiis innitantur, curvaturae vero in altitudinem immensam educantur: τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐπῃρμένα εἰς ἀπέραντον ὕψος ᾐώρηται. ac duo quidem arcus, qui ad orientem et ad occidentem porriguntur, vacuo in aëre erecti stant: τῶν δὲ ἀψίδων αἱ

μὲν δύο κατὰ κενοῦ τοῦ ἀέρος ἐπανεστήκασι πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά που τὸν ἥλιον. Paulus Silentiarius part. 2 v. 116:

ἀλλ' ἐπὶ ... καὶ ἔσπερ...
ἀψίδων ὑπένερθεν ὅλος περιπέπταται αἰθήρ.

Euagrius: αἱ δὲ ψαλίδες κεναὶ ἐξ ἐδάφους μέχρι τῆς καλύπτρας τῆς ὀροφῆς ἐπαίρονται. cum ergo nihil substructum habeant, sed aperti et vacui a parietibus sint, templum longe capacius efficitur, οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ θαύματι τοῦ τηλικούτου μεγέθους γενομένου, ait idem scriptor. sic enim ab oriente et occidente quarta pars sphaerae applicatur hemisphaerio, ut intus una et eadem concameratio esse videatur: foris vero separata apparet, ornatius efficiens hemisphaerium supra duas quartas sphaerae partes. horum arcuum alterum, occidentalem scilicet, misere distractum ac iamiam ruinam minitantem renovavit Basilius Macedo, et in eo deiparae et apostolorum Petri et Pauli imagines depingi curavit, ut auctor est Constantinus in illius vita c. 54: τὴν πρὸς δύσιν ἀψῖδα τὴν μεγάλην τε καὶ μετέωρον, ἱκανῶς διαρραγεῖσαν καὶ πτῶσιν οὐκ εἰς μακρὰν ἀπειλοῦσαν, αὐτὸς ἐμπειρίᾳ τεχνιτῶν περισφίγξας καὶ ἀνανεωσάμενος ἀσφαλῆ καὶ μόνιμον ἀπειργάσατο.

31. Arcus alii duo, septentrionalis scilicet et meridianus, P 545
suppositum habent parietem cum columellis. Procopius: αἱ δὲ λειπόμεναι (τῶν ἀψίδων) οἰκοδομίαν τινὰ καὶ κίονας μικροὺς κομιδῇ ἔνερθεν ἔχουσιν. Paulus Silentiarius part. 2 v. 118 de iisdem arcubus:

ἐς δὲ νότον κελάδοντα καὶ ἐς κλίσιν ἀβρόχου ἄρκτου
τοῖχος ἐριστενέτης ἀνατείνεται ἄχρι γενείου
ἄντυγος.

parietem hunc sic describit Gyllius: *quorum quidem* (arcuum) *duo, septentrionalis et meridianus, curvaturam suam imam substructam habent tenui pariete fenestellis vitreis pleno, sustentato columnarum duplici ordine, inferiore et superiore. inferior habet octo columnas ad solum nitentes, superior sex sustinentes parietem subtilem et subiectum imae arcus curvaturae.* duplicem istum columnarum ordinem et numerum descripsit pariter Silentiarius, ac primo inferiorem part. 2 v. 120:

λέλαμπε δὲ τέτραχι δοιαῖς.

et mox (nam hoc loco codex ms lacunis scatet) de superiori columnarum ordine:

..... ἔξ γὰρ ἐπ' αὐτ..
κίονες αἱ . ἐς . χλοάοντι σμαράγδῳ
ἀκαμάτων ξυνοχῆας ἀνεστήσαντο τενόντων,
ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.

neque aliter Euagrius: ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς περιτετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι, ὑπερῶά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλο-

μένοις διδόντες εἰς τὰ τελούμενα. sunt igitur istae columnae ex marmore Thessalico, quod et indicat Silentiarius v. 129: *Θεσσαλίδος πέτρης ἀμαρύγματα.* atque in hunc, qui etiamnum perstat, modum parietes istos excitavit Isidorus iunior, Isidori, qui una cum Anthemio aedem Sophianam primum aedificaverat, ex fratre aut sorore nepos. nam cum anno 32 Iustiniani hemisphaerii pars orientalis ex terrae motu collapsa esset, ex eo quod integrum remanserat, defectum, qui tantae ruinae praebuerat occasionem, agnoscens, arcum orientalem et occidentalem suo, ut erant, loco reliquit, septentrionalis vero et meridiani curvaturae substructum parietem introrsum porrexit, pauloque latiorem effecit, ut congrua cum ceteris proportione ovalem quodammodo figuram efficeret. Agathias: *Ἰσίδωρος δὲ ὁ νέος καὶ οἱ ἄλλοι μηχανοποιοὶ τὸ πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀναθεωρήσαντες σχῆμα, καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονθὸς ὁποῖόν τε ἦν καὶ ἐς ὅ τι δή που ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τὴν μὲν ἑῴαν τε καὶ ἑσπερίαν ἀψῖδα οὕτω μένειν κατὰ χώραν ἀφῆκαν, τῆς δὲ ἀρκτῴας τε καὶ νοτίας τὴν ἐπὶ τοῦ κυρτώματος οἰκοδομίαν πρὸς τὰ ἔνδον προτείναντες, καὶ εὐρυτέραν ἠρέμα ποιησάμενοι, ὡς μᾶλλον ἁρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συννενευκέναι καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἰσόπλευραν ἁρμονίαν, περισταῖλαι ταύτῃ δεδύνηνται τὴν τοῦ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχύ τι τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὁπόσον ἑτερόμηκες ἀπετελεῖτο σχῆμα, οὕτω τε ἐπ' αὐτῷ ἤδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπερανέχοντα εἴτε κύκλον εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὀρθογωνίου ὀνόματι παρ' αὐτοῖς ἐπικεκλημένον.* sed audiendus inprimis Gyllius, qui totam hanc aedis partem graphice describit. *latitudo,* inquit, *dilatatur ultra pilas arcubus et columnis et parietibus, ex utroque latere, septentrionali scilicet et meridionali, sex velut aulas capiens, tres inferiores et totidem superiores, vario marmore vestitas, concameratas, calculis inauratis et figuratis ornatas. ita enim ex singulis pilis duplices arcus nascuntur in templi latitudinem porrecti, ut eorum alterum conquiescat in muro extrinsecus obnitente maioribus pilis, a quibus quattuor arcus in utrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum aularum concamerationem sustinentes, reliqui duo superiorum totidem au-*
P 546 *larum testudines, quarum latera singularum partim adnituntur ad arcus partim ad columnas. unde fit ut pars aedis interior et media illa ingens vacua, si sola consideretur comprehensa intra pilas et columnas, sit forma ovata, si vero tam intra quam extra pilas perspiciatur, sit quadrata. ita enim ex utroque latere velut alae appensae sunt tres aulae inferiores et totidem superiores, ut ab imo pavimento procedat quadrata usque ad curvaturam superiorum aularum, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur usque ad curvaturam quattuor arcuum sustinentium hemisphaerium.* has aulas et in ovalem formam contractam mediam aedis partem nescio an intelligat Silentiarius part. 2 v. 129:

μέσσα δὲ νηῶ
ἔνδια καλλιχόροιο διακρίνουσιν ἔδεθλα
γείτονος αἰθούσης περιμήκεος.

nam per *ναὸν καλλιχόρον* mediam aedis partem in chori seu in ovalem formam contractam, per *αἴθουσαν* vero *περιμήκη* porticus, quae intra quattuor pilas interius curvantur et a meridie et septentrione eam cingunt, videtur intellexisse; cuiusmodi *ναοῦ* seu chori aedis Blachernianae fuit figura, ut auctor est Procopius de Aedif. 1 3, ubi de columnis aedis: *καὶ τὰ μὲν ἄλλα τοῦ νεὼ μέρη κατ' εὐθὺ ἑστᾶσιν οἱ κίονες, κατὰ δὲ μέσα ὑποστέλλονται εἴσω.* sed de aulis agetur infra.

32. Quattuor maioribus arcubus, qui quattuor maioribus pilis, quas structiles columnas vocat Ulpianus, innituntur, incumbit ingens hemisphaerium (trullum aut trullam vulgo vocant) seu aedificium rotundum ac teres, quod in immensam altitudinem educitur. Procopius: *ὕπερθεν δὲ αὐτῶν (τῶν ἀψίδων) κυκλοτερὴς οἰκοδομία ἐν στρογγύλῳ ἐπῆρται.* huius parietem, qui in orbem fertur sustinetque testudinem orbiculatam, ex lateribus tenuibus spongiosis ac candidis, quos ex Rhodo insula advehi curaverat Iustinianus, confectum esse ait Codinus, iisque levibus adeo ut eorum quinque lateris unius pondus ex aliis exaequarent; ex quo, inquit, in vulgus fama sparsa sit trullam templi Sophiani esse hederaceam, *ὅτι ὁ τροῦλος κισσάρινός ἐστιν.* quo loco Allatius legendum censet *κυπαρίσσινος*, tanquam si hemisphaerium confectum fuerit ex nunquam putrescenti ligno: nam certe cupressinis tabulis tegi solitas aedes sacras auctor est Leo Ost. 1 20. verum alii, ut Lambecius et Combefisius, legunt *ὅτι κισηρίου ἐστὶν ὁ τροῦλος*, id est pumicea trulla. parietes vero isti latericii opere musivo interius ubique exornantur. Anonymus: *εἶθ' οὕτως ἐμουσίωσεν αὐτήν.* quadraginta fenestris, teste Gyllio, lucem admittit idem paries, *ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ πρῶτον ἡμέρα*, ait Procopius. unde cum pars illa hemisphaerii tota luminibus seu potius fenestris colluceat, *τὸ ἔμφωτον* dicitur Euagrio, qui eius latitudinem seu diametrum esse pedum 75 scribit: *τὸ δὲ πλάτος τοῦ ἐμφώτου αὐτοῦ ποδῶν οε'.* qua vero hemisphaerium quattuor arcubus insistit, seu in ima sui parte, maior coronis totum illius circuitum interiorem ambit ac circumdat. Silentiarius part. 2 v. 67:

ὅπῃ καὶ ῥίζα καθέρπει
σφαίρης ἡμιτόμοιο, καὶ ἄντυγές εἰσιν, ἑλιγμῷ
τοῦ πνμάτου κύκλοιο, τὸν ἀψίδων κατὰ νῶτα
ἀνέρες ἐστεφάνωσαν.

mox addit ut prominentes eiusdem coronidis lapides viam angustam, cancellis, ut par est credere, ferreis munitam, porrigant, qua *κανδηλάπτης* seu *κηροφόρος*, qui luminaria accendit in hemisphaerio pendentia, progredi solet:

ὑπὸ προβλῆτι δὲ κόσμῳ
ἐκκρεμέες λάϊγγες ἐστερνώσαντο πορείην
στεινήν, τερμιόεσσαν, ὅπῃ καὶ φωσφόρος ἀνὴρ
ἅτρομος ἀμφιθέων ἱεροὺς λαμπτῆρας ἀνάπτει.

P 547 33. Muro hemisphaerii testudo orbiculata, in sphaerae modum compacta, incumbit. hanc vulgo *Θόλον* vocant Graeci scriptores. est autem *Θόλος*, ut est apud Hesychium, *στρογγυλοειδὴς οἶκος*, seu ut est apud Isidorum et Papiam, *eminens rotunditas et fastigium templi.* Ugutioni proprie quidem *tholus est velut scutum breve, quod in medio tecti est, in quo trabes coeunt.* cuius quidem vocis meminit Vitruvius 4 7, tametsi de significatione inter se dissentiant illius interpretes. *tholo fastigiatum* dixit Paulinus: et vetus epigramma in Asclepiodotum Anthol. Gr. 4 28 *κοῖλον ἔρεισμα Θόλου* eleganter appellavit parietes in orbem interius circumductos, qui testudinem sphaericam seu tholum sustinent. ab eiusmodi tholis dictum *Θολωτόν* magni palatii triclinium, ab Anastasio Dicoro exstructum, ut refert Zonaras; quod idem esse constat cum trullo, in quo habita sexta synodus, *ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ Θείου παλατίου τῷ λεγομένῳ τρούλλῳ*, ut habent Acta eiusdem synodi; quod quidem triclinium a Macario Ancyrano dicitur fuisse *οἶκος περιφανὴς ἐν καλῷ τῶν βασιλέων ΚΠ παλατίῳ κείμενος. basilica* nuncupatur ab Anastasio bibl. in Agathone PP. p. 54. et *palatium* in Leone II p. 56. ita ab eadem figura domum quandam in urbis conspectu *τρούλλου* nomine donatam scribit Leo Grammaticus p. 453. tradit Procopius hemisphaerii testudinem eatenus de industria sursum tenuari ac deficere ut per ipsius aperturas lux intret affatim: *καὶ διαλείπει τὸ οἰκοδόμημα κατὰ βραχύ, ἐξεπίτηδες παρειμένον τοσοῦτον ὅσον τοὺς χώρους, οὗ δὴ τὸ διηρημένον τῆς οἰκοδομίας ξυμβαίνει εἶναι, φέγγους διαρκῶς ἀγωγοὺς εἶναι.* rem mirandam, inquit Silentiarius, intueri licet, ut inferne latior sensim deficiat, et in orbem veluti caelum convolvatur testudo, part. 2 v. 78:

ἔστι δ' ἰδεῖν μέγα θάμβος, ὅπως κατὰ βαιὸν ἰοῦσα
εὐρυτέρη μὲν ἔνερθεν, ὕπερθε δὲ μεῖον ἀνέρπει,
ὡς πόλος ἠερόφοιτος.

ita etiam Agathias, ubi de hemisphaerio: *καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν εἰκότως ἰθύτερος μὲν καὶ εὐεπίστροφος καὶ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἐξισάζων, στενώτερος δὲ καὶ ὀξυτενὴς καὶ οἷος οὐχ οὕτω λίαν ἐκπλήττειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῷ δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βεβηκέναι.* ita autem sensim tenuatur et deficit testudo, ut cymbali figuram effingat et *κυμβαλικῶς* circinata sit, ut est apud Anonymum: sic enim secundo exstructam prodit, ne rursum caderet, *ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι.* quae quidem ceterarum trullarum vel tholorum forma etiam fuit, ut nempe inferne latiores sensim in sphaeram desinerent atque adeo ovi formam

referrent; unde ὠωτά vel ὠοτά dicta sunt eiusmodi aedificia, ut illud quod ὠωτόν appellat Ioles p. 172, seu ὤατον, uti praefert editio Regia, et in palatio exstitisse narrat; quod illud idem est quod antea θολωτόν et τροῦλλον vocabant. cum igitur sphaerae speciem quodammodo exhiberet, ideo σφαίρας nomine donatur a Zonara non semel, et aliis: nam et trullam instar sphaerae ubique sinuari dixit Silentiarius v. 74:

ἐγρομένη δ' ἐφύπερθεν ἐς ἄπλετον ἠέρα πήληξ
πάντοθι μὲν σφαιρηδὸν ἑλίσσεται, οἷα δὲ φαιδρὸς
οὐρανὸς ἀμφιβέβηκε δόμου σκέπας.

atque haec quidem testudo ita parieti tereti imponitur, ut propter illius tenuitatem non firmae inniti fabricae sed aurea catena de caelo pendere videatur. Procopius: τούτου δὲ τοῦ κυκλοτεροῦς παμμεγέθης ἐπανεστηκυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος ποιεῖται αὐτὸ διαφερόντως εὐπρόσωπον. δοκεῖ δὲ οὐκ ἐπὶ στερρᾶς τῆς οἰκοδομίας διὰ τὸ παρειμένον ἑστάναι, ἀλλὰ τῇ χρυσῇ σειρᾷ τῇ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐξημμένον καλύπτειν τὸν χῶρον. eadem propemodum habet de hemisphaerio aedis SS. apostolorum de Aedif. 1 4. in interiore tholi seu, ut vocant, trullae centro ac testudine Iustinianus opere musivo Christum in Iride sedentem, orbem P 548 iudicantis effigie, describi curavit, ut αὐτόπται testantur; quemadmodum in Novae ecclesiae a se in palatio excitatae tholi testudine Christi et angelorum ei administrantium effigies Basilius Macedo, ut auctor est Photius in illius descriptione. in suprema vero, et quae extra eminet, Sophiani tholi parte positam fuisse crucem seu Σιγνόχριστον tradit Silentiarius part. 2 v. 78:

ἀκροτάτης δὲ
σταυρὸν ὑπὲρ κορυφῆς ἐρυσίπτολιν ἔγραφε τέχνη.

34. Immensam hemisphaerii ac stupendam altitudinem praedicat his verbis Euagrius: θόλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀνακτόρων νηός, τέτταρσι μετεωριζομένη ψαλίσιν, ἐς τοσοῦτον ὕψος ἐπαιρομένη ὡς ἔνερθε μὲν τοῖς ἀτενίζουσι δυσέφικτον εἶναι τοῦ ἡμισφαιρίου ἀποπεράτωσιν, ὕπερθε δὲ τοὺς γινομένους μηδαμῇ πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μάλα τολμητής τις εἴη, ὑποκύπτειν καὶ ἐς τὸν πυθμένα τὰς ὄψεις παραπέμπειν. eam autem altitudinem a pavimento ad centrum hemisphaerii seu tholi mediam testudinem esse pedum 180 tradit idem scriptor: τὸ δὲ βάθος ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἡμισφαιρίου μέχρις ἐδάφους ποδῶν ρπ΄. neque dissentit Ioannes Gravius Anglus, ipse αὐτόπτης, in praefatione ad tabulas geographicas Nassir-Eddini Persae, scribens accepisse se a Turcis *Ulug Beigum*, praeter alia instrumenta mathematica exactissima, quae paraverat, *quadrantem* stupendae molis construxisse, cuius *radius* altitudinem summi fornicis templi S. Sophiae adaequaret: *quae etsi*, inquit, *dictu incredibilia* (*nam testudo hemisphaerii centum octoginta pedes Romanos superat*) *illi tamen Persas fide dignos haec eadem narrantes saepius audivisse*

contenderunt. ad eam porro altitudinem eductus potissimum tholus, cum post illius casum denuo instauratus est.

35. Anno quippe Iustiniani 32, cum crebris terrae motibus concussum hemisphaerium rimas ageret, tandem pars illius orientalis concidit, et ciborium et sacram mensam una cum ambone contrivit. annum mensem et diem casus trullae describit Theophanes: *τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Μαΐῳ ζ, ἡμέρᾳ γ', ὥρᾳ πέμπτῃ, φιλοκαλουμένου τοῦ τρούλλου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας (ἦν γὰρ διερρηγμένος ἐκ τῶν γενομένων σεισμῶν, ἐργαζομένων τῶν Ἰσαύρων) ἔπεσεν τὸ ἀνατολικὸν μέρος τῆς προϋποστολῆς τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, καὶ συνέτριψεν τὸ κιβώριον καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ τὸν ἄμβωνα.* ad hunc hemisphaerii casum spectant etiam versus Pauli Silentiarii part. 1 v. 52:

ἤδη μὲν σθεναροῖσιν ἐπεμβανῖα θεμείλοις
σφαίρης ἡμιτόμοιο κατήριπε θέσκελος ἄντυξ etc,

et v. 141:

οὐ γὰρ ἀποτμηγέντος ἐρικνήμοιο καρήνου
ὤκλασεν.

collapsum igitur vel certe labefactatum hemisphaerium non modo de novo instauravit Iustinianus, sed etiam in maiorem altitudinem extulit, Isidoro iuniore Milesio usus architecto, Isidori, qui aedem Sophianam primum exstruxerat, nepote, cuius meminit Procopius de Aedif. 2 2: obierat enim Anthemius. Agathias: *τότε δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κλόνου τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὀροφῆς καὶ ἅπαντα ὑπερβάλλον ἀποβεβληκότα ἐπεσκεύασέ τε αὖθις ὁ βασιλεὺς βεβαιότερον καὶ ἐπὶ μεῖζον ὕψος ἐξῆρε.* quam quidem maiorem altitudinem 25 pedum esse tradunt scriptores omnes. Theophanes: *βασιλεὺς ἤγειρεν ἄλλους πινσοὺς καὶ ἐδέξατο τὸν τροῦλλον, καὶ οὕτως ἐκτίσθη, ὑψωθεὶς πλέον εἴκοσι πόδας εἰς ἀνάβασιν ἐπάνω τοῦ πρώτου κτίσματος.* Zonaras: *ὅθεν λέγεται καὶ τὸν τροῦλον προστάξει τῶν βασιλέων καθαιρεθῆναι καὶ αὖθις ἀνεγερθῆναι ἐπὶ πόδας εἴκοσι καὶ πέντε μετεωρότερον, καὶ καθιερωθῆναι παρὰ Εὐτυχίου τοῦ πατριάρχου τὸ δεύτερον.* ex quibus apparet quae fides adhibenda sit nugacibus ac imperitis aevi ex-
P 549 tremi Graeculis, scribentibus ulnis duntaxat quindecim a priori altitudine excisis hemisphaerium rursum aedificatum, in quibus est Glycas: *ἀνεγείρεται αὖθις, πεδεινὸς δὲ λειπόμενος πρὸς τὸ πρῴην ὀργυιῶν ιέ.* eadem habent Anonymus et Codinus. cum igitur Euagrius hemisphaerii altitudinem a pavimento ad illius centrum pedum 180, Gyllius vero altitudinem a summa curvatura arcuum usque ad pavimentum 142 pedum esse tradant, videtur confici hemisphaerii ipsius altitudinem esse 38 pedum. nam Turcus, per quem aedem Sophianam metiri curavit Gyllius, hemisphaerium non mensus est; qui si recte mensus esset illius altitudinem, eam ab altitudine quam tradit Euagrius parum discrepare comperisset, ut Gyllius quidem existimat; quanquam

hoc longe altius esse par est credere, si latitudini altitudo respondeat. cum denique anno mundi iuxta Graecos 6494, indictione 15, mense Octobri ex terrae motu succussa pleraque urbis templa ac aedificia corruissent, ipsiusque hemisphaerii Sophiani pars, hanc imperator Basilius Bulgaroctonus rursum instauravit, *δαπανήσας εἰς μόνας τὰς μηχανὰς τοῦ ἀνόδου, δι' ὧν οἱ τεχνῖται ἱστάμενοι καὶ τὰς ὕλας ἀναγομένας δεχόμενοι ᾠκοδόμουν τὸ πεπτωκός, χρυσίου κεντηνάρια δέκα.* ita Scylitzes et Glycas.

36. Ex singulis porro pilis, uti supra ex Gyllio ostendimus, duplices arcus nascuntur in templi latitudinem porrecti, ita ut eorum alterum cornu conquiescat in muro extrinsecus obnitente maioribus pilis, a quibus quattuor arcus in utrumque parietis latus emittuntur, duo quidem inferiorum trium aularum concamerationem sustinentes, reliqui duo superiorum totidem aularum testudines; quarum latera singularum partim adnituntur ad arcus, partim ad parietes, partim ad columnas. quippe cum ex crebris terrae motibus vel pondere hemisphaerii pilae maiores quattuor laborarent, exstructi sunt muri quattuor longi plus viginti pedes, lati plus octo, in altitudinem maiorum pilarum assurgentes, quibus vice *ἐρεισμάτων* utrumque latus aedis pertinens ad septentrionem et ad meridiem praefulcitur ac praemunitur. eiusmodi pilarum seu *pessorum* vel *pissorum* fulcimenta *παραπίσσια* vocant libri Basilicon ad leg. 14 cod. de Operib. Publ. tanquam *πεσσούς* adiunctos ad muros ipsos fulciendos; quo loco frustra Cuiacius in Paratitlis *παραπήσσια* legendum censet. ea fulcimenta, ut et quattuor, quae iis adnituntur, cochleas, Iustiniano adscribit Cedrenus: *ἐποίησε δὲ καὶ τοὺς ἔξω τοῦ ναοῦ κατέναντι τῶν ἔσω πινσῶν τέσσαρας κοχλίας, οὓς ἀπὸ γῆς φυτεύσας μέχρι τοῦ τρούλου ἀνεβίβασεν, ἔρεισμα τούτους τῶν ἀψίδων κατεργασάμενος.*

37. In ipsa aede Sophiana ad meridiem et septentrionem binae procurrunt porticus duplices, inferiores scilicet et superiores, secundum ipsius longitudinem, columnis marmoreis praegrandibus sustentatae, quae aedis latitudini nihil officiunt. Procopius: *στοαί τέ εἰσιν ἑκατέρωθι δύο, οἰκοδομίαν μὲν τοῦ νεὼ οὐδεμίαν διειργόμεναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον αὐτοῦ ποιοῦσαι τοῦ εὖρους τὸ μέτρον, καὶ τῷ μήκει μέχρι ἐς τὸ πέρας ξυνεξικνούμεναι, τὸ δέ γε ὕψος καταδεέστεραι.* cameratae atque auro decoratae sunt, alteraque precantibus viris assignata, inferior nempe, altera, quae et superior, feminis, nihil habent disparile, nihil diversum: *καὶ αὐταῖς ἥ τε ὀροφὴ θόλος καὶ ὁ χρυσὸς ἐγκαλλώπισμα. ταύταιν δὲ ταῖν στοαῖν ἀτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλήρωται, γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ ποιουμέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται* etc. porticuum istarum inferiorum pluteos (ita enim appellat Vitruvius 5 1 superiorum ab inferioribus columnis intersepta) su-

stentant non modo quae recto ordine dispositae sunt columnae marmoreae; sed etiam quattuor aliae validiores viridis coloris, ceteris tamen vicinis altitudine inferiores, gynaeconitides seu
P 550 superiores porticus, atque adeo inferiorum testudines, in ipso sui medio, binae ab utroque latere fulciunt. Paulus Silentiarius part. 2 v. 135:

αἰθούσης κατὰ μέσσον ἐρείσατο .. χίονας
κίονας Ἀνθέμιος πολυμήχανος —
— ἀλλ' ἐνὶ μέτροις
μήκεος ἐγγυτέρων μὲν ὀλίζονες· ἐκ δὲ τιθήνης
τῆς αὐτῆς χλοεροῖσιν ἀποστίλβουσιν ἀώτοις.
ἀλλὰ γὰρ οὐ στοιχηδὸν ἐπισχερὼ εὔποδας οὗτοι
πυθμένας ἐρρίζωσαν, ἐφεδρήσσουσι δὲ γαίῃ
ἀντίοι ἀλλήλοισιν δύω δυσίν, ὧν κατὰ κόρσης
τετραπόροις σειρῆσιν ἐπιλιχθεῖσα κεραίη
νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἐδέθλοις.

eiusmodi columnas mole sua ceteris maiores, quae non tam ad ornatum excitantur quam ad fulciendas superiores porticus, *πεσσούς* etiam appellare videtur Eusebius de vita Constantini 3 36, in descriptione templi Hierosolymitani: de porticibus enim interioribus verba faciens *αἱ δ' ἄνω τῶν ἔσωθεν ὑπὸ πεσσοῖς ἀνηγείροντο.*

38. Porticus superiores, feminis precantibus addictae, ut plurimum catechumeniorum vel catechumenorum nomine donantur a scriptoribus, non quod in iis unquam catechumeni constiterint, sed quod divinos, qui a sacerdotibus et cantoribus concinebantur, hymnos ibi auditu exciperent mulieres; unde *κατηχούμενα loca dei verbo officiisque ecclesiasticis audiendis superne exstructa* recte viri docti interpretantur. Leo Nov. 73: *ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω.* hinc adscendere in catechumena apud Constantinum Porphyrog. de adm. imp. c. 29 extremo. Anastasius bibl. in Collectaneis: *et adscenderunt ad eum in catechumenium ecclesiae ipsius monasterii.* Cantacuzenus 1 41 et ex eo Codinus de Off. c. 17 n. 43: *ἄνεισιν εἰς τὰ λεγόμενα κατηχούμενα.* Nicetas in Alexio l. 1 n. 2: *παρὰ τῶν ἐπάνωθεν τοῦ κατηχουμενίου ἱσταμένων*, ubi perperam Wolfius *κατηχουμένιον locum ubi catechumeni instituuntur* vertit; quo in errore versatur etiam Meursius. nam etsi Symeon Thessalonicensis opusc. contra Haereses *τὰ κατηχουμένεια τῶν κατηχουμένων οἶκον* interpretatur, id intelligendum est de statione catechumenorum in ecclesia vel certe in narthece. *ὑπερῶα* nude non semel appellantur superiores istae porticus Sophianae. Euagrius: *στοαὶ δὲ τῶν λελεγμένων ὑπερῴων ἔνερθε κίοσι καὶ ψαλίσι μικραῖς τοσοῦτον ἔργον ἀποπερατοῦνται.* sic *ὑπερῶα τοῦ μεγάλου ναοῦ* dicuntur Nicetae Paphlagoni in vita Ignatii patr. CP, *ὑπερῶα τῆς γυναικωνίτιδος* Procopio, *ἔμβολοι*

τῶν γυναικωνίτων Codino. Paulus Silentiarius de iisdem part. 1 v. 256:

ἐνθάδε θηλυτέρων ὑπερῴϊα καλὰ νοήσεις.

et part. 2 v. 125:

ἔνθα γυναικείων ἀναφαίνεται ἔνδια θώκων.

catechumeni Sophiani meminit praeterea Ignatius Diacon. in vita Nicephori patr. CP. n. 69, illudque τὸν τοῦ μεγίστου νεὼ περίπυστον κατηχούμενον vocat. at sequior Graecia utramque porticum inferiorem et superiorem catechumenorum nomine donavit, ut advertere est ex Anonymo de Locis Hierosol. c. 1 et Codino in Descr. S. Sophiae, qui inferiores τὰ πρῶτα κατηχούμενα, superiores δεύτερα κατηχούμενα nuncupat, uti supra a nobis observatum. utraque, inferior scilicet et superior, marmore coruscanti strata conspicitur, ut est in Itinerario D. de Saligniaco. superiores vero in tholi modum cameratae sunt. Silentiarius part. 1 v. 257:

σχῆμα θόλου φορέουσιν, ὃ νειόθεν ἔστιν ἰδέσθαι. P 551

ita enim restituenda lacuna ex Procopio, ubi agit de superioribus porticibus: καὶ αὐταῖς ἡ ὀροφὴ θόλος. in modum scyphi testudinatas habet Anonymus: ἀνεγείραντες δὲ τὰς ἀψῖδας τῶν ὑπερῴων, τῶν τε δεξιῶν καὶ τῶν εὐωνύμων, καὶ ταύτας σκεπάσαντες σκυφικὰς ἀψῖδας. ubi σκυφικάς idem valet ac κυμβαλικάς, scyphi aut cymbali instar. superiorum istarum porticuum intercolumnia pluteis muniuntur marmoreis, altis quattuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem aedis partem, tam infernam quam supernam. Paulus Silentiarius part. 1 v. 263:

πάντα δὲ Θεσσαλικοῖο μεταίχμια κίονος ἀνὴρ
λαϊνέοις ἔφραξεν ἐρείσμασιν, ἔνθα κλιθεῖσαι
ἐργοπόνους ἀγκῶνας ἐπηρείσαντο γυναῖκες.

his consentanea habet Euagrius, de lateribus meridionali et septentrionali τοῦ ναοῦ scribens: ὑπερῳά τε μετεωρίζουσιν ἑτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα. de similibus pluteis interpositis sic Paulinus, dum agit de porticibus atrii:

sed circumiectis in porticibus spatiari
copia larga subest, interpositisque columnas
cancellis fessos incumbere.

quod vero ait Euagrius, pluteis incumbentibus mulieribus divina sacrificia intueri licuisse, id intelligendum est de loco sacrificii ac bemate: nam dum illud peragebatur, velum statim ad intercolumnia subducebatur, neque iis capita aut oculos ad illa inspicienda promittere sub anathematis poena fas erat. id omnino colligere est ex Vita S. Basilii, quae Amphilochio tribuitur, qui ritus illius auctor fuisse videtur. nam cum mulierculam impudice sibi subministranti diacono annuentem, dum de catechumeniis in altare prospiceret, advertisset, vela in catechumeniis ap-

pendi praecepit: *βῆλα παραχρῆμα ἐκέλευσε κρεμασθῆναι, διαστειλάμενος ταῖς γυναιξὶν ὡς εἴ τις ἔξω τῶν βήλων ὀφθῇ διακύπτουσα τῆς θείας λειτουργίας γινομένης, ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀκοινώνητον μένειν.* in catechumeniis, ac dextra eorum potissimum parte, coactas synodos non semel legimus. octavam enim synodum *ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων τοῦ περιωνύμου ναοῦ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας* celebratam fuisse auctor est Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patriarchae CP. exstat apud Leunclavium in Synopsi Basil. decretum synodi, *προκαθημένου τοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων, συνεδριαζόντων αὐτῷ πανιερωτάτων μητροπολιτῶν.* eandem inscriptionem praefert Michaëlis Cerularii patriarchae de proiecto pittacio decretum, apud Allatium Dissert. 2 de Lib. eccl. Graec. in catechumeniis denique Sophianis quandoque coactam plebem narrat Paulus Diaconus Histor. Misc. l. 21. nec mirum, cum ampla admodum tum latitudine tum longitudine essent, uti mox ex aularum ad alas *ναοῦ* existentium descriptione colligere est. porro magnam porticum, quae una cum bemate et tecti parte ex terrae motu corruerat, anno antequam Ioannes Cantacuzenus Byzantium cepisset, instauravit primum Anna imperatrix, Andronici Palaeologi vidua; cui postmodum operi ipse Cantacuzenus ac denique Ioannes Palaeologus imperatores extremam manum imposuere. rem pluribus narrat idem Cantacuzenus 4 4.

39. Neque tamen recta linea procedunt in interiore aede porticus. nam inter quattuor maiores pilas ab utroque latere, ad meridiem et ad septentrionem, ita velut alae appensae sunt tres aulae inferiores et totidem superiores, ut ab imo pavimento
P 552 pars illa aedis interior et media, ingens et vacua, procedat quadrata usque ad curvaturam superiorum aularum, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur, usque ad curvaturam quattuor arcuum sustinentium hemisphaerium. unde fit ut si pars illa consideretur comprehensa intra pilas et columnas, sit forma ovata; si vero tam intra quam extra pilas perspiciatur, sit quadrata. aulas istas *cubicula* vocant scriptores, quorum usum describit Paulinus epist. 12, ubi de templo S. Felicis Nolano: *cubicula intra porticus quaterna longis basilicae lateribus inserta, secretis orantium vel in lege domini meditantium, praeterea memoriis religiosorum ac familiarium accommodatos ad pacis aeternae requiem locos praebent.* Anastasius in Sergio PP: *hic tectum et cubicula universa in circuitu basilicae B. Pauli apostoli — studiosius renovavit ac reparavit.* eiusmodi cubiculorum non semel alibi meminit, a quibus capellarum nostrarum, uti nunc appellantur, origo videtur desumpta. *οἰκίσκοι* dicuntur S. Nilo ad Olympiodorum praefectum in Descriptione templi ab eodem Olympiodoro exstructi: *ἐν δὲ τῷ κοινῷ οἴκῳ πολλοῖς καὶ διαφό-*

ροις οἰκίσκοις διειλημμένῳ ἀρκεῖσθαι ἕκαστον οἰκίσκον πεπηγμένῳ τιμίῳ σταυρῷ etc. forma aularum seu cellarum, quas dixi (verbis utor Gyllii) cingere utrumque latus, talis est. ex tribus lateribus aulae quadratae sunt; ex quarto latere quod intuetur interiorem aedis partem, figuram templi sequitur, quod obrotundam efficit pilarum et columnarum dispositio. sustinetur arcubus et columnis concameratio aularum, quarum describam duntaxat tres, quibus cognitis ceterae omnes simili forma esse cognoscentur. incipiam a tribus superioribus sitis in latere templi septentrionali, quarum prima est in angulo intuenti septentrionem et orientem. eius duo latera exteriora surgunt a muro et desinunt in arcum. in laterum medio columnae tres sunt quadratae loco parietis, nempe fenestrarum parastades, quarum scapus habet perimetrum quinque pedum et unius dodrantis. supra easdem eminent aliae tres quadratae: hae omnes sunt marmoris alibi in colorem glaucum vergentis. latus pertinens ad interiorem aedis partem habet sex columnas virides, subiectas arcui sustinenti quartam partem sphaerae orientalis, quarum imus scapus ambitum habet septem pedum et octo digitorum. earum intercolumnia, diastyli dispositione distincta, lata septem pedes et undecim digitos, pluteis muniuntur marmoreis, altis quattuor pedes, quibus incumbentes vident interiorem aedis partem, tam infernam quam supernam. latus interiectum inter primam aulam et secundam a pariete exteriori vergente ad septentrionem, usque ad pilam magnam sustinentem arcum hemisphaerii, largum est quadraginta quattuor pedes, quorum partem possident pilae, partem arcus surgens a tergo pilae sustinens hemisphaerium; quo toto patente, lato iuxta pavimentum viginti pedes, transitur a prima aula ad secundam aulam. reliquam lateris inter primam et secundam aulam intermedii partem, latam viginti quattuor pedes, occupant pilae arcus et murus surgens velut ala usque ad concamerationem hemisphaerii. secundae aulae concameratio extrema sustinetur arcubus et parietibus: media vero nititur quattuor columnis albis ad glaucum colorem accedentibus, quarum scapus in ambitu complectitur septem pedes. secunda sive media aula quadrata est, cuius duo latera sustinentur partim muris partim arcubus, quorum alterum cornu nascitur a tergo duarum magnarum pilarum sustinentium magnum hemisphaerium, alterum sustinetur pilis orientibus ex interiori parte murorum alarium fulcientium pilas maiores. huius secundae sive mediae aulae latus exterius loco parietis habet octo columnas quadratas, quarum perimeter est sex pedum. in earum medio est magna pila: inter columnas eas parastadum vi- P 553
cem praestantes sunt fenestrae. praeterea supra easdem columnas existunt pilae parastadum vicem praebentes superioribus fenestris, quae tam superiores quam inferiores, numero sedecim,

aulam hanc mediam illustrant; cuius latus vergens in latus interius sex viridibus columnis ornatur. harum intercolumnia habent pluteos similes pluteis primae aulae. camera media sustinetur columnis colorem medium inter album et glaucum prae se ferentibus, in quadratum ordinem dispositis, quarum duae stant non longe a latere exteriori, reliquae duae parum absunt ab interiori latere ornato sex columnis. ex hac media aula exitus patet in tertiam, per arcum tam late patentem quam alterum, per quem aditus est a prima aula in secundam. tertia aula similis est primae aulae longitudine, fenestris, parastadibus, columnis; quibus quattuor sustinetur eius camera, et latus interius sex viridibus. iam vero inter pilas duas, quibus sustinetur quarta pars sphaerae occidentalis, exstant quattuor columnae virides, eaedemque binae inter se coniunctae: inter has intercedunt sex columellae virides Ionicae. hactenus Gyllius.

40. In istarum aularum superiorum una imperatrix consistere solebat, cum divinis officiis intererat. id diserte tradit Euagrius, ubi de columnis Thessalicis, quae ad septentrionem et meridiem utrumque arcum septentrionalem et meridianum suffulciunt: *ἐν δεξιῷ δὲ καὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον κίονες αὐτοῖς περιτετάχαται ἐκ Θετταλοῦ λίθου πεποιημένοι· ὑπερῷα δὲ μετεωρίζουσιν ἕτέροις παραπλησίοις κίοσι, προκύπτειν τοῖς βουλομένοις διδόντες ἐς τὰ τελούμενα, ὅθεν καὶ ἡ βασιλὶς παροῦσα ταῖς ἑορταῖς τῇ ἱερουργίᾳ τῶν μυστηρίων ἐφίσταται.*

41. In hanc superam aedis partem ascensus existit quattuor cochleis, quas dixi ad fulciendas quattuor maiores pilas una cum muro opposuisse Iustinianum, cum collapsum hemisphaerium denuo instauravit. *κοχλίας* Cedrenus appellat loco supra descripto n. 36, sed non satis proprie, inquit Gyllius, cum magis in anfractuum normalium quam cochlearum modum gradus surgant: quinque enim ab anfractibus ab imo ascenditur, non exasperatis in gradus, sed in mollem clivum substructis ex amplis mensis marmoreis. horum quinque anfractuum singuli alti undeviginti pedes et sesquipedem, lati quinque pedes; ex quibus patet pavimentum superiorum porticuum seu *γυναικωνιτίδων* a pavimento et solo aedis ad altitudinem pedum 97 et sesquipedis eductum, proindeque reliquam aedis altitudinem ad summam curvaturam arcuum 45 pedum et sesquipedis fuisse, siquidem, ut observat Gyllius, tota templi altitudo a pavimento ad illam curvaturam est 142 pedum. anfractibus istis succedunt alii anfractus usque ad templi tectum, non clivis molliti, sed in gradus fracti. per hos igitur anfractus et cochleas adeuntur aulae et porticus superiores et summae templi partes. totam hanc graduum seriem *λαβύρινθον ἀνάγοντα εἰς τὰ ὑπερῷα τῆς ἐκκλησίας* vocat Scylitzes p. 804. meminit praeterea Paulus Diaconus l. 23 Historiae Miscellae ascensus in Catechumenia per Aeneam por-

tam: *processit autem et imperatrix Eirene, cum praecessissent imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis; et ascendentibus per aeneae portae ascensum in catechumenia ecclesiae, non exiens in plateam Emboli etc.* ubi *platea Emboli* videtur esse inferior porticus.

42. In inferiore porticu meridionali exstitit aedicula vel aula, in qua imperator, cum sacrorum librorum lectionem auditu excipiebat, consistere solebat. ait enim Silentiarius stare ad meridiem porticum marmoream, septentrionali omnino similem: sed illam habere quiddam amplius: muro enim seclusum locum servare, P 554 ubi imperatores sacrorum librorum lectionem auditu excipiunt. sic ille part. 2 v. 164:

ἔχει δέ τι πλέον ἤδε·
τείχει γάρ τινι χῶρον ἀποκριθέντα φυλάσσει
Αὐσονίων βασιλῆϊ, θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς,
ἔνθα δ' ἐμὸς σκηπτοῦχος ἐφήμενος ἠθάδι θώκῳ
μυστιπόλοις βίβλοισιν ἐὴν ἐπέτασσεν ἀκουήν.

ex quibus videtur posse colligi aediculam seu aulam istam muris septam eam esse, quae etiamnum stat ad latus meridionale bematis, in qua summus Turcorum sultanus consistit, dum sacra profana in sacro olim templo peraguntur, et ad quam per portam orientalem ex Saraio accedit. atque inde docemur quid velit Codinus de Offic. c. 15 n. 4, dum ait imperatorem in ecclesiam Sophianam procedere, ibique S. Basilii precationes seu illius librorum lectionem auditu excipere, iuxta diaconicum: *ἀπέρχεται εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν βασιλεύς, καὶ ἀκούει παρ' αὐτοῦ τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου εὐχάς, πλησίον τοῦ διακονικοῦ.* nam hic sumitur diaconicum pro conchula bematis, quae ad sinistram seu ad latus meridionale maioris conchae erat, ut infra probamus, atque adeo quae loco huic muro secluso proxima erat, in quo imperator consistere solebat, cum sacrorum librorum lectioni auditum suum praebebat. incertum porro an alius eidem addictus esset locus in ecclesia, dum sacrosanctae liturgiae intererat, proindeque an eo loci assignata olim fuerit Theodosio imperatori a S. Ambrosio Mediolanensi episcopo in ecclesia sedes. nam cum aliquando Mediolani Theodosius, more utique recepto, sacrarium ingressus post donorum oblationem in eo consedisset, id aegre tulit Ambrosius; consideransque eam consuetudinem vel ex assentatione vel ex ordinis inscitia esse natam, imperatori in ecclesia locum assignavit ante sacrarii cancellos, ita ut populum imperator, imperatorem ordine sedis sacerdotes antecederent: *τόπον εἶναι τοῦ βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τέταχε τὸν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι.* verba sunt Sozomeni 7 24, quibus consona habet Theodoritus 5 17. addit Theophanes ab eo tempore morem hunc invaluisse, ut deinceps imperatores ex-

tra bema cum reliqua plebe consisterent: *ὅθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν καλῶς ἐκράτησεν τὸ ἔθος, ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου τοὺς βασιλεῖς ἱστασθαι μετὰ τοῦ λαοῦ.* et Nicephorus Callistus 12 41, ubi eandem rem recitat, sua etiamnum aetate id obtinere scribit, nempe ut imperator ad bematis cancellos sedeat. at si secundum Sozomenum assignata fuit sedes imperatoris *πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου*, ante cancellos bematis, non potuit consistere seu *ἱστασθαι μετὰ τοῦ λαοῦ*, quandoquidem populus in pronao consistebat, et inter cancellos bematis et pronaum seu narthecem *ναός*, vel chorus clericis et cantoribus addictus, intercedebat, ut ex ipso Silentiario et aliis abunde constat. quodsi ante bematis cancellos constitit, eam sedem in solea stetisse necesse est, atque adeo imperatorem non populum duntaxat sed etiam clericos et cantores, quos *populum canentem* vocat Silentiarius, praecessisse. atque inde forte quidam *soleae* nomen inditum existimarunt, quod eo loci imperator in ecclesia *solium* suum haberet. ut sese res habeat, hanc S. Ambrosii constitutionem tanta cum animi devotione ac submissione excepere imperatores, ut Theodosius iunior et Valentinianus, in eo decreto quod exstat post concilium Ephesinum, in haec verba prorumpant: *ad sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus; et cum circumseptum*
P 555 *sacrorum adytorum ingressi sumus, statim egredimur, nec quicquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus.* nam etsi in concilio Laodiceno can. 19 solis sacerdotibus, *τοῖς ἱερατικοῖς, εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ κοινωνεῖν* liceret, is tamen mos invaluerat ut adyta ingredi ad offerenda dona imperatori liceret, ut colligitur ex synodo Trullana can. 69, *κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν*, inquit Balsamon, quod ab ipso S. Ambrosii aevo obtinuisse par est credere.

43. Iam vero quod ait Silentiarius illic sedere imperatorem *θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς*, id intelligendum est de solennioribus festivitatibus, in quibus ad maiorem ecclesiam procedebat, quas numero duodecim fuisse videtur innuere Codinus in Orig. p. 91 ed. Meursianae, cum in ceteris, in palatii sacris aedibus, divinis interesse officiis soleret. ea autem festa maiora *θεοστέπτους ἑορτάς* vocavit, quod in iis imperator corona redimitus sacris interesset. Theophanes de Iustino imperatore: *ταῦτα μαθὼν μεγάλως ἤλγησε τὴν ψυχήν, ὥστε καὶ τῇ ἑορτῇ προελθὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ κατεδέξατο φορέσαι τὸ στέμμα ἢ τὴν χλαμύδα.* similia habet a. 31 Iustiniani: *ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἐφόρεσεν τὸ στέμμα ἐπὶ ἡμέρας μ', ἀλλὰ καὶ τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ γεννήσει χωρὶς αὐτοῦ προῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.* apud Francos nostros eum olim obtinuisse morem ut reges in maioribus anni festivitatibus in ecclesia coronati divinis officiis interessent, pluribus probavimus ad Ioinvillam Dissertat. 5, atque inde eas festivitates *curias coronatas* aut *dies coronae* appellatas fuisse, seu *ἑορτὰς θεοστέπτους*. nam ut apud

Latinos, Francos nimirum Germanos Anglos et alios, in hisce occasionibus inter ipsa sacra missae solennia regum capitibus corona imponebatur ab archiepiscopis aut episcopis, ut ex Anselmo episcopo in epist. ad Ernulphum priorem, Eadmero l. 4 Histor. Novorum p. 105, Iuone Carnot. epist. 66, 67 et 84, et Baldrico Chron. Camerac. 3 55 colligitur, ita apud Byzantinos a patriarcha in aede Sophiana, ὅτε δημοτελὴς καὶ μεγάλη ἐτύγχανε δεσποτικὴ ἑορτή, coronabantur imperatores aliqua ex iis corollis quae supra sacram mensam pendebant, quae peracta solennitate in suum remittebatur locum, ut pluribus narrat Constantinus Porphyrogenneta lib. de Admin. Imper. c. 13; cuius ritus originem Constantino Magno adscribit. neque extra istas ceremonias, ex illius edicto, fas erat imperatori coronam sibi imponere vel certe inde auferre, adeo ut Leonem Copronymi filium miserabilem vitae exitum ex eiusmodi statuti transgressione incurrisse tradant idem Porphyrogenneta, Theophanes, Cedrenus, Glycas, Sigebertus et alii. inter has autem corollas, quae sacrae mensae imminebant, prae ceteris et operis elegantia et lapillorum pretio conspicua fuit illa quam a Constantino Magno dedicatam fuisse, praeter Porphyrogennetam, refert Nicetas in Andronico Comneno l. 2 n. 11, quamquam id controversum video. quippe plerique e scriptoribus Byzantinis Sophiam ex Iustino Augusto viduam, et Constantinam Tiberii filiam, Mauricii Augusti coniugem, ipsi Mauricio magni pretii coronam obtulisse narrant, quam ille in ecclesiam perlatam deo consecravit. ita Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Anastasius et Paulus Diaconus ad 19 a. Mauricii. addit praeterea Cedrenus coronam Heraclii, quae 70 libris est aestimata, a filio Heracleona in aedem Sophianam illatam, ubi aliae praeterea appensae erant corollae, ut idem Nicetas tradit in Alexio l. 3 n. 6. ex quibus perspicuum fit coronas a principibus et magnatibus templis olim oblatas et supra sacram mensam appensas; quem morem e Latinis attigere praeter Anastasium Domnizo de Vita Mathildis comitissae 1 2, auctor Relationis de thesauro Canusi- P 556
nae ecclesiae, Leo Ostiens. Chron. Casin. 3 c. ult., Petrus Diaconus eiusdem Chronici 4 90, et epistola 345 ex iis quae habentur tom. 4 Historiae Francorum. appendebantur autem ut plurimum corollae istae ad ciboria; unde supra sacram mensam illas pependisse passim legimus. Anastasius in Leone 4 papa: *nam et super ciborium obtulit coronas quattuor et calices sedecim ex auro mundissimo.* Hariulfus Chron. Centul. 3: *super illa tria altaria habentur tria ciboria ex argento et auro parata, in quibus tres dependent coronae, singulae per singula ex auro gemmisque paratae, cum aureis cruciculis aliisque diversis ornamentis.* et Chronicon Trudon. l. 1: *in medio ciborio pendentem coronam aeream argento paratam.* eiusmodi coronas altari imminentes *spanoclistas* seu ἐπανωκλείστους et *regna* non semel vocat Anastasius

p. 132, 133, 134, 146, 150, 174. porro Paulinus epist. ad Sever. conchae apparatum describens coronas pariter in ea statuit:

crucem corona lucido cingit globo,
cui coronae sunt corona apostoli,
quorum figura est in columbarum choro.

verum an priores imperatores in templo coronati sacris interfuerint, dubium facere videntur verba haec Theodosii et Valentiniani in Constitutione quam modo laudavimus: *dei templum ingressuri foris arma relinquimus, et ipsum etiam diadema deponimus; et quo submissioris imperii speciem praeferimus, eo magis imperii nobis maiestas promittitur.* sane etsi aedem sacram coronati ingrederentur posteriores Augusti, cum tamen ad regias portas accesserant, coronas deponebant. Leo Grammaticus in Michaële: *μέχρι δὲ τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγιῶν θυρῶν.* haec de corollis annotasse interat, cum et ad aedem Sophianam quodammodo pertineant: nunc reliquam descriptionem prosequamur.

44. Templi pavimentum pretiosis variique generis marmoribus, tum porphyreticis subvirentibus tum reliquis roseo colore variegatis ac perpolitis, stratum conspicitur. Anonymus: *τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ πολυτελῶν καὶ ποικίλων μαρμάρων, διά τε καὶ Ῥωμαίων πηγανησίων καὶ τῶν λοιπῶν ῥοδοποικίλων, καὶ στιλβώσας αὐτά.* his concinit Silentiarius part. 2 v. 248.

45. Testudo vero opere musivo ubique exornatur, ut ait idem Silentiarius part. 2 v. 251:

χρυσεοκολλήτους δὲ τέγος ψηφῖδας ἔέργει,
ὧν ἀπὸ μαρμαίρουσι χύδην χρυσόῤῥυτος ἄκτὶς
ἀνδρομέοισιν ἄτλητος ἐπεσκίρτησε προσώποις.

sed et auro puro, ut vult Procopius: *χρυσῷ γὰρ ἀκιβδήλῳ κατείληπται ἡ ὀροφὴ πᾶσα, κεραννῦσα τὸν κόμπον τῷ κάλλει. νικᾷ μέντοι ἡ ἐκ τῶν λίθων αὐγὴ ἀναστράπτουσα.* vel potius tessellis vitreis inauratis, ut Anonymus: *κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπρότατα.*

46. Quod ad tectum spectat, tradit idem Silentiarius part. 2 v. 108 in operienda aede neutiquam lignis usum Iustinianum, sed totam longis marmoreis tabulis texisse:

καὶ γὰρ ἄναξ πολύυμνος, ἃ μὴ φύσις εὗρε καλύψαι
δένδρεσι μηκεδανοῖσι, λίθων ἐκαλύψατο κύκλοις.

quo respexit Agathias, scribens Iustinianum nequaquam ligna adhibuisse, ne incendiis, ut prius, aedes obnoxia esset: *ὡς ἂν μὴ εὐκολώτατα πυρπολοῖτο.*

47. *Aedis interiora,* inquit Gyllius, *fulgent clarissima luce ob multitudinem luminum. summus murus, qui in orbem fertur*

inter quattuor summos arcus et hemisphaerium, quadraginta fenestris lucem intromittit; muruli arcubus subiecti illuminantur P 557 *viginti sex fenestris, aulae intermediae triginta duabus: in singulis extremis aulis orientalibus lucent plus viginti. praetereo duas occidentales et quattuor inferiores aulas, tum duas partes sphaerae, tum saeram aedis partem solis sacerdotibus olim patentem. sileo superiorem porticum, etiam in medium templum clarum lumen emittentem; quorum omnium lumina numerare omisi ob multitudinem.* atque eo spectant ista Procopii: φωτὶ δὲ καὶ ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπερφυῶς πληθει. φαίης ἂν οὐκ ἔξωθεν καταλάμπεσθαι ἡλίῳ τὸν χῶρον, ἀλλὰ τὴν αὐγλην ἔν αὐτῷ φύεσθαι· τοσαύτη τις φωτὸς περιουσία εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν περικέχυται.

48. Verum etsi tot fenestris lucem excipiat aedes Sophiana, maiori ferme ex lucernis lampadibus ac luminibus passim ad fornices et ceteras templi partes appensis, quibusdam etiam ἀκοιμήτοις seu perpetuo lucentibus, vel interdiu vel de nocte, in diurnis ac vespertinis officiis, quodammodo collucebat: ubique enim *micabant coronae, candelabra resplendebant,* ut verbis utar scriptoris vitae S. Desiderii episcopi Caturcensis c. 9 et ut ait Silentiarius part. 2 v. 442, appensae erant tum ad columnas et parietes, tum etiam a testudine per catenas pendebant, tanto numero ut in aëre tanquam in mari fluitare lampades viderentur:

ἐκκρεμέες δὲ
εὐφαέος πλώουσι κατ' ἠέρος ἀντὶ θαλάσσης.

neque aliter hanc lychnorum passim in aedibus sacris pendentium multitudinem expressit Theophanes Cerameus Hom. 55, ubi de aede S. Petri exstructa in palatio Cpolitano a Basilio Macedone: πυκνοὶ δὲ λαμπτῆρες πρὸς ἑαυτοὺς ὡς εἰπεῖν ἀμιλλώμενοι τὸν ναὸν δαδουχοῦσι τῇ ἀκοιμήτῳ λυχνοκαΐᾳ, ἴσα ταῖς ἡμέραις τὰς νύκτας φωτίζοντες. Paulinus Nat. 9:

ecce vides quantus splendor, velut aede renata
rideat: insculptum camera crispante lacunar
in ligno mentitur ebur, tectoque superne
pendentes lychni spiris retinentur ahenis,
et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
funibus; undantes flammas levis aura fatigat.

a laquearibus enim pendebant lychnuchi orbiculares et in modum coronae efficti circuli complures, gradatim sibi ipsis impositi, ita ut infimus maior esset medio et medius supremo, singulique lampadibus vitreis adornati, cuiusmodi eleganter describuntur a Paulino Natali 7. hos luminosos circulos, quibus substrati erant disci argentei, eleganter descripsit idem Silentiarius v. 406:

ἐκ δέ νυ σείρης
ἀργυρέους στεφανηδὸν ἀπ' ἠέρος ἧψατο δίσκους
ἐκκρεμέας περὶ τέλσα μέσου τροχάοντα μελάθρου etc.

atque istos quidem circulos *coronas* interdum vocant aevi medii scriptores Latini, ut auctor vitae S. Desiderii loco proxime laudato, Anastasius bibl. in S. Silvestro et Sixto 3 PP, Flodoardus Hist. Remens. 3 5 et 4 13, Ratbertus de Casibus S. Galli c. 9, Iso magister de Miraculis S. Galli c. 8, Udalricus in Consuet. Cluniac. 1 11, Petrus Venerab. in Statut. Clun. c. 52, Aegidius Aureae vallis c. 53, Vita B. Ioannis Gorziensis Abbat. c. 10 n. 90 etc. S. Bernardus *rotas* appellandas potius censuit, lib. de Vita et moribus clericorum c. 11: *ponuntur in ecclesia gemmatae, non coronae, sed rotae, circumseptae lampadibus, sed non minus fulgentes insertis lapidibus.* sed praesertim instructas eiusmodi lampadibus coronas *phara* appellant alii. Leo Ost. Chron. Casin. 3 31: *fecit et pharum, coronam scilicet maximam argenteam cum — sex et triginta lampadibus ex ea pendentibus.* ita promiscue apud Valafridum Strabonem de Mirac. S. Galli 2 35, Bedam de Rat. tempor. c. 24, in Hist. translat. S. Sebastiani n. 94, in vita
P 558 Gudilae Virg. n. 18. praeterea apud Anastasium non semel, apud quem in S. Silvestro *phara canthara* dicuntur eae potissimum coronae, quae lampadibus et discis instructae erant, quas φωταδόχα ἀγγεῖα vocat Ducas c. 29. denique alios lychnuchos in modum crucis effictos appendit Iustinianus. Silentiarius v. 417:

καὶ μεγάλου σταυροῖο τύπον πολύωπα νοήσεις,
γείτονα μὲν δίσκοιο, πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
ἄγγος ἐλαφρίζοντα σελασφόρον.

hunc porro ritum cruces luminibus exornandi aetate S. Chrysostomi, cuius auctor perhibetur, obtinuisse narrant Socrates et Nicephorus Call. et in processibus publicis ecclesiasticis praelatas: σταυροὶ ἀργύρεοι κηρῶν ἐπ' αὐτοῖς ἀνημμένων προηγοῦντο. nec desunt qui crucem supra ambonem stantem lucernis lampadibus ac luminibus perinde fulgurasse ex Codino observant: εἶχε δὲ καὶ συχνὰ λυχνιτάρια καὶ μαργαριτάρια ἀπίδοτα. sed et apud Latinos hunc invaluisse ritum docet Anastasius in S. Hadriano PP: *fecit et pharum maiorem in eadem B. Petri ecclesia in typum crucis, qui pendet ante presbyterium, habentem candelas* 1370, *et constituit ut quattuor vicibus in anno ipse pharus accendatur.* in Leone III: *fecit crucem anaglypham intersatilem, ex auro mundissimo, pendentem in pergula ante altare cum candelis duodecim pens. lib.* 13. eiusmodi etiam cruces luminosas intellexit Silentiarius v. 481, dum ait alium mentem oblectare intuendo σύμβολον οὐρανίου Χριστοῖο. sunt enim eae lucernae quas *signa Christi* appellat Anastasius in Leone III: *fecit in basilica B. Petri Apostoli — gabathas fundatas signochristas, quae pendent in quadriporticu, in pharo aereo in medio Basilicae, numero* 48. et in Gregorio IV: *signum Christi habet navicellas duas et murenas tres.* infra: *signum Christi pendentem in catenulis tribus. — signum Christi habet historiam in modum leonis incapillatam*

cum diversis operibus purissimis aureis, pendentibus in catenulis quattuor et uncino uno. narrat Chronicon Alexandrinum p. 716 Arcadio imperante terrae motu τὸ σιγνόχριστον τοῦ Καπετωλίου cecidisse; quo loco *signum Christi* nihil aliud est quam crucis signum, quod in tecti vertice Capitolii Cpolitani erectum erat, σημεῖον nempe, quod τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου dicitur apud Matthaeum, uti locum hunc interpretantur S. Chrysostomus Homil. 77 in 24 Math., Theophylactus, Euthymius, Origenes, Ephraemus de secundo domini adventu, et alii. Vita S. Tillonis monachi c. 20 t. 2 Actorum SS. ordinis S. Benedicti: *cum super vulnus plenum vermibus Christi signum deprimeret, repente mortui sunt vermes.* sed et *signum dei* in Vita S. Walerici c. 21, et *signum domini* appellatur a Paulino epist. 12: *vel hoc de signo domini super ingressum picto, hac specie quam versus indicat:*

cerne coronatam domini super atria Christi
stare crucem.

alios denique lychnuchos in modum retis appensos observat Silentiarius v. 480:

ὃς δὲ πυριστείρητον ἐπακτρίδα θέλγεται, ἄλλος
εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα.

eiusmodi sunt quos describit Anastasius in Leone III PP: *fecit vero, ubi supra, ante ingressum praesepii pharum in modum retis cum canistro, — necnon et alium pharum maiorem in modum retis cum canistris* 20, *pendentem sub trabem maiorem.* in Leone IV: *fecit autem ad illuminationem ipsius basilicae rete ahenum cum canistris argenteis decem et septem.* et in Benedicto III: *in basilica B. Pauli apostoli isdem antistes — pulcherrimi decoris rete, factum miro opere, totum ex gemmis alvaberis et bullis aureis — offerens pendere iussit.* atque hi quidem lychnuchi ad fornices et ad parietes appensi erant: at a pavimento exsurgebant veluti quaedam trabes seu arbores (sic enim appellantur a Silentiario v. 463, 464, 479) plenae luminibus, quibus inferior pars templi illuminaretur, v. 443:

ἐς δὲ βαθὺ κρηπῖδος ἐδέθλιον ἁβρὰ νοήσεις P 559
δούρατα δικραίροιο μέσον τροχάοντα σιδήρου,
ὧν ἐπὶ νηοπόλοιο φάλαγξ διανείσσεται αἴγλης
ἰθυπόροις κανόνεσσιν ἐρευθομένοισι δεθεῖσα.

ait porro Silentiarius ad eiusmodi arborum collucentium lumen progredi in templum sacerdotum cohortem, rectis regulis rubricantibus illigatam; quibus verbis clerum designavit, qui ecclesiasticis canonibus ac regulis subiacet; unde ἐν τῷ κανόνι vel ἐκ τοῦ κανόνος et *sub canone ecclesiastico constituti* dicuntur quicunque ex clero sunt, in conciliis, locis indicatis in notis ad Alexiadem p. 420. appellantur autem κανόνες ἐρευθόμενοι seu *regulae rubricatae,* quod earum capita ac tituli minio ut plurimum exararentur. unde apud Latinos passim *rubrica* sumitur pro quavis

regula: est enim *rubrica* in Gloss. Graecolat. *διὰ μίλτου ἐπιγραφή*. Glossar. Medicum ex biblioth. Reg. cod. 1486: *rubrica, titulus factus de rubeo.* Prudentius l. 2 contra Symmachum:

dicant cur condita sit lex
bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,
quae prohibet peccare reos.

Vita S. Deicoli Abbat. Lutrensis n. 29: *dedit autem dominus per merita servi sui eidem loco talem profectum, ut multi nobilium — monachicam disciplinam eligerent et monasterium satis ditarent, ipsi quoque sacrae subiacerent rubricae.* Historia inventionis Corp. S. Celsi: *discussis sane inibi multis quae synodica postulat rubrica.* ita leges *rubricas* vocat Sidonius libro 8 epistola 6. verum, ne quid dissimulem, nescio an non aliud voluerit hisce versibus Silentiarius, intellexeritque eas trabes quae in sacris aedibus candelabris ac lucernis instructae erant, cuiusmodi belle describuntur a Leone Ost. 3 31: *trabem quoque nihilominus fusilem ex aere cum candelabris numero* 50, *in quibus utique totidem cerei per festivitates praecipuas ponerentur, lampadibus subter in aereis uncis ex eadem trabe* 36 *dependentibus. quae videlicet aereae trabes, aereis aeque brachiis ac manibus sustentatae, trabi ligneae, quam pulcherrime sculpi et auro colorumque fucis interim fecerat Desiderius exornari, commissa est.* nam praeterquam quod *φάλαγγας* vocant Graeci pariter ac Latini fustes terentes, ibi etiam *aerea brachia* videntur esse quod *δίκραιρον σίδηρον* vocat Silentiarius. sed cum non omnino in promptu sit divinare ex illius versibus qualis fuerit istius *πολυκανδήλου* forma, siquidem de candelabro locutus sit, oculatioribus eos accuratius examinandos relinquimus. iam vero Silentiarius v. 462 arbores istas *πυρσοκόμους* ita adornatas depingit, ut in imo latiores circulos sensim in acutos, instar piceae aut cupressi, desinentes sustinuisse dicat. eiusmodi autem candelabra multis instructa luminibus a terra surgentia, ut et coronas in aëre pendentes, quas *κύκλους* vocat Symeon Thessal. lib. de Templo, *πολυκάνδηλα* appellant Scylitzes in Michaele Calaphate p. 557, Theophanes et ex eo Anastasius in Hist. Eccl. et Paulus Diac. l. 18 Hist. Miscellae in Heraclio, Leo Grammaticus p. 449 et 481, idem Anastasius in Leone III PP. p. 133, denique Codinus et Anonymus in Descript. aedis Sophianae. cum igitur tot lampadibus ac luminibus ubique illa colluceret, etiam ante Iustinianum, earum sumptibus non semel provisum est ab imperatoribus, ut colligitur ex leg. 19 Cod. de Operib. Publ. sed prae ceteris Basilius Macedo, *ἐνδεία ἐλαίου ἤδη σχεδὸν ἀποσβεσθέντων τῶν λύχνων τῶν ἱερῶν, μεγίστου κτήματος ἐπιδόσει, ὃ προσαγορεύεται Μάντεα, τούτοις τὸ φῶς διαμένειν προεπενοήσατο ἄσβεστον.* verba sunt Constantini Porphyrogennetae in avi vita c. 54, quibus consona habet Cedrenus p. 587. totam denique hanc in aede Sophiana

collucentium ubique luminum seriem et multitudinem observat etiam Beniaminus Tudelensis in Itinerario, his verbis: *in medio autem templo columnae sunt aureae et argenteae, candelabra maxima et laternae, lampades, et alia ex auro et argento, plura quam dinumerare quispiam possit.*

49. Exacta et confecta ex scriptoribus aedis Sophianae fabricae descriptione, partes illius interiores singulatim, eadem qua priora methodo, nobis restant enucleandae. in tres autem potissimum apud Graecos, ut et apud Latinos, templum dividitur, βῆμα scilicet, ναόν, et eam in qua fideles consistunt. Symeon Thessal. de templo: ὁ θεῖος ἅπας ναὸς τριαδικῶς θεωρεῖται, ταῖς πρὸ τοῦ ναοῦ φημὶ καὶ τῷ ναῷ καὶ τῷ βήματι. locum templi sanctissimum, et in quo sacra mysteria peraguntur, τὸ ἱερώτατον χωρίον καὶ τοῖς ἀπορρήτοις διακεκριμένον, uti appellatur ab Agathia l. 5, varie iidem Graeci vocant: interdum enim ἄδυτα, in- P 560
terdum ἱερατεῖον aut θυσιαστήριον, sed communi ac magis recepto apud illos vocabulo βῆμα nuncupant, totum nempe locum illum qui cancellis a nao disparatur. cumque in bema solis sacerdotibus ius esset introeundi vel in eo sedendi, inde qui ei inserviebant, dicti οἱ ἀπὸ τοῦ βήματος Gregorio Nanzianzeno orat. 19, et eorum ordo τάξις τοῦ βήματος ab eodem appellatus orat. in S. Basilium; quod et de diaconorum praecipuis intelligi debet, quos λειτουργῶν ἐκκρίτους Dionysius vocat, qui episcopo astabant sacra facienti. atque ut a Graecis ἱερατεῖον, ita a Latinis *presbyterium* dicitur, quod in eo soli consistant presbyteri. est enim *presbyterium* apud S. Cyprianum epist. 35, 46 et 49, et in epistola Bonifacii PP, quae habetur in collectione Romana Holstenii, presbyterorum consessus et conventus, qui συνέδριον τοῦ πρεσβυτερίου dicitur Basilio epist. 319 ad Innocent. de presbyterio ita synodus Romana sub Eugenio II PP c. 33: *sacerdotum aliorumque clericorum ecclesiis servientium honores a laïcorum discrete apparere convenit. quamobrem nulli laïcorum liceat in eo loco ubi sacerdotes reliquive clerici consistunt, quod presbyterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere.* praedictis haec addit synodus Romana sub Leone IV PP c. 33: *nec inter sacros cancellos ordinibus debitos, nisi permittente episcopo, attentent accedere* seculares. ubi presbyterium sacros cancellos promiscue appellari perspicue patet. iis consimilia habent Anastasius in eiusdem Leonis vita p. 177 et Gelasius I papa epist. 9. atque hac notione *presbyterium* passim usurpant Anastasius in vitis pontificum, ordo Romanus, Caesarius Eysterbach. et alii quos suo loco referemus. sed et *senatorium* videtur appellari in eodem ordine Romano non semel, voce Latina, quae idem quod πρεσβυτέριον sonat: ubi *ad senatorium* dicitur *descendere pontifex, ut suscipiat oblationes principum,* vel *ut communicet eos qui in senatorio*

sunt. descendit nempe ab altari, ubi sacra peragit, in presbyterium, ut principum et fidelium oblationes suscipiat, vel *ut communicet* eos qui sunt in presbyterio, nempe sacerdotes, clericos, atque adeo populum ipsum, quod diserte ibi dicitur. nam licet ex concilio Toletano IV canon. 18 *sacerdos et levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus,* certum est hac in re varios fuisse ecclesiarum ritus: quippe olim laïcis et feminis ad communicandum patuere sancta sanctorum, ut est in concilio Turonensi II et Capit. Caroli Magni 7 203. sed ut verum fatear, nescio an his locis, in ordine Romano, *senatorium* idem sit omnino quod *presbyterium.* dubitandi causam movet, quod in eo *locus principum* fuisse dicitur: *pontifex autem sustentatus hinc inde dextra laevaque a primicerio notariorum descendit ad senatorium, quod est locus principum, ut suscipiat oblationes eorum.* et infra: *pontifex descendit ad senatorium, — et suscipit oblationes principum per ordines arcuum.* siquidem enim *senatorium* locus fuit in quo consistebant principes seu magnates, dum sacrae intererant liturgiae, idem ille forte fuerit cum solea, de qua agemus, seu pavimento editiori ante cancellos bematis, ita appellatus, quod ibi *senatores* seu *principes* consisterent. nam observatum supra ad sacros cancellos assignatam fuisse imperatoribus in ecclesia sedem ab Ambrosio. *senatores* autem appellatos magnates apud scriptores Christianos veteres, notum est. proinde in senatorio pontifex non modo suscipiebat oblationes principum, sed et populum ibidem communicabat. idem ordo Romanus: *mox ut pontifex coeperit communicare populum in senatorio* etc. quo certe loco, nempe ante altaris cancellos, etiam-
P 561 num in aedibus sacris fideles sacram eucharistiam accipiunt. denique *presbyterium* alibi usurpat pro loco in quo presbyteri consistunt; *presbyteri in presbyterio omnes permanent inclinati.* videat igitur lector utram harum coniecturarum probet. *βῆμα* autem hanc aedis sacrae partem appellarunt veteres ab ipso altari, cui id nominis indiderunt, quod, ut ait Germanus patriarcha Cpolitanus, *θρόνος* sit, *ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων.* nam et *βῆμα* pro tribunali non semel usurpari observarunt viri docti. alii a gradibus, quibus ad illud ascenditur, alii denique ab altaris gradibus, quod editius fuisse infra ostendemus, dictum censent. nam et *bema,* ut auctor est Augustinus contra epist. Manetis c. 8 et contra Faustum 18 4, Manichaei diem festum vocarunt quo Manes occisus est, quod quinque gradibus instructo tribunali, et pretiosis linteis adornato, illum celebrarent; quod quidem festum a Catharis sui temporis *Malisola* appellatum fuisse scribit Ekbertus Schonaviensis Serm. 1 contra Catharos. cum igitur praecipua veneratione colenda haberetur sacra haec aedis pars, in ea exornanda sumptibus non pepercit Iustinianus: totam enim argento obduxit. Anonymus:

τὸ δὲ θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροτάτου· στήθεα καὶ κίονας εὐμεγέθεις, ἀργυρᾶ πάντα πεποίηκεν, σὺν τοῖς πυλῶσιν αὐτῶν, πάντα ἀργυρᾶ χρυσέμβατα. tantam autem argenti vim immisit in totum bema, ut ad librarum quadraginta milia impendisse tradat Procopius: ὁ γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰ μάλιστα χῶρος ἀβέβηλος καὶ μόνος ἱερεῦσι βατός, ὅπερ καλοῦσιν θυσιαστήριον, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας ἐπιφέρεται τέτταρας.

50. Bematis pars praecipua fuit concha: sed quid potissimum fuerit concha, inter eruditos omnino non constat. Salmasius ad Plinium multus est in ea disquirenda; qui etsi probabilia dixerit, rem tamen non adeo accurate explicuit ut perspicua sit. Goarus in Euchologio concham cum ciborio perperam confundit, cum ciborium in concha fuerit, non ipsamet concha. verum non admodum arduum erit concham reperire ei qui templorum Graecanicorum figuram inspexerit attentioribus oculis, quorum ichnographias aliquot nobis exhibuit idem Goarus p. 13, 26, 27. videre est enim in ea parte, in qua stat vel statuitur altare, recessus aliquot in modum hemicylindri, superne, ut par est credere, in conchae speciem clausi. dixi aliquot recessus: quandoque enim unicus conspicitur, interdum trinus, ut mox indicabimus. est igitur concha τοῦ θυσιαστηρίου pars; unde Germano patr. CP. in Hist. Eccl. dicitur κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου, id est concha bematis, seu partis illius templi in qua sacra peraguntur. concham Sophianae aedis eleganter ac graphice descripsit Procopius. ab humo, inquit, exstat aedificium, non recta productum linea, sed laxa sensim obliquitate flexum, receditque in medio, ac figura semitereti, quam artis periti semicylindrum vocant, ad perpendiculum surgit; in quartam vero sphaerae partem desinit operis huiusce culmen. sed praestat Graece loquentem audire: οἰκοδομία τις ἐκ γῆς ἀνέχει, οὐκ ἐπ' εὐθείας πεποιημένη, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων ὑπεσταλμένη κατὰ βραχύ, καὶ κατὰ μέσα ὑποχωροῦσα, ἐπὶ σχῆμά τε κατὰ ἥμισυ τὸ στρογγύλον ἰοῦσα, ὅπερ οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ ἡμικύλινδρον ὀνομάζουσιν, ἐς ὕψος οἱ ἀπότομον ἐπανέστηκεν. ἡ δὲ τοῦ ἔργου τούτου ὑπερβολὴ ἐς σφαίρας τεταρτημόριον ἀποκέκριται. deinde addit ut intra conchae recessum pavimentum columnis prematur semicirculari forma dispositis, ita ut sibi invicem tanquam in choro quodammodo adsurgant. neque minori elegantia ac concinnitate conchae Sophianae et structuram et formam expressit Paulus Silentiarius part. 1 v. 221:

τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια κύκλων
ἡμιτόμων, ὑψοῦ δὲ μετ' ὄρθιον αὐχένα τοίχων
σφαίρης τετρατόμοιο λάχος τὸ τέταρτον ἀνέρπει. P 562

concha igitur semicylindri seu κύκλου ἡμιτόμου, ad perpendiculum efficti, formam referebat, quousque superne clauderetur in quartam sphaerae partem, ἐς σφαίρας τεταρτημόριον, inquit Procopius. quae quidem sphaerae pars quarta, interius undique sinuata, a

conchae marinae figura, quam effingebat, nomen est sortita, ut auctor est Silentiarius v. 226:

κόγχας ταῦτα κάρηνα σοφοὶ τεχνήμονι μύθῳ
ἀνέρες ἠνδάξαντο· τὸ δ' ἀτρεκές, εἴτ' ἀπὸ κόγχου
εἰναλίου καλέουσι δαήμονες εἴτ' ἀπὸ τέχνης,
αὐτοί που δεδάασι.

ita porro efficta erat concha Sophiana, ut etsi unica superne appareret, trinos tamen recessus operiret ac proinde triplicem concham efficeret. Silentiarius part. 1 v. 272:

ὣς ἡ μὲν βαθύκολπος ἀνέσσυται ἠέρι κόγχη,
ὑψόθεν ἀντέλλουσα μία, τρισσοῖσι δὲ κόλποις
νέρθεν ἐπεμβεβανῖα.

et versu iam laudato:

τρισσὰ μὲν ἀντολικῶν ἀναπέπταται ἔνδια τοίχων
ἡμιτόμων etc.

ubi satis ostendit inferne, seu sub conchae volutatione, tres conchas contineri, quae unica sphaerae quarta parte continentur ac conteguntur. trinos istos recessus belle descripsit Paulinus Nat. 10:

est etiam interiore sinu maioris in aula
insita cella procul, quasi filia culminis eius,
stellato spatiosa sinu, trinoque recessu
dispositis sinuata locis.

et Epist. 12 ad Severum: *prospectus vero basilicae, non ut usitatior mos est, sed ad domini mei beati felicis basilicam pertinet, memoriam eius aspiciens: tamen cum duabus laeva dextraque conchulis intra spatiosum sui ambitum apsis sinuata laxetur, una earum immolanti hostias iubilationis antistiti patet, altera post sacerdotem capaci sinu receptat ovantes.* triplicem igitur recessum habuit concha sub eadem concameratione, maiorem et medium, in quo erat sacra mensa et sacerdotum sedes seu synthronus, duos praeterea alios minores, alterum ad dextram seu septentrionem, quem prothesim vocabant, alterum ad sinistram seu meridiem, diaconicum appellatum, uti mox ostendemus. quemadmodum autem et quare triplex concha efficta fuerit, sic narrant postremi aevi Graeculi. tradunt quippe architectos sacrum bema, seu potius *τὸ ἅγιον θυσιαστήριον*, hoc est eam bematis partem in qua altare statui solet, aedificaturos de lumine in illud immittendo invicem deliberasse, ac primum quidem unicam concham, quam *μύακα μονοκάλαμον* vocant, vel unius tenoris, per quam lux admitteretur, conficere statuisse: praecepisse vero imperatorem (ita enim Codinus) duplicem aedificari: verum restitisse architectos, quod locus ille nullis exterioribus suffultus esset lapideis fulcimentis, ac proinde incumbenti oneri ferendo haud par esset. cumque incerti quid agerent versarent animum, imperatore praesertim non sibi constante, dicenteque interdum unicum

arcum interdum duos, *μίαν ἀψῖδα, ἄλλοτε δὲ δύο*, fieri debere, tandem angelum imperatoris habitu architectorum magistro apparuisse, praecepisseque ut *τρίφωτος μύαξ* seu triplex concha fieret, et *διὰ τριῶν στοῶν*, per triplicem porticum (ita superiorem conchae concamerationem appellare videntur Graeculi), sacrum bema vel ipsum altare illuminaretur, in nomine patris et filii et spiritus sancti; atque ita triplicem concham confectam esse. P 563 quasi vero antequam operi manum admovissent architecti, totius aedis non fuisset delineata forma ac figura; quod diserte de Sophiana tradit Procopius, ubi de Anthemio architecto: hunc enim condendae aedis figuram delineasse ac designasse scribit: *τῶν γενησομένων προδιασκευάζων ἐνδάλματα.* ita passim nugas suas imperitis venditant nugigeruli ac recentiores Graeci. enimvero ab hac triplici concha *trichoram apsidem* dictam vult Salmasius apud Paulinum: *reliquiis apostolorum et martyrum intra apsidem trichoram sub altari sacratis.* sic enim legendum contendit pro *trichora sub altaria,* cui subscribo lubens, cum unicum fuerit altare in apside seu absida, atque adeo in tota aede sacra, quod et infra satis indicat. nam constat *trichora* dicta fuisse ea triclinia quae tribus cameris conchis aut partibus constabant, cuiusmodi fuit illud de quo Spartianus in vita Pescennii: *domus eius hodie visitur in campo Iovis, quae appellatur Pescennii, in qua simulacrum eius in trichoro constituit.* neque enim arridet eiusdem Salmasii coniectura, qui *trichorum* fastigium domus interpretatus est. nam hoc loco *trichorum* est triclinium istius domus, tribus, ut dixi, cameris constans, cuiusmodi sunt in antiquis monasteriis refectoria, quae inde *trichora* et *trichoria* appellantur. Gloss. Saxon. Aelfrici: *Tricorum vel Triclinium, Gereordhus.* i. domus refectionis; qua notione *tricorium* seu *trichorium* usurpat Ordericus Vitalis l. 3 et 6 p. 495 et 603. at Ioannes de Ianua *trichorium domum trina convivantium sessione ordinatam* esse ait, quemadmodum solent monachi in suis refectoriis considere. Ugutioni vero dicitur *trichorium locus iuxta ignem causa prandii, habens cameras vel tres absidas. octachorum* occurrit in inscriptione ad fontem S. Theclae, Mediolani a S. Ambrosio exarata, apud Gruter. 1666 8. ita porro concha Sophiana effi-cta est, ut ultra pilas, et qua parte parietes ad latera bematis desinunt, sinuari incipiat in formam hemicylindri, seu ubi procurrere cessant porticus in interiore aede; quod Paulinus de templo S. Felicis agens sic descripsit: *totum vero extra concham basilicae spatium alto et lacunato culmine geminis utrinque porticibus dilatatur.* addit Procopius conchae Sophianae imminere nescio quam structuram *μηνοειδῆ* seu bicornis lunae instar sinuatam; quae simul concinnitate admirationem, simul dubiae compagis specie timorem parit, ut quae neque videatur pendere tuo, et quamvis firmissime nitatur, periculum tamen ostentet ibi ver-

santibus. *ὕπερθέν τε μηνοειδές τι αὐτῇ ἕτερον τοῖς προσεχέσι τῆς οἰκοδομίας ἐπῆρται, τῇ μὲν εὐπρεπείᾳ θαυμάσιον, τῷ δὲ σφαλερῷ τῆς συνθέσεως δοκοῦν τι φοβερὸν εἶναι ὅλως. δοκεῖ γάρ πη οὐκ ἐν βεβαίῳ ἐπηωρῆσθαι, ἀλλ' ἐπικινδύνως τοῖς ἐνθάδε οὖσι μετεωρίζεσθαι· καί τοι διαφερόντως ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας ἐστήρικται.* id etiam attigit Gyllius, scribens *exstare templi extremitates, ultra octo pilas proiectas, in sphaerae quartam partem recedentes, ex supera parte quiddam lunae curvatae in cornua simile prae se gerentes.* denique supra hoc lunatum aedificium assurgit fornix alius excelsior usque ad caput immensi istius fornicis, cuius tergo incumbit mediae aedis vertex, uti habet Silentiarius v. 266. intra conchae recessum utrinque, ait idem Procopius, columnae a pavimento assurgunt, non recto quidem ordine, sed intus semicirculari forma dispositae, ita ut sibi invicem tanquam in choro assurgentes lunato aedificio subsint: *τούτων δὲ δὴ ἐφ' ἑκάτερα κίονες ἐπ' ἐδάφους εἰσίν, οὐδὲ αὐτοὶ κατ' εὐθὺ ἑστῶτες, ἀλλ' εἴσω κατὰ σχῆμα τὸ ἡμίκυκλον ὥσπερ ἐν χώρῳ ἀλλήλοις ὑπεξανιστάμενοι· καὶ αὐτῶν ὑπεράνωθεν οἰκοδόμημα μηνοειδὲς ἀποκρέμαται.* hanc concharum partem columnis adornatam *τὸ κιονῶδες* videtur appellare Pachymeres 1 19. conchae praeterea appellatione non semel donant scriptores baptisterium Late-
P 564 ranensis ecclesiae, quam *concham paragonicam*, interdum *porphyream Constantini* vocat Ioannes Hocsemius in Engelberto a Marca episcopo Leod. c. 35, *concham porphyreticam* magnum Chronicon Belgicum p. 160. *in qua*, ait idem Hocsemius, *intravit Constantinus paganus, et ibi lotus fuit;* de quo Constantini baptisterio agunt praeterea Theophanes a. 18. Constantini, et Anastasius in vit. PP. p. 14, 23, 28. ab eiusmodi perinde structurae forma dictum fuit *τρίκογχον*, triclinium in palatio Cpolitano, cuius mentio est in Chronico Alexandrino p. 734 et apud Leonem Grammaticum p. 455 et 497. ut et aliud in eodem palatio triclinium *ἑπτάκογχον* nuncupatum a septem conchis, quibus constabat, in quo habita legitur collatio Catholicorum cum Severianis, Iustiniano imperante, quae habetur in conciliorum codice; quod videtur idem esse cum eo quod *Hepta* nude dicitur apud Liberatum diaconum c. 9. observandum denique *ἱερὰν κόγχην* appellari ab Euagrio ipsum bema cancellis suis clausum. ait enim Sophianae aedis longitudinem a porta templi conchae obversa ad ipsam concham, *ἔνθα τὰ τῆς ἀναιμάκτου καλλιερεῖται θυσίας*, pedum esse 170, totius vero templi longitudinem esse pedum 260. unde confici videtur longitudinem bematis fuisse pedum 70, reliquam fuisse in nao et pronao, vel si mavis, narthece.

51. Iam vero maiorem concham, quae Graecis scriptoribus nude *κόγχη* dicitur, Latini inferioris aetatis passim *absidam* appellavere. diserte enim Paulinus epist. 12 absidam cum concha confundit. nec abludit Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccles.

c. 6, dum ait *absidam* esse *exedram separatam a templo et Graece cyclon vocari:* κύκλον enim vel certe κύκλιον appellatam esse concham a Graecis docemur ex Anonymo: ἀναδύων δὲ εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ ἰλύματι (f. εἰλήματι) τῷ καλουμένῳ κυκλίῳ, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω βαθμίδων, τοῦτο ἅγια ἁγίων προσηγόρευσεν. neque alia appellatione quam ἀψῖδος concham ecclesiae S. Sophiae Nicaenae donavit Gregorius Caesariensis Orat. in Nicaenos patres, ut concham Novae ecclesiae in palatio a Basilio Macedone excitatae Photius in illius descriptione, hisce verbis: ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς τῇ μορφῇ τῆς παρθένου περιαστράπτεται. aedium quippe sacrarum conchae in fornicis vel arcus seu ἀψῖδος speciem superne effinguntur. est enim ἀψὶς in Gloss. Gr. Lat. *forfex, arcus, fornix.* et apud Aelfricum in Gloss. Saxon. *absida* dicitur esse *sinewealt cleofa,* id est rotunda concameratio vel porticus. hinc S. Hieronymus l. 2 in epist. ad Ephesios dixit, *in summo caeli fornice, et ut ipso verbo utar, apside.* verum si res stricte accipiatur, aliud fuit *concha,* aliud *absida.* nam *absida* proprie est ipse semicirculus, ἡμίκυκλος, qui ab inferiori θυσιαστηρίου parte in altum assurgit et in apsidem seu arcum aut semicirculum sinuatur: concha vero ipsius apsidis pars interior in conchae speciem camerata curvata et sinuata. unde recte Paulinus apsidem a camera, interiori scilicet, distinguit: *apsidem solo et parietibus marmoratam camera musivo illusa clarificat.* et Cassianus Collat. 24 c. 6: *velut si quis apsidis cameram volens in sublime concludere. apsidem* porro et *absidem* dici vulgo idem annotat Paulinus. siquando autem plura essent altaria in templo aut aede sacra, unumquodque *absidam* suam habebat. Leo Ost. 3 28: *unicuique altari sua absida.* praecipua vero *mediana* et *maior* eidem scriptori dicitur eodem c., ut et 1 19: *in basilica absida media, ad quam per octo gradus ascenditur.* ubi observandum partem istam templi sacratam editiorem esse, et ad eam per plures gradus perveniri: unde βήματος nomen illi inditum non insulse opinantur viri docti, quicquid alii reclament. quae quidem sententia firmari praeterea P 565
potest ex Evodio Usalensi de Mirac. S. Stephani 2 1: *ipsaque etiam per se gradus absidae conscendens universis eminus conspicienda astabat.* in confesso tamen esse debet, in plerisque scriptorum locis in quibus absidarum fit mentio, id vocabuli pro toto bemate, id est ea templi parte ubi τὰ ἅγια τῶν ἁγίων peragebantur, usurpari; quemadmodum κόγχην usurpant Graeci. Panegyricus Berengarii l. 5:

talibus arae adeunt gestis apsida sacratae
lumina terrarum.

ita passim apud Gregorium Turon. de Mirac. S. Martini 2 47, Anastasium in vit. PP. p. 13, 17, 32, 150, 160, 166 ed. Reg., Walterium Aurelian. episcop. in Capitul. c. 4, S. Althelmum de

Laude virginit. apud Canisium p. 826, Petrum Diacon. Chr. Casin. 4 3, Petrum Damian. l. 3 epist. 8, Candidum Monach. apud Browerum in Annal. Fuld. p. 116, auctorem Chronici Fontanell. c. 14 et 16, et aliquot alios. sed ut plurimum *absidam* dici a scriptoribus ipsam concham vel ipsam sacram mensam seu altare constat: verbi gratia, cum in absidis repositas sanctorum reliquias scribunt, quas sub altaribus et intra altaria recondi solitas notum est, ut S. Augustinus Serm. 32 de diversis c. 3, Gregorius Turon. Hist. 10 31, de Mirac. 1 63, Anastasius in Gregorio IV PP p. 166, Paulinus Epist. 12 ad Severum, Evodius Usalensis de Mirac. S. Steph. 1 3, Rodulfus presbyter in vita Rabani Mauri n. 27, auctor Chronici Fontanell. c. 2, Andr. Silvius in Chr. Marcian. etc. cum igitur absida nihil aliud sit quam fornix seu arcus, non mirum si in ceteris aedificiis, etiam profanis, vocem hanc usurpent scriptores, ut Anastasius in vitis Pontificum Rom. p. 127, 129, 162, Leo Ost. 3 11, et Petrus Diac. de Viris Illustr. Casin. c. 18. denique *exedram* vocat absidam seu concham Valafridus Strabo loco supra laudato, quia, ut auctor est Eusebius in Hist. Eccl., aedificia templis adiuncta et ab iis quodammodo separata ἐξέδρας appellabant. eiusmodi enim erant conchae, quae etsi aedium sacrarum non modo pars sed etiam sacratior essent, extra ipsas tamen procurrebant et ab iis quodammodo secludebantur: *exedra*, inquit, *est absida quaedam separata modicum a templo vel palatio, et dicta inde quod extra haereat;* quasi vocis istius etymon a Graecis non esset arcessendum. per *exedram* igitur *absida* seu *concha* intelligi videtur apud S. Augustinum in Gestis cum Emerito Donatistarum episcopo: *cum Deuterius episcopus metropolitanus Caesariensis una cum — episcopis in exedram processisset, — scilicet ecclesiae maioris Caesariae* etc.

52. Sed nondum plane sum assecutus cur Isidorus Orig. 5 8 *absidam* dictam scribat *eo quod lumine recepto per arcum resplendeat;* a quo hausit quae habet in eandem sententiam idem Valafridus Strabo: *absida*, inquit, *Graece, Latine lucida dicitur, quia lumen acceptum per arcum intromittit.* neque enim commune aliquid habet *absida* cum lumine; nisi forte eam conchae partem superiorem, per quam lux intromittitur, absidam dictam proprio vocabulo censuerint, qua ipsa scilicet conchae apsis circinatur et in conchae speciem interius sinuatur et effingitur. observat enim Silentiarius superiorem conchae partem in dorsa dispertitam, quinquefariam separata ac divisa lucis receptacula, levioribus vitris operta, continere. ita ille part. 1 v. 274, ubi de concha:

διατμηγεῖσα δὲ νώτοις
πένταχα μοιρηθέντα δοχήϊα φωτὸς ἀνοίγει,
P 566 λεπταλέοις ὑάλοις κεκαλυμμένα, τῶν διὰ μέσσης
φαιδρὸν ἀπαστράπτουσα φαεσφόρος ἔρχεται ἠώς.

de fenestris absidarum agit Anastasius in Leone III PP: *simul et fenestras de absida ex vitro diversis coloribus conclusit atque decoravit.* et Paulinus Nat. 9:

et aperta per arcus
lucida frons bifores perfunderet intima largo
lumine, conspicui ad faciem conversa sepulcri,
quo tegitur posito sopitus corpore Martyr.

porro vitrearum fenestrarum, quae vitro in tenues laminas fuso obductae erant, meminisse Hieronymum pridem observarunt viri docti. Leo Ost. 3 29 et 32: *fenestras — plumbo simul ac vitro compactis tabulis ferroque connexis inclusit.* harum usum serius ad Britannos transiisse tradit Beda lib. 1 de Wiremuthensi monasterio, seu in Vita S. Benedicti Biscopi c. 5.

53. In media ac maiori concha erat *ἁγία τράπεζα* seu sancta mensa. Epiphanius Hagiopolita de Locis SS: *πρὸς ἀνατολὴν δὲ τῶν κιόνων ὡς ἀπὸ διαστήματος ὀλίγου ἔστι κόγχη, καὶ ἵσταται τράπεζα, ἔνθα λειτουργεῖ ὁ πατριάρχης.* sic autem appellabant Graeci altare praecipuum, super quo *τὰ ἅγια* fiebant seu Christi corpus conficiebatur: Latini *sanctum mensam* vocant. Nicolaus I papa epist. 2: *altare sanctum in quo deo omnipotenti sacrificiorum vota persolvimus, lapis est naturaliter communis, — quia vero sacratum est dei adiutorio et benedictionem suscepit, mensa sancta efficitur.* Amalarius Fortunatus de Eccles. Offic. 3 21 ita dictam censet, *quod sit mensa domini, in qua convivabatur cum discipulis.* cui succinit Germanus patriarcha CP: *ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ σὺν τοῖς μύσταις.* ait praeterea sacram mensam sepulcrum Christi repraesentare: *ἡ ἁγία τράπεζά ἐστιν ἀντὶ τοῦ τόπου τῆς ταφῆς ἐν ᾗ ἐτέθη ὁ Χριστός, ἐν ᾗ πρόκειται ὁ ἀληθινὸς καὶ οὐράνιος ἄρτος, ἡ μυστικὴ καὶ ἀναίματος θυσία.* et certe mensam veteribus dici sepulcrum, vel quod posteriores *tumbam* appellavere, docet vetus inscriptio, quae exstat Mediolani in monasterio S. Ambrosii: *MM. Miniciae Rufinae, quae vixit annis* 22 *mense uno diebus* 24, *Minicia Domicia sorori posuit mensam contra votum.* alia Brixiae ad S. Faustinum: *Attio Proculo Lectori, filio dulcissimo, qui vixit ann.* 18 *m.* 8, *Fabia Secunda contra votum mensam posuit b. m.* denique *mensae* nomine priscis Christianis videtur nuncupatus locus in quo sancti martyres quodammodo immolabantur, dum vitam pro Christo effundebant, quemadmodum Christus ipse in sacra mensa a sacerdotibus in sacrosanctis missarum liturgiis quotidie immolatur. qua quidem significatione Carthagine *mensa Cypriani* appellabatur locus ubi *martyrium consummavit* S. Cyprianus, et ubi postmodum in memoriam mensa erecta est, *non,* inquit S. Augustinus Serm. 113 de diversis c. 2, *quia ibi est unquam Cyprianus epulatus, sed quia ibi est immolatus.* exstant sermones aliquot eiusdem Augustini ad hanc mensam habiti, cuius idem

praeterea meminit Enarrat. in Psalm. 38 et 80 et Serm. 237 de tempore. narrat Sozomenus 9 1 et ex eo Nicephorus Call. 14 2 Pulcheriam Augustam, Theodosii iunioris sororem, sacram mensam maiori ecclesiae Cpolitanae seu aedi Sophianae Constantianae auro et lapidibus pretiosis insignem et divitem obtulisse, et inscriptionem in rei memoriam posuisse: *ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθων τιμίων θαυμάσιόν τι χρῆμα, θεαμάτων κάλλιστον, ὑπὲρ τῆς ἰδίας παρθενίας καὶ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ ἡγεμονίας, ἱερὰν ἀνέθετο τράπεζαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ΚΠ, καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς τραπέζης, ὡς ἂν πᾶσιν ἔκδηλα ᾖ, τάδε ἐπέγραψεν.* neque minori magnificentia aut parciori sumptu sacram aliam mensam in nova aede Sophiana erexit Iustinianus, ut quae tota auro et lapidum pretiosorum fulgore coruscabat. Silentiarius p. 2 v. 337:

ἀφνειῶν δὲ λίθων ποικίλλεται αἴγλῃ.

P 567 sed et mirabili et inusitato opere et inaudita hactenus materia confecta erat. constabat enim, si scriptoribus Graecis fides, auro argento crystallo ceterisque metallis pretiosioribus, praeterea margaritis et omnis generis lapillis comminutis simulque permistis, conflatis et liquefactis. Codinus: *τήν τε ἁγίαν τράπεζαν, προσκαλεσάμενος τεχνίτας, ἐβουλεύσατο βαλεῖν χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν λίθους τε τιμίους ἐκ πάντων, μαργαρίτας, χαλκόν, σίδηρον, μόλυβδον, ὕελον καὶ πᾶσαν ὕλην τετριμμένην, καὶ καταμίξαντες ἀμφότερα καὶ χωνεύσαντες ἔχωσαν ἀββάκιον.* eadem iisdem pene verbis habet Anonymus, haecque subdit: *τίς γὰρ θεάσηται τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ οὐκ ἐκπλαγείη; ἢ τίς δυνήσεται κατανοῆσαι ταύτην διὰ τὸ πολλὰς χροιὰς καὶ στιλπνότητας ἐναλλάσσειν, ὡς τὸ ταύτης εἶδος ὁρᾶσθαι ποτὲ μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυρίζον, εἰς ἄλλο δὲ μέρος σαπφειρίζον ἐξαστράπτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀποστέλλειν οβ΄ χροιὰς κατὰ τὰς φύσεις τῶν λίθων καὶ μαργαριτῶν καὶ πάντων τῶν μετάλλων.* nec dissentit Nicetas in Murtzuphlo c. 3, qui de sacrae mensae Iustinianeae materia haec scribit: *ἡ μὲν θυωρὸς τράπεζα, τὸ ἐκ πασῶν τιμίων ὑλῶν σύνθεμα συντετηγμένων πυρὶ καὶ περιχωρησασῶν ἀλλήλαις εἰς ἑνὸς ποικιλοχρόου κάλλους ὑπερβολὴν ἐξαισίου τῷ ὄντι καὶ ἀξιαγάστου παρ' ἔθνεσιν ἅπασι* etc. prae ceteris vero sacram hanc mensam graphice descripsit Cedrenus, et inscriptionem, quam in orbe posuit Iustinianus, exhibuit: *τότε ποιεῖ καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον. ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου παντοίου καὶ ξύλου καὶ μετάλλου καὶ εἴδους ἄλλου, ὅσα τε γῆ φέρει καὶ θάλασσα καὶ πᾶς ὁ κόσμος, ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλείονα τὰ δὲ ἐλάττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ τήξας τὰ ξηρὰ ἐπέβαλεν, καὶ οὕτως εἰς τύπον ἐπιχέας ἀνεπλήρωσεν αὐτήν, ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν, ἐπιγράψας γύροθεν ταῦτα "τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρομεν, οἱ δοῦλοί σου, Χριστέ, Ἰουστινιανὸς καὶ Θεοδώρα, ἃ εὐμενῶς πρόσδεξαι, υἱὲ καὶ λόγε τοῦ Θεοῦ ὁ σαρκωθεὶς καὶ*

σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει σου διατήρησον, καὶ τὴν πολιτείαν, ἣν ἡμῖν ἐπίστευσας, εἰς τὴν ἰδίαν σου δόξαν αὔξησον καὶ φύλαξον πρεσβείαις τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας." denique sacrae Sophianae mensae materiam electrinam quodammodo fuisse docent Glossaria mss, quae asservantur in bibliotheca Regia, codd. 930, 1688 et 2062: ἤλεκτρον χάλκωμα καθαρόν, ἢ ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λίθοις, οἵας ἦν κατασκευῆς ἡ τῆς ἁγίας Σοφίας τράπεζα. neque sacra duntaxat aedis Sophianae mensa ex liquatis vel contusis pretiosis eiusmodi materiis constitit, sed etiam ea quam in Nova a se condita in palatio ecclesia statuit Basilius Macedo, ut auctor est in illius vita Constantinus Porphyrogenneta c. 55: καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχοντος τὸν χρυσὸν καὶ λίθοις τιμίοις ἐκ μαργαριτῶν ἡμφιεσμένοις πολυτελῶν τὴν σύμπηξιν καὶ σύστασιν ἔχουσιν. et Photius in descriptione eiusdem templi mensam illius sacram seu θείαν τράπεζαν χρυσοῦ τι θαυμασιώτερον σύνθημα vocat. sed sacra haec mensa primum a Iustiniano confecta casu trullae, qui anno 32 eiusdem Iustiniani accidit, contrita et comminuta est, ut Cedrenus Zonaras et alii tradunt. unde coniicere est aliam eiusdem materiae et operis confectam ab ipso Iustiniano, qui eandem quam in priori inscriptionem posuit, siquidem in secunda sacrae mensae inscriptione Theodorae mentio facta sit quae ante casum trullae obierat. mensam hanc postmodum direptam et in partes confractam a Francis, qui Cpolim expugnarunt anno 1204, tradit Nicetas loco citato: ἡ μὲν οὖν θυωρὸς τράπεζα — κατετεμαχίσθη καὶ διεμερίσθη τοῖς σκυλευταῖς, ὥσπερ καὶ πλοῦτος ἅπας ὁ ἱερὸς τοσοῦ- P 568
τος τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀγλαΐαν ἀπέραντος.

54. Sacra porro mensa Sophiana altius educta erat, et ad eam gradibus aliquot perveniebatur. Codinus ex bibl. Regia: ἐποίησεν Ἰουστινιανὸς ὁλόχρυσον, καὶ τὴν σκάλαν ἐν κύκλῳ, ὅπου ἵστανται οἱ ἱερεῖς εἰς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν ἱερὰν τράπεζαν. ubi Goarus observat σκάλας Graecis hodiernis gradus appellari. hinc Symeon de Templo: καὶ ἐπηρμένον δὲ καὶ λαμπρότατον (θυσιαστήριον) ὡς θρόνος θεοῦ.

55. Neque gradibus duntaxat excelsior erat sacra mensa Iustinianea, sed et aureis columnis innixa et sustentata fundamento perinde aureo incumbebat. Silentiarius part. 2 v. 335:

κίοσι δὲ χρυσέαις ἱερῆς πάγχρυσα τραπέζης
νῶτα κατηρείσαντο, κατὰ χρυσέων τε θεμείλων
ἵσταται, ἀφνειῶν τε λίθων ποικίλλεται αἴγλῃ.

Anonymus: ὑποκάτωθεν δὲ ταύτης ἔστησε κίονας καὶ αὐτοὺς ὁλοχρύσους μετὰ λίθων πολυτελῶν. has altarium columnas ut plurimum amplexari solebant qui confugiebant in aedes sacras veluti ad asylum. Theophanes de papa Vigilio, p. 191: ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως τῷ θυσιαστηρίῳ Σεργίου τοῦ μάρτυρος

μονῆς τῶν Ὁρμίσδου προσέφυγεν, κἀκεῖθεν ἑλκόμενος κατέσχεν τοὺς βαστάζοντας τὸ θυσιαστήριον κίονας, καὶ τούτους κατέστρεψεν, βαρὺς ὢν καὶ μέγας τῷ σώματι. Vigilius ipse in epist. encyclica: *cum a sancto eius altare tracti pedibus traheremur, columnas tenuimus, et super nos etiam ipsa mensa cecidera, nisi clericorum nostrorum fuisset manibus sustentata.* epistola clericorum Italiae t. 1 Concil. de eodem Vigilio: *quo viso sanctus papa columnas altaris complexus est.* Theophanes p. 318: εὗρεν τὸν Τιβέριον κρατοῦντα τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ κιονάκιον τῆς ἁγίας τραπέζης τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ἁγίας θεομήτορος. et Gregoras: οἳ δὲ ἠγκαλίζοντο τήν τε θείαν τράπεζαν καὶ τὸν ὑπὸ ταύτην στυλίσκον. ubi unica columna altare interdum sustentatum videtur indicare Gregoras; neque abs re, cum observare liceat, ex Euchologio potissimum, apud Graecos altaria, ut plurimum lapidea, quandoque quattuor in angulis columnis, saepe etiam unica ac media innixa, ita ut omnia sub iis aperta omnibus sint atque obvia; aliquando solida basi, vel lapidea vel latericia vel caementicia, suffulta. vide Aimoinum Histor. Franc. 2 32 et Anastasium in Leone III p. 126.

56. Addit denique Anonymus, ut et Codinus, sacrae mensae Sophianae *mare* lapillis et multo auro fuisse exornatum: τήν τε θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ ἀτιμήτων λίθων πεποίηκεν, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. meminit etiam istius sacrae mensae loci Euchologium Gr. p. 499, ubi de officio magni et angelici habitus: ἀφ' ἑσπέρας εἰσφέρονται τὰ ἱμάτια τοῦ μέλλοντος λαβεῖν τὸ ἅγιον σχῆμα ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἀποτίθενται ἐν τῷ θαλασσιδίῳ τῆς ἁγίας τραπέζης. ubi Goarus θάλασσαν et θαλασσίδιον *cavum mensae recessum* interpretatur, appositeque ita dictum observat ad instar θαλάσσης seu aquarum receptaculi, quod circa altaria ad abluendas victimas apud Iudaeos exstrui solebat, ut est 3 Reg. c. 18 et 2 Paralip. c. 4 v. 6; de quo Villalpandus t. 2 part. 2 c. 34. Paulinus Nat. 9:

namque tenes etiam magna Salomonis in aede
quam fuerit decori siccum mare, quod sapiens rex
aere fudit solido et tauris suspendit ahenis.

videtur autem pars illa sacrae mensae θεμείλων vocabulo designari a Silentiario, seu fundamentorum, quae aurea perinde fuisse scribit:

κατὰ χρυσέων τε θεμείλων
ἵσταται.

P 569 57. Sacrae mensae imminebat *ciborium:* ita autem appellabant umbraculum quoddam altius eductum, quo universa mensa sacra tegebatur. de nominis ratione non omnino constat. notum est ex Athenaeo et Hesychio κιβώριον esse apud Aegyptios genus poculi. Porphyrio ad illud Horatii l. 2 od. 7:

oblivioso levia Massico ciboria exple,

ciborium ait esse *poculi genus, in modum foliorum colocasiorum factum.* ex quibus videtur ciborium ita appellatum fuisse, quod superne clauderetur in modum eiusmodi poculorum quorum opercula in formam acutiorem desinunt: nam ea fuit ciboriorum forma. alii a *κίβος* vel *κιβωτὸς* deducunt, quae voces Graecis arcam sonant; et ita Germanus ciborium non semel vocat. at ceteri *κιβωρίου* voce ut plurimum utuntur. Chronicon Alexandr. p. 892: *τὰ κιβώρια καὶ ἄλλα κειμήλια ἀφείλοντο. κιβούριον* habet etiam Theophanes a. 32 Iustiniani. quattuor potissimum columnis, quae ad sacrae mensae, uti vocant, cornua exsurgebant a pavimento, totum ciborii opus insistebat; ita ut, inquit Germanus patriarcha CP, quod intra eum ambitum includitur sacrum spatium et ciborio desuper veluti caelo operitur et contegitur, illud sit de quo propheta dixit, *operatus est salutem in medio terrae deus.* *οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὁρόφιον ἀπαρτίζουσιν, ὡς ὅλην δὲ γῆν ὁρίζονται τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιόνων τοῦ εἰρημένου κιβωρίου συγκλειόμενον ἢ περιγραφόμενον ἱερὸν ἔδαφος, ἐν ᾧ πληροῦται καὶ ὁ προφητικὸς λόγος ὁ λέγων "εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ θεός."* pulchre autem et eleganter describitur ciborium Sophianum a Silentiario part. 2 v. 303:

χρυσείης δ' ἐφύπερθε παναχράντοιο τραπέζης
ἄσπετος εὐρυκέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη,
τετραπόροις ἀψῖσιν ἐπ' ἀργυρέῃσι βεβηκώς.
κίοσι δ' ἀργυρέοισιν ἀείρεται, ὧν ἐπὶ κόρσης
ἀργυρέους ἵδρυσε πόδας τετράζυγος ἀψίς.

quattuor igitur columnis, iisque argenteis et ingentibus, quibus ex eodem metallo quattuor innitebantur arcus, totum incumbebat ciborii opus. arcuum autem ciborii non semel meminit Anastasius. in Leone III: *fecit et in circuitu altaris, ubi supra, alia vela alba holoserica rosata, quae pendent in arcu de ciborio, numero quattuor.* de columnis vero ciborii argenteis egit Anonymus: *ἔστησε δὲ κίονας εὐμεγέθεις, αὐτοὺς ἀργυροχρύσους, σὺν τοῦ κιβωρίου καὶ τῶν κρίνων.* Anastasius in S. Gregorio I PP: *hic fecit B. Petro apostolo ciborium cum columnis suis quattuor ex argento puro.* idem in Leone III: *fecit in basilica B. Pauli apostoli ciborium cum columnis suis mirae magnitudinis et pulchritudinis, decoratum ex argento purissimo, etc.* ibidem: *fecit in basilica B. Petri apostoli super altare maius ciborium cum columnis suis quattuor ex argento purissimo deaurato, cum diversis historiis mirae magnitudinis mirifice decoratum, quod pensat libras* 2704. ciborium ipsum, quod *ἀργυροέγκαυστον* fuisse perinde prodit idem Anonymus, cuiusmodi passim describuntur ciboria apud eundem Anastasium, in immensum veluti turris attollebatur, quae sensim in acutum verticem desinebat, pini fere adinstar, nisi quod in ima sui parte octilatera seu in octo latera

divisa erat, quae sursum sese efferentia trigoni supera parte longioris singula speciem efficiebant. sed praestat ipsum audire Silentiarium.

ὑψόθι δ' ἀψίδων ἀνατείνεται οἷά τε κώνου
εἴκελον, ἀλλ' οὐ πάμπαν ὁμοίιον· οὐ γὰρ ἐλίσσει
νειόθεν εὐκύκλοιο περίτροχον ἄντυγα πέζης.
P 570 *ἀλλά τις ὀκτάπλευρος ἔφυ βάσις, ἐκ δὲ κελεύθου*
εὐρυτέρης κατὰ βαιὸν ἐς ὀξὺ κόρυμβον ἀνέρπει.
ὀκτὼ δ' ἀργυρέας τανύει πλάκας, ἁρμονίης δὲ
ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται, αἱ δὲ τριγώνοις
εἰδόμεναι μίσγουσι πόρους ὑκτάζυγος οἴμου
εἰς ἓν ἀγειρομένους κορυφῆς σημήϊον ἄκρης.

ita autem sacrae mensae imminebat ciborium, ut totam illam veluti caelum contegeret, inquit Germanus patriarcha CP: *καὶ ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὀρόφιον ἀπαρτίζουσιν.* Photius in descript. Novae ecclesiae: *καὶ αὐτὸς ὁ κωνοειδὴς καὶ τῇ θείᾳ τραπέζᾳ ἐπικείμενος σὺν τοῖς ὑπερείδουσι στυλίσκοις καὶ ὑποῤῥόφοις ὄροφος.* neque aliter describitur ciborium a Paulino l. 2 epigr. 2:

divinum veneranda tegunt altaria foedus
compositisque sacra cum cruce martyribus.

ubi alludit ad arcam testamenti, cuius adinstar ciborium adinvenere Christiani, ut quemadmodum divinas tabulas et veteris legis foedera includebat et operiebat arca, ita novae legis sacramenta ac mysteria illud contegeret et includeret; quod et observatur a Germano patriarcha CP, ubi de ciborio: *ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, ἐν ᾗ λέγεται ἅγια ἁγίων, καὶ ἁγίασμα αὐτοῦ, ἐν ᾗ προσέταξεν ὁ θεὸς γενέσθαι δύο χερουβὶμ ἑκατέρωθεν τορνευτά.* atque inde ciboria supra altaria posita legimus. Anastasius in S. Symmacho PP: *ubi et super altare ciburium argenteum fecit, pensant. libras* 120. in Leone III p. 132: *fecit - - super altare maius ciborium ex argento purissimo, pens. libras* 212. infra: *ubi et obtulit ciborium super altare cum columnis suis.* ibidem: *ciborium vero quod exinde abstulit, posuit super altare.* Chronicon S. Trudonis l. 1: *altare — auro argentoque imaginatum, cum ciborio desuper.* Leo Ost. 1 20: *super altare autem S. Benedicti argenteum ciborium posuit, illudque auro et smaltis simul exornans.* denique Flodoardus Hist. Rem. 4 19: *ciborium quoque super altare S. Mariae argento aggressus est operire.* cum igitur ciborium totum altare operiret eique quodammodo immineret, ideo *καλύπτρας* vocabulo donatur Sophianum a Silentiario part. 2 v. 344, ubi de velis agit, quae ad quattuor ciborii latera appendebantur:

τέτρασι δ' ἀργυρέαις ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
ὀρθοτενεῖς πετάσαντες etc.

certe a Theodoro Studita ciborium aedis S. Ioannis Baptistae,

carmine quod εἰς τὸ κιβώριον τοῦ ἁγίου προδρόμου conscripsit, καλύπτρας nomine indigitatur:

Θείας τραπέζης συγκαλύπτραν με βλέπων
Χερουβικὴν νόμιζε ταξιαρχίαν·
Χριστὸν γὰρ ἔνδον μυσταγωγεῖσθαι νόει,
τὸν τῶν ἄνω τε δεσπότην καὶ τῶν κάτω.

neque aliis ferme verbis ciborium designavit Symeon Thessalonicensis libro de Templo, illud vocans τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν θεὸν σκηνήν, ἔνθα οἱ τῶν ἀγγέλων δῆμοι καὶ τῶν ἁγίων ἡ κατάπαυσις. ex quibus tandem docemur cur ciborium *tegimen* et *umbraculum* appelletur in ordine Romano, ubi in illius consecratione divinae instar arcae, si non effictum, certe inventum et adumbratum perinde ciborium, disertis verbis innuitur. sic autem illa concipitur: *omnipotens sempiterne deus, qui fideli famulo tuo Moysi praecepisti ut duos Cherubim super arcam testamenti collocaret, quam extensis ad alterutrum alis protegerent, versis vultibus in propitiatorium, quaesumus ineffabiliter clementiam tuam, in quo* tegimen *venerandi altaris tui, in quo ipse unigenitus filius tuus, dominus noster Iesus Christus, qui est propitiatio pro peccatis* P 571 *nostris, fidelium manibus iugiter immolatur, et sub quo sanctorum tuorum corpora, quae veraciter fuerunt arca testamenti tui, receptacula scilicet spiritus sancti, per eundem consubstantialem tibi filium, qui factus est nobis a te sanctificatio et redemptio in virtute eiusdem spiritus veritatis, universa antiqui hostis falsitate cum satellitibus suis depulsa, cum ipsis ornamentis ad ipsum* umbraculum *pertinentibus vel ab illo dependentibus aut eidem suppositis, tua sancta benedictione perfundere et consecrare, atque ad tuitionem pignorum sanctorum ac roboranda sive multiplicanda vota fidelium tuorum diutino tempore conservare digneris, annuente eodem domino Iesu Christo etc.* praefatio autem ad consecrationem *praefatio ciborii, id est umbraculi altaris,* inscribitur. ex hac igitur oratione ad consecrationem ciborii, patet non modo altare sed et sanctorum corpora illud operuisse, quia recondita erant sub ipso altari. Gregorius Tur. lib. de Mirac. Mart. c. 28, de S. Petri tumulo agens: *sepultus est in templo quod vocabatur antiquitus Vaticanum, quattuor ordines columnarum valde mirabilium, numero nonaginta sex, habens. habet etiam quattuor in altari, praeter illas quae ciborium sepulcri sustentant. hoc enim sepulcrum sub altari collocatum valde rarum habetur.* atque inde fortasse accidit ut aediculas vel tabernacula, in quibus ea recondi solent, quando non reconduntur sub altari, ciboria plerumque appellent scriptores. Anastasius in Honorio PP: *ornavit autem sepulcrum eius* (S. Agnetis) *ex argento, — posuit et desuper ciburium aereum deauratum mirae magnitudinis.* Hugo Flaviniacensis in Chr. Virdun. p. 166: *propitiatorium sane sanctorum exornant corpora, quorum meritis*

floret ecclesia; et in medio quidem alto satis et prominenti ciborio sanctus requiescit Vitonus, redimitus frontem auro purissimo et gemmis pretiosissimis, quibus concluditur maiestas dei incircumscripta et incomprehensibilis, habens ad dexteram B. Petri et ad laevam eiusdem B. Vitoni auro prominentes imagines, opere factas caelatorio, quas ambiunt columnae ex auro purissimo, cum basibus argenteis, arte fusili et anaglypho productae. ipsum quoque ciborium dominicae resurrectionis, apparitionis et admirabilis ascensionis opere caelatorio protensis adornatur insigniis, habens ante se altare sacratum in honore S. Pulcronii et omnium martyrum, habens et ipsum suum ciborium, quo continetur eiusdem B. Pulcronii (*corpus*) *auro et argento decoratum.* Anselmus in Episcopis Leod. c. 30: *in uno collocati sunt feretro, quod feretrum in ciborio iuxta corpus B. Lamberti usque in hodiernum diem collocatum est cum aliis sanctorum pignoribus.* sane etiamnum in *ciboriis* seu, ut vocamus, tabernaculis, ad latera ipsius ciborii sacram pyxidem asservantis, reponi solent sanctorum feretra. observanda porro vox *maiestas* apud Hugonem Flaviniacensem, qua circulos luminosos, qui vulgo capita sanctorum ambiunt, atque adeo ipsas sanctorum imagines, designant plerique e scriptoribus, inprimis Albericus a. 1204, auctor Vit. Abbatum S. Albani p. 92, Anonymus de Miracul. S. Fidis c. 8, et aliquot alii. certe veterum ciboriorum usum quodammodo videntur revocasse qui aedis magnificae, quam nuper Lutetiae Parisiorum excitavit Anna Austria Franciae regina, regis nostri invictissimi parens, quamque *Vallem Gratiae* vulgo appellant, structurae praefuerunt. nam ad latera altaris assurgunt sex columnae marmoreae excelsiores, quibus incumbunt arcus aurei, variis subinde ornamentis ac angelorum statuis decorati, qui universum altare contegunt ac obumbrant. porro cum ciborium ad mediam templi vel conchae altitudinem educeretur, inde forte Papias *ciburium altiorem medietatem* est interpretatus.

58. Subdit Paulus Silentiarius, qua invicem iuncti superficiei ciborii margines connectuntur, crateres statutos (scyphi dicuntur Exod. c. 25) in quibus adumbrata erant ex argento cereorum simulacra.

ὀππόθι δ' ἀλλήλοισιν ἀρηρότα πείρατα πέζης
ἁρμονίην τεύχουσιν, ἐνιδρύσαντο παγέντας
P 572 ἀργυρέους κρητῆρας· ἐπὶ κρητῆρι δ' ἑκάστῳ
πυρσοφόρους στήσαντο, λιπαυγέα δ' εἴκελα κηροῦ
κόσμον ἀπαγγέλλουσα, καὶ οὐ φάος etc.

eiusmodi crateres describuntur ab Eusebio de vita Constantini 3 31 et ab Anastasio in Leone III, cuius haec sunt: *fecit super ciborium de altari maiori B. Petri apostoli canthara maiora quattuor ex argento purissimo, habentia in medio cereos ex argento deauratos, pens. libras* 140. idem in Leone IV: *necnon et super*

columnas ipsius ciborii propter amplam pulchritudinem ex argento purissimo fecit cophinos numero quattuor, pensantes libras 42. et p. 194 *cereorum deargentatorum, qui stabant in presbyterio,* meminit.

59. Alterius vero formae fuit crater ille, qui describitur ab eodem Silentiario, et eo loci positus dicitur ubi ciborii partes extremae et superiores invicem committuntur, part. 2 v. 313:

ἁρμονίης δὲ
ζευγνυμένης δολιχὴ ῥάχις ἵσταται· αἱ δὲ τριγώνοις
εἰδόμεναι μίσγουσι πόρους ὀκτάζυγος οἶμου
εἰς ἓν ἀγειρομένους, κορυφῆς σημήϊον ἄκρης,
ὁππόθι καὶ κρητῆρος ὑπήραρεν εἰκόνα τέχνη.
χείλεα δὲ κρητῆρος ὑποκλασθέντα πετήλου
εἶδος ἐμορφώσαντο.

nam hoc loco per craterem in folia dispertitum lilia intellexit, quae in suprema ciborii parte una cum sphaera statuisse Iustinianum tradunt qui de aede Sophiana scripsere. Anonymus: ἐπάνω δὲ τοῦ κιβωρίου ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν σταθμὸν λίτρας ριή, καὶ κρίνα χρυσᾶ στήσαντα λίτρας ς', καὶ ἐπάνω αὐτῶν σταυρὸν χρύσεον μετὰ λίθων καὶ πολυτελῶν καὶ δυσπορίστων, ὅς τις σταυρὸς εἶλκε καὶ σταθμὸν λιτρῶν ο'. κρίνου autem nomen indidere Graeci crateri isti, quod ita epistylia vocent architecti, quia in formam foliorum lilii dissecantur. ita *lilium* usurpant etiam Latini. Leo Ost. 3 28: *columnas bases ac lilia, necnon et diversorum colorum marmora abundanter coëmit.* Anastasius in Leone III: *et diversis columnis tam porphyreticis quamque albis et sculptis cum basibus et liliis simul postibus decoravit.* et infra: *hic sacer antistes super ipsas columnas lilios poni fecit, et super ipsos lilios ex metallis marmoreis platonias posuit, diversisque picturis mirae magnitudinis opus decoravit.* et in Leone IV: *fecit ciborium et columnas ac lilia exaurata ex argento purissimo.* adde S. Gregorium l. 1 epist. 66.

60. Ciborii igitur parti extremae imposita erant lilia aurea, seu crateris labra in liliorum speciem efficta erant, ex quibus sphaera seu, ut Codino nuncupatur, μῆλον enascebatur, cui crux lapidum fulgore coruscans insistebat. ea porro erat ciboriorum forma, ut quae in imo latiora in acutum desinunt, pomi figuram efficerent. auctor Chronici Fontanell. c. 13, describens ciborium quod reliquias S. Georgii continebat: *est formae quadratae, ex quattuor videlicet angulis ab imo assurgens, et ita omne opus paulatim minuendo in latitudine in summo angustum redditur, ut pyramidem in altitudine reddat, uniuscuiusque mali parvi conclusione solidetur.* quod vero *sphaeram* vocat Anonymus et *malum* Codinus, nihil aliud est quam *polus* apud Silentiarium, qui praedictis haec addit:

μέσῳ δ' ἐνεθήκατο χώρῳ
ἀργύρεον στίλβοντα πόλου τύπον.

seu sphaeram ad ornatum tantum, seu caeli figuram repraesentare per sphaeram voluerit Iustinianus: nam caelum per ipsum bema, *τὸν οὐρανὸν μὲν διὰ τοῦ ἱεροῦ βήματος*, designari, et *τὸ θυσιαστήριον ὡς ἄλλον οὐρανόν* nos habere, ait Symeon Thessalonicensis lib. de templo. unde Chrysostomus Homil. 3 ad Ephes. scribit, cum vela bematis diducuntur et aperiuntur, tunc caelum ipsum quodammodo aperiri: *ὅταν ἴδῃς ἀνελκόμενα τὰ ἀμφίθυρα, τότε νόμισον διαστέλλεσθαι τὸν οὐρανὸν ἄνωθεν καὶ κατιέναι τοὺς ἀγγέλους.*

61. Addit deinde Silentiarius supra polum stetisse crucem, quod idem est ac *supra sphaeram* aut *malum:*

P 573 *ὑψόθι δ' αὐτοῦ*
σταυρὸς ὑπερτέλλων ἀναφαίνεται.

cruces ciboriis superimpositas vel Christum in cruce pendentem repraesentari solitum, constat ex iis quae a Nicolao I PP traduntur epist. 2: *quid fidei nostrae contradicit, quod in centro camerae, super altare, eius figuram, quod verbum caro factum est, animae nostrae affectando desiderant.* ubi vox *affectando* idem est quod *adorando:* expressit quippe verbum *σχετικῶς*, seu *affectivam sacrarum imaginum adorationem,* uti loquitur Anastasius bibliothecarius in Hist. Eccles.; quam *σχετικὴν* appellari a Graecis scriptoribus in notis ad Alexiadem pluribus probavimus, quaeque in sententiis SS. patrum de Adorat. Imag. sic definitur: *ἔστι δὲ καὶ σχετικὴ καὶ ἀσπαστικὴ προσκύνησις ἐκ φιλικῆς διαθέσεως καὶ εὐγνώμονος οἰκείωσιν καὶ εὔνοιαν ἠγαπημένοις ἐπαγγελλομένη.* per vocem autem *desiderant* videtur innuere sanctus pontifex Christianos et fideles, dum Iesum intuentur in cruce pendentem super altare in ciborio, sacratissimum illius corpus, quod in eo et sub cruce asservatur, expetere, et *affectuosis desideriis* illius perceptionem exoptare. verbum enim *desiderare* hac ut plurimum notione usurpant sancti patres, ubi de sacrosanctis sacramentis ac praesertim de eucharistiae sacramento agunt, ut Tertullianus ad uxorem 2 4 et 6, S. Ambrosius de Fratre suo et de Sacrament. l. 4, S. Eligius Homil. 8, et S. Zeno Veron. invitat. 8 ad Fontem. unde in Gloss. Lat. Gr. *desiderata* exponitur *λειτουργία, τελετή*, id est sacrosanctum missae officium, in quo corpus Christi et divinae eucharistiae sacramentum conficitur, uti pridem observarunt Ios. Scaliger in Epistolis p. 195, Casaubonus Exercit. 16 ad Annal. Baron. c. 45, Lacerda in Advers. c. 136 n. 15, et alii. *centrum* denique apud Nicolaum nihil aliud est quam conchae altaris pars superior, quae in conchae similitudinem curvatur ac sinuatur, et quam stellis coruscantem, veluti caelum repraesentantem, describit Paulinus Nat. 10:

est etiam interiore sinu maioris in aulae

insita cella procul, quasi filia culminis eius,
stellato spatiosa tholo.

nam concham et bema caelum repraesentare dixit Symeon Thessal., ut supra observatum est. quod vero de cruce ciborio imposita diximus, firmatur praeterea ex Anastasio in Leone IV: *sacrum desuper construxit altare, et ciborium cum cruce etc.* et ex eodem Paulino l. 2 epigr. 2, ubi totum ciborii apparatum et ornatum describit:

divinum veneranda tegunt altaria foedus,
compositisque sacra cum cruce martyribus
cuncta salutiferi coeunt insignia Christi,
crux, corpus, sanguis martyris, ipse deus.

quaedam his consentanea habet epist. 12 ad Severum:

pleno coruscat trinitas mysterio:
stat Christus agno, vox patris caelo tonat,
et per columbam spiritus sanctus fluit.
crucem corona lucido cingit globo;
cui coronae sunt corona apostoli,
quorum figura est in columbarum choro.

vide eundem infra p. 155 et Honorium Augustodunensem 1 135.

62. Ciborium πύργου seu turris nomine donatur a Silentiario part. 2 v. 203:

χρυσείης δ' ἐφύπερθε παναχράντοιο τραπέζης P 574
ἄσπετος εὐρυκέλευθον ἐς ἠέρα πύργος ἀνέστη.

neque aliter vocatur a Germano patriarcha CP: *ἡ κόγχη τοῦ θυσιαστηρίου μετάθεσίς ἐστι τοῦ σταυροῦ, οἱ πύργοι δὲ τὰ σημεῖα, διὰ τοῦτο δ' ἀμφότερα λογοθετοῦνται εἰς πρόσωπον τῶν ἱερουργούντων.* vix enim Goaro assentiar hoc loco quattuor ciborii columnas designari existimanti, praesertim cum turris appellatione apud plerosque ex Latinis scriptores sive *maius* sive *minus ciborium* designetur. *minus* enim *ciborium* vocabant, quod erat portatile et adinstar maioris effictum erat, ut mox ostendemus; ut *maius*, quod altare operiebat. Chronicon Abbatum Montis S. Michaëlis: *a.* 1103 *ciborium maius ecclesiae, quod Rogerius aedificaverat, corruit.* et Paulus Warnefridus de Gest. Langob. 3 25 et ex eo Aimoinus Hist. Fr. 3 3: *de quo auro ipse rex postmodum ciborium solidum mirae magnitudinis et magni ponderis fecit, multisque illud gemmis pretiosissimis decoratum ad sepulcrum domini Hierosolymam transmittere voluit.* per turrem igitur ciborium intellexit Fortunatus Pictaviensis l. 3 epigr. 23, quod inscribitur ad Felicem episcopum, in turrem eius:

quam bene iuncta docent sacrati ut corporis agni
margaritum ingens aurea dona ferant etc.

et Flodoardus Hist. Rem. 2 6: *turrim quoque auream, quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit S. Remensis ecclesiae.* Anastasius in S. Innocentio PP: *turrem argenteam*

cum patena et columba deaurata pensantem libras triginta. denique S. Remigius, in testamento suo, apud eundem scriptorem 1 18: *tibi haeredi meae ecclesiae supra memoratae iubeo turriculum, et imaginatum calicem fabricari.* in his porro turriculis sacram eucharistiam ad infirmos seu *ad viaticum* reponi solitam diserte docet Gregorius Turonensis de Gloria Mart. 1 86: *acceptaque turre diaconus, in qua mysterium dominici corporis habebatur, ferre coepit ad ostium; ingressusque templum, ut eam altari superponeret, elapsa de manu eius ferebatur in aëra.* tametsi dubitari potest an turris voce intelligatur his locis turris illa ciborii, quae a columba pendebat, an vero pyxis ipsa seu *ciborium,* quod *itinerarium* vocat ordo Romanus. nam in turriculis, seu potius arculis in modum turricularum effictis, non modo sacram eucharistiam sed et sanctas reliquias reconditas constat, ut maiorum ciboriorum, in quibus divina pendebat eucharistia, formam quodammodo referrent; unde Glossarium Gr. Lat. *πυργισκάριον* et *πυργίσκον turriculum* et *armarium* vertit. certe de reliquiis in turriculis reconditis testatur Leo Ost. 2 53 et 3 30 et Petrus Diac. 4 73. de sacra vero eucharistia in turriculis aureis vel argenteis asservata laudandus, qui in ecclesiis nostris adhuc perstat, mos insigne praebet testimonium, in quibus in solennioribus festis populo spectanda et adoranda in iis exponitur, in editiori altaris seu tabernaculi loco: sed in illis praesertim sacris aedibus, in quibus non sub columba aut a superiori ciborii parte pendet: nam in iis nusquam alio sacra eucharistia loco spectanda exponitur. moris quippe istius hodierni inde origo videtur sumpta, ut et sacra eucharistia et vasa ipsa in quibus reconditur in tutis locis asserventur, ne furtis pateant. unde quod certis diebus *monstratur* fidelibus sacra in iis asservata eucharistia, eiusmodi sacra vasa *ostensoria* et *monstrantiae* etiamnum appellantur, praesertim in Germania et Belgio; quibus in provinciis in turris speciem semper efficta sunt, ut olim in Francia nostra; de quo more egit Gropperus in libris de eucharistia p. 450
P 575 et Fronto Ducaeus ad Paulinum p. 785 quin et inde turriculis, in quibus sacrae reliquiae reconduntur, id nominis tribuit Chronicon Aulae Regiae c. 17 et auctor Bohemiae Piae, p. 99 et 105.

63. Diximus in turriculis in ciborii maioris speciem effictis recondi pyxides, quae sacras eucharistiae particulas ad viaticum asservatas continebant. observat quippe Honorius Augustodunensis de antiquo Ritu Missae 1 64: *oblatam non integram sumptam* olim a sacerdote sacra faciente, *sed in tria divisam, unum in calicem missum, aliud a sacerdote consumptum, tertium in pyxidem morituris ad viaticum repositum.* pyxis illa, vel certe turricula cum ipsa pyxide, *ciborium minus* et *itinerarium* appellatur in ordine Romano, cap. quod inscribitur *praefatio minoris vel itinerarii ciborii.* lemma sequitur haec oratio: *oremus, dilectissimi,*

indulgentiam omnipotentis dei, ut postpositis humanae fragilitatis admissis, consuetae misericordiae suae munera, hoc repositorium sacris usibus praeparatum per unigenitum verbum, virtutem scilicet et sapientiam suam, in spiritu sanctificationis consecrare dignetur. quod vero in ea praefatione *repositorium* vocatur, *conditorium sacrorum pignorum* appellatur in consecratione, quae praefationem subsequitur, *conditorium* nude hoc loco: *tunc inclinato capite pontifex vel diaconus salutat sancta, ut si fuerit superabundans, praecipiat ut ponatur in conditorio.* dicitur porro *ciborium minus* et *itinerarium* ad discrimen maioris ciborii, quod *umbraculum altaris* vocat idem ordo Romanus: *itinerarium* autem, id est *portatile,* quemadmodum infra ibidem *tabula itineraria* nuncupatur quod vulgo *altare portatile* appellamus. ciborium istud minus *repositorium* perinde nuncupatur in testamento Perpetui episcopi Turon. t. 5 Spicilegii Acheriani, illudque Graeci πυξίον vocant, ut colligere est ex Pachymere l. 7 et Nicolao Casulorum episcopo in Typico, recentiores vero μηξόμηλον, corrupto, ut par est credere, vocabulo ex πυξόμηλον, quamobrem non desunt qui μυξόμηλον idem esse opinantur quod ἀρτοφόριον. sacram vero pyxidem supra altare appensam fuisse observare est ex Hugone Flaviniacensi in Chron. Virdun. part. 2: *pyxidem unam de Onychino, in qua servatur corpus dominicum, dependens super altare.* Leo Ost. Chr. Casin. 3 c. ult.: *pyxis aurea cum smaltis pro corpore domini.* et Leo IV PP de cura Pastorali: *super altare nihil ponatur nisi capsae cum reliquiis sanctorum — aut pyxis cum corpore domini ad viaticum pro infirmis.* eadem verba habet Ratherius Veronensis in Synodica ad presbyteros, nisi quod pro *pyxis* habet *buxida;* qua postrema voce utitur etiam Paulus Diaconus in vita S. Gregorii M. PP c. 19. eae autem pyxides in quibus sacra eucharistia ad infirmos defertur, ex ebore seu *eburneae* esse iubentur, *propter casum,* in Statutis Synodalibus Odonis episcopi Parisiensis c. 5 n. 5 et c. ult. n. 35 quod videtur intelligendum non de praecipua pyxide quae a columba pendebat, sed de minore, in quam ex maiori sacra eucharistia ad infirmos deferenda refundebatur.

64. Iam vero quod corpus dominicum sub cruce vel sub crucis figura reponi solitum fuisse in ciborio diximus, firmatur ex concilio Turonensi II can. 3, quo statuitur *ut corpus domini in altari non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur:* id est, non in ipso ciborio vel, uti appellamus, tabernaculo, quod *imaginarius ordo* dicitur, seu in aureo argentove elaborato variisque figuris ac imaginibus adornato opere. unde conficitur sacrosanctam eucharistiam ad viaticum, non in ipso ciborio sed extra ciborium asservatam in pyxide, pependisse sub cruce, quod etiamnum in plerisque nostratibus, praesertim cathedralibus ecclesiis observatur. pendebat autem sacra pyxis ex columba, qua spiri-

P 576 tum sanctum apud Christianos adumbrari constat. eiusmodi vero aurearum et argentearum columbarum altaribus seu sacris mensis et ipsis etiam baptisteriorum fontibus imminentium meminit synodus 5 Cpolitana Act. 5, in qua continentur expostulationes cleri adversus Severum, qui columbas altaris et baptisterii abstulerat: *τὰς γὰρ εἰς τύπον τοῦ ἁγίου πνεύματος χρυσᾶς τε καὶ ἀργυρᾶς κρεμαμένας ὑπεράνω τῶν θείων κολυμβηθρῶν καὶ θυσιαστηρίων μετὰ τῶν ἐσφετερίσατο, λέγων οὐ χρῆναι ἐν εἴδει περιστερᾶς ὀνομάζεσθαι τὸ ἅγιον πνεῦμα.* quae quidem verba habentur etiam in 7 Synodo Act. 5. verum etsi columbas altaribus impendisse ex hoc loco non omnino constet, is tamen ecclesiarum usus e ceteris scriptoribus, Latinis potissimum, colligitur, praesertim ex Paulino epist. 12 ad Severum, ubi totum altaris apparatum describit:

et per columbam spiritus sanctus fluit.

praeterea ex testamento Perpetui episcopi, cuius meminimus, in quo donat et legat *Amalario presbytero capsulam unam communem de serico; item peristerium et columbam argenteam ad repositorium.* quo loco *peristerium* synonymum videtur cum columba: est enim Graecis *περιστέριον*, ut et *περιστερίδιον*, parvula seu minor columba; nisi loculus fuerit, in quo ipsa continebatur columba. scio *περιστέρια* quaedam *κοσμάρια* dici apud Hesychium. hunc praeterea morem astruit Udalricus Consuet. Cluniac. 2 30: *praedictam autem pyxidem — diaconus cum columba iugiter pendente super altare — abstrahit.* et 1 9: *ipsae autem hostiae, cum fuerint consecratae, mutantur quattuor cum illis quae in pyxide et aurea columba super altare pendente iugiter servantur, maxime propter infirmos, ut quicquid de eis eveniat, viaticum sit in promptu.* meminit denique Anastasius in Hilario et S. Innocentio PP eiusmodi columbarum altaribus impendentium. ex quibus eum invaluisse in ecclesia orientali et occidentali morem abunde colligitur, proindeque admodum vero esse simile columbam suam et pyxidem habuisse ciborium Sophianum.

65. Verum cum a sacris adytis arceantur profani, solisque illa sacerdotibus pervia sint, gradum referenti liceat cum ipso Silentiario part. 2 v. 338 in haec verba prorumpere:

πῇ φέρομαι; πῇ μῦθος ἰὼν ἀχάλινος ὀδεύει;
ἴσχεο τολμήεσσα μεμυκότι χείλεϊ φωνή,
μηδ' ἔτι γυμνώσειας ἃ μὴ θέμις ὄμμασι λαῶν.
μυστιπόλοι δ' ὑπὸ χερσὶν ὅσοις τόδε θέσμα κελεύει,
Σιδονίης Φοίνικι βεβαμμένον ἄνθεϊ κόχλου
φᾶρος ἐφαπλώσαντες ἐρέψατε νῶτα τραπέζης,
τέτρασι δ' ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας
ὀρθόθεν εἰσπετάσαντες, ἀπείρονι δείξατε δήμῳ
χρυσὸν ἅλις, etc.

solis, inquam, sacerdotibus patent et altaria et quaecumque intra

sacra vela continentur seu sancta sanctorum. dicuntur enim *ἅγια ἁγίων τὰ ἐντὸς τοῦ καταπετάσματος*, ut est in Lexico ms Regio cod. 2062. nam ut ait Cyrillus Alexandr. de Adorat. 3, *πρεσβυτέροις πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον καὶ τὰ ἔσω τοῦ καταπετάσματος, οἷς ἂν πρέπει λέγεσθαι, καὶ φυλάξουσι τὴν ἱερατείαν αὐτῶν.* quae quidem verba de velis, quae ad quattuor ciborii columnas expandebantur, intelligi debere censuerim, de quibus agit hoc loco Silentiarius, quae *τέτρασι ἀργυρέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι καλύπτρας* seu in quattuor ciborii lateribus explicari solebant, ut totus sacrorum adytorum locus, in quo sancta sanctorum conficiuntur, undique occluderetur, ne profano vulgo plebive pateret, quippe, ut ait P 577
Gregoras Hist. 10, *οἱ τῶν βασιλέων θάλαμοι, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε καὶ τίμια, ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτονται, ἵνα μήτε δήμοις ἀνοσίοις προκείμενα κιβδηλεύηται μήτε περιφρονῆται διὰ τὸ τῆς καταλήψεως πρόχειρόν τε καὶ ἄπονον.* de sacris altaribus id prodit Symeon Thessal. libro de Templo: *ἀμφίοις δὲ περικεκαλυμμένον ἐστὶ καὶ κεκοσμημένον (τὸ θυσιαστήριον) ὅτι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δυσθεώρητα καὶ οὐ πᾶσι ληπτά.* et alibi: *καὶ διὰ τὸ μὲν τοῦ ἐν θυσιαστηρίῳ καταπετάσματος τὴν ἐπουράνιον περὶ τὸν Θεὸν ἐκτυποῖ σκηνήν, ἔνθα τῶν ἀγγέλων ἡ ἀνάπαυσις.* et mox ad quattuor altaris latera expandi vela ista satis prodit: *τέσσαρα δὲ μέρη ὑφάσματος ταῖς τέσσαρσιν ἔχει γωνίαις ἡ ἁγία τράπεζα* etc. Anastasius bibl. in Paschali PP: *fecit etiam in circuitu altaris vela rubea serica quattuor cum gammadiis.* idem in Leone III: *fecit et in circuitu altaris — alia vela alba holoserica rosata, quae pendent in arcu de ciborio, numero quattuor.* adde p. 142 et 165. Guillelmus bibl. in Stephano VI PP: *contulit — vela serica de blattin Byzantea quattuor in circuitu altaris maioris.* atque inde vela ista *τετράβηλα* appellant Graeci recentiores, Anastasius in Vit. PP. *tetravila* et *tetravela* p. 62, 127, 130, 131, 139, 140, 142, 144, 145. ea autem erant ut plurimum purpurei coloris, auro etiam interdum et Phrygio opere distincta et variis imaginibus adornata, cuiusmodi describuntur a Silentiario, ab Anastasio, et a Paulo Diac. l. 24 Hist. miscellae in Michaële. nec scio an per maioris ecclesiae *ἐνδύτην*, quam ad summum pontificem Romanum misit Michaël Palaeologus, rosei coloris auro illusam et unionibus insertis coruscantem, *tetravelum* intellexerit Pachymeres 5 17, an vero tapetem qui sacrae mensae insternitur, quem *ἐνδύτην τῆς ἁγίας τραπέζης* vocat Ducas c. 29 quod velle videntur viri docti: tametsi potior videatur sententia, *ἐνδύτας* hoc loco sumi pro quibusvis ecclesiae velis seu aulaeis; qua notione *ἱερὰς ἐνδύτας* dixit Ioannes Damasc. in Synodica ad Theophilum imp. VII Synodus Act. 7: *ἐνδύτας ἢ ἕτερα βήλα ἢ ἕτερον ἀφιερούμενον*, et B. Dorotheus in praefat. Doctr. ait *ἐν τῇ θείᾳ ἐνδύτῃ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας* depictam fuisse S. Barsanuphii imaginem. ita Maximianus archiepiscopus Ravennas,

apud Hieron. Rubeum, donasse legitur ecclesiae suae *endothyn bissinam pretiosissimam omnem Christi dei historiam continentem*, et *aliam ex auro endothyn, in qua auro textili pictae erant omnium qui illum praecesserant archiepiscoporum imagines.* ubi *endothyn* idem est quod ἐνδύτην. *vestes* vulgo dicuntur eiusmodi ecclesiarum aulaea Anastasio passim et ceteris scriptoribus Latinis. aedis Sophianae porro ornamentorum, uti vocant, opulentiam sic commendat Sugerius lib. de Administr. sua: *ammiranda siquidem et fere incredibilia a viris veridicis quam pluribus et ab episcopo Laudunensi Hugone in celebratione missae de S. Sophiae ornamentorum praerogativa, necnon et aliarum ecclesiarum audieramus.*

66. Sed priusquam e bemate excedamus atque adeo ex ipsa concha, praestat σύνθρονον, qui in ea exstitit, describere. mediam enim concham utrinque ambibant sacerdotum et ecclesiae ministrorum sacra facientium subsellia, atque in iis patriarchae sedes et thronus excelsior, ita ut in proximum centrum coirent. Silentiarius part. 1 v. 229:

μέση δ' ἐζώσατο θώκους
μυστιπόλους καὶ βάθρα περίδρομα, καὶ τὸ μετ' αὐτὴν
ὑστατίην ὑπὸ πέζαν ἀολλίζουσα συνέλκει
ἐγγύτερον περὶ κέντρον ἐπὶ χθονός.

Anonymus septem sedibus tantum, nescio an vere, constitisse haec subsellia refert, in quibus sacerdotes patriarchae sacra fa-
P 578 cienti ministrantes cum eo sedere consueverant: τὰς δὲ βάσεις τὰς ἑπτὰ τῶν ἱερέων, ἐν αἷς καθέζονται, σὺν τοῦ ἀρχιερέως θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων κιόνων κατεχρύσωσε, στήσας εἰς τὰ ἑκάτερα μέρη. hanc porro subselliorum in concha seriem σύνθρονον Graeci appellant. Theophanes p. 371: τοῦ πατριάρχου Νικήτου ἐν τῷ συνθρόνῳ καθεζομένου καὶ ὁρῶντος. Scylitzes in Constantino: ἐγένετο δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ. meminerunt etiam συνθρόνου hac notione Euchologium Gr., ubi de episcopi ordinatione, Pachymeres 7 31, Symeon Thessal. et alii. et recte id nominis inditum, quod una eademque esset subselliorum omnium compages, quae conchae recessum ambibant, ita ut in iis omnes ecclesiae ministri una et simul sederent. Eusebius Hist. Eccl. 10 4: ἀλλὰ καὶ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμὴν καὶ προσέτι βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας. et Constantinus Porphyrog. in Basilio c. 55: οἵ τε ἐντὸς (τοῦ θυσιαστηρίου) θάκοι καὶ αἱ πρὸ τούτων βαθμίδες καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχουσι τὸν χρυσόν. a loco igitur in quo consistebat synthronus, nempe concha, quam etiam *absidam* vocant scriptores aliquot Latini, ipse ministrorum ecclesiae in

concha consessus *absida* pariter dictus legitur, vel certe sedes ipsa episcopalis aut patriarchalis. quippe in veteri Glossario *absida sedes episcoporum* esse dicitur, ut et apud Papiam, apud quem haec habentur: *exedra absida, id est locus subselliorum.* neque alia videtur significatione usurpasse S. Augustinus epist. 225: *ad nostra subsellia relicta turba redieram — dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in absidam honoratiores ascenderant.* idem epist. 203: *in futuro Christi iudicio neque absidae gradatae nec cathedrae velatae adhibebuntur ad defensionem.* ex quibus perspicuum fit cur synodus Sardicensis can. 10 dixerit *εἰς τὴν ἀψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς διαβῆναι*, pro *ad episcopalem dignitatem vel thronum pervenire*, cum in *absidis* seu *conchis* in excelsioribus subselliis ac gradatis sederent episcopi. ea autem non pretiosis duntaxat velis et aulaeis tegebantur, ut est apud eundem Augustinum, sed ceteris etiam aliorum ecclesiae ministrorum sedibus excelsiora erant, uti innuit loco citato Eusebius, et cautum legitur in synodo Carthag. 4 can. 35 *ut episcopus in ecclesia et in consessu presbyterorum sublimior sedeat.* hunc morem in ecclesiis Christianorum observatum attigere praeterea Urbanus I in epist. c. 4, S. Ambrosius libro de Dignitate Sacerd. c. 6, S. Augustinus in Psalm. 126, Amalarius de Reb. eccl. 3 10, et Honorius Augustod. 1 13 et 15. praesertim vero cathedra episcopalis seu patriarchalis *θρόνου* voce donatur passim apud scriptores Byzantinos. Anonymus de locis Hierosol. c. 3, Hierosolymitanae S. sepulcri ecclesiae bema describens, *ἐκεῖ εἶναι ὁ θρόνος τοῦ πατριάρχου.* atque inde factum est ut a throno, dignitatis summo fastigio, ecclesiae compellarentur, et *throni* dicerentur, quibus patriarchae et episcopi praesidebant, quemadmodum Latinis *sedes* appellari consueverunt. iam vero cum conchae mediae recessus imus subselliis ab utraque parte et undique cingeretur, throni patriarcharum et episcoporum, quos *μυστιπόλους θώκους* seu sacerdotales sedes vocat Silentiarius, ad dextram altaris partem videntur exstitisse. Scylitzes in Stratiotico de patriarcha: *κατελθόντα γὰρ ἐκεῖνον εὐθέως οἱ ἀνάπται τοῦ πλήθους παρειληφότες, καὶ θρόνον ἐνεγκόντες, ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ μέρους καθίζουσι τοῦ ἁγίου βήματος.* id etiam indicat ordo Romanus: *tandem episcopus osculatur evangelium et altare, et pergit ad dextram altaris ad sedem suam.* id observare est praeterea ex Marcellino Comite, dum narrat Ioannem Romanum pontificem, cum anno 525 Cpolim pervenisset, *miro honore* a Iustino imperatore exce- P 579
ptum fuisse, et *dextrum dextro ecclesiae insedisse solio, diemque domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrasse.* quibus verbis innuit Marcellinus Ioannem in consessu patriarcham CP praecessisse, sedisseque ad illius dextram. at Goarus in medio et intimo conchae recessu patriarchicum thronum statuit, quem circumstant hinc inde episcoporum vel qui

sacris intersunt sacerdotum subsellia. addit praeterea supra eum thronum Christum solere effingi, manibus in mensam appositam in crucis formam decussatis, dextra panem sacrum, sinistra crucem apprehendentem: hinc inde vero, et a lateribus, supra episcoporum et sacerdotum sedilia, duodecim apostolorum effigies delineatas, ut etiam hodie in S. Pauli et Salvatoris basilicis Romae conspiciuntur. unde planum fit eo respexisse Germanum patriarcham CP, cum dixit *βῆμα* esse *θρόνον ἐν ᾧπερ ὁ παμβασιλεὺς Χριστὸς προκάθηται μετὰ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων*, ut et Symeonem Thessalon. libro de Templo: *καθίσας τῷ συνθρόνῳ, τὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος, συγκαθέδρους ἔχει καὶ τοὺς συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς μιμουμένους τοὺς ἀποστόλους.* et libro de Sacramentis: *ἡ ἄνω καθέδρα τὴν ὑπερουράνιον δείκνυσι καθέδραν τοῦ Ἰησοῦ, αἱ ὑπ' αὐτὴν δὲ βαθμίδες τὴν ἑκάστου τῶν ἱεραρχῶν καὶ ἱερέων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν, ἔνθα δὴ καὶ οὐ θέμις τινὰ ἕτερον καθίσαι, οὐδὲ τῶν διακόνων αὐτῶν.* eadem habet aliis verbis libro de Templo: *διὰ τοῦ ἱεροῦ συνθρόνου τὸν εἰς οὐρανοὺς ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς σαρκωθέντα λόγον καθήμενον, διὰ δὲ τῶν ἀναβαθμῶν τὴν ἑκάστου τῶν ἱερωμένων ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων τάξιν τε καὶ ἀνάβασιν.*

67. Dixi binos recessus seu potius duas conchulas maiori, ubi stabat sacra mensa, adiunctas fuisse, alteram ad dextram et septentrionem, alteram ad sinistram et ad meridiem altaris. conchulas maiori adiunctas describit, ni fallor, Silentiarius 1 part. v. 236. nam cum dixisset mediam ac maiorem concham sacerdotum subsellia in orbem circumducta continere, addit eam excipere (ad utrumque nempe latus) fornicem alium, validis innixum fundamentis, in ima quidem parte in rectas ductum lineas, superne vero ita sinuatum ut cylindri semisecti formam referat. ea est enim minorum conchularum figura, quae cum maiori longe strictiores a terra assurgant, cylindri semisecti formam effingunt, donec superne sinuentur; quam etiam figuram maiori conchae tribuit Procopius, licet potiori iure minoribus illa conveniat. mox addit Silentiarius concham, orientalem nempe, binas alias conchas utrinque protendere, versus occidentem progredientes, tanquam si ulnas suas extenderet, quo clerum ac cantores excipiat. de minoribus igitur conchulis ita Silentiarius:

> *τὴν δὲ μέτ' ἐκδέχεται κρατεροῖς ἀραρυῖα θεμείλοις,*
> *ἐς βάσιν εὐθύγραμμος, ὕπερθε δὲ κύκλιος ἄντυξ,*
> *σχήμασιν οὐ σφαίρης ἐναλίγκιος, ἀλλὰ κυλίνδρου*
> *ἄνδιχα τεμνομένοιο.*

harum conchularum alteram, quam ad dextram statuit Symeon Thessalonicensis, *πρόθεσιν* Graeci appellant, quasi dicas *propositionem* aut *propositionis mensam*, a ceremonia quae in ea peragitur nomen habentem. in ea namque, ait Allatius, sacerdos ante missam, et una cum eo ministrantes, res omnes ad sacrum

complendum necessarias, ut panem vinum et alia, praeparant, quibus finitis secedunt ad sacram mensam, ubi sacra liturgia inchoatur. Pachymeri 1 19 *κόγχη τῆς προθέσεως* dicitur. utramque autem conchulam *secretarium* vocat Paulinus, priorisque, seu prothesis, usum sic describit:

hic locus est veneranda penus qua conditur, et qua
promitur alma sacri pompa ministerii.

et epist. 12 ad Severum, loco supra laudato, de binis istis con- P 580
chulis verba faciens *una earum*, inquit, *immolanti hostias iubilationis patet.* ubi pro *patet* legendum *parat* censuerim: quippe in hac conchula *hostias non immolat antistes*, sed in media et maiori concha: prothesis vero *hostias iubilationis immolanti* seu potius immolaturo *antistiti parat* vel praeparat. cum enim in utraque conchula, quae ad sacram liturgiam peragendam necessaria sunt, atque adeo in prothesi hostia et vinum, in diaconico vestes et libri et vasa ac ministeria ecclesiastica parentur, inde binae istae conchulae *paratoria* nuncupantur in ordine Romano: *calicem autem subdiaconus accipit sequens et dat acolytho, et ille revocat in paratorium*, nempe in *prothesim*, ubi calices et cetera vasa ad sacrificii usum reponebantur, quod ex sacris liturgiis abunde probari potest.

68. Alteram conchulam, quae ad sinistram seu ad meridiem altaris statuitur a Thessalonicensi, *paratorium* perinde vocat idem ordo Romanus: *reponitur liber in paratorio quodam sive in secretario.* conchulas enim maiori adiunctas *secretaria* appellasse Paulinum supra observatum est. proinde idem est *paratorium* quod *secretarium*. repositos autem fuisse libros ecclesiasticos in hac conchula docet idem Paulinus, dum illius usum sic describit:

si quem sancta tenet meditandi in lege voluntas,
hic poterit residens sacris intendere libris.

in ea enim conchula sacrae lectiones fiebant, sacrique libri finita liturgia publice praelegebantur. id, ni fallor, satis innuit ipse Paulinus: nam cum dixisset unam earum concharum immolanti hostias iubilationis antistiti parare, haec subdit: *altera post sacrificium capaci sinu receptat orantes.* ita enim legendum contenderim, cum edita nihil aut prave sonent, *altera post sacerdotem capaci sinu receptat ovantes:* peracto enim sacrificio eo secedebant sacerdotes et diaconi, et sacrorum librorum lectioni operam dabant. certe in ea conchula factas eiusmodi lectiones docet satis superque Codinus libro de Offic. c. 15 n. 4, dum ait imperatorem in aedem Sophianam secedere ibique magni Basilii precationes a patriarcha praelectas exaudire *πλησίον τοῦ διακονικοῦ*, hoc est iuxta conchulam, quae *διακονικὸν* vocabatur. nam haud procul exstitisse sedem imperatoris, cum sacrorum librorum lectionem auditu excipiebat, supra probavimus ex Silentiario. dia-

conicum igitur haec conchula appellata est, quod esset quodammodo appendix maioris diaconici seu secretarii, in quo et ecclesiasticae vestes et sacra, uti appellantur passim, ministeria asservabantur, ex quo quae ad sacram liturgiam peragendam necessaria erant promebantur et in hanc conchulam deferebantur, quae inde diaconicum appellata est. nam in vestes sacras induebant et sacerdos sacra facturus et diaconi illi ministraturi. unde cum sceuophylacii appellatione donaretur perinde maius diaconicum, inde etiam diaconicum minus seu conchula diaconici sceuophylacium interdum vocatur; adeo ut quae in liturgiis S. Marci et S. Iacobi *ἐν διακονικῷ* peragi preces, exacto sacrificio, dicuntur, eae in liturgia Chrysostomi *ἐν σκευοφυλακίῳ* fieri scribantur. metatorii denique appellationem habuit eadem conchula, quemadmodum maius diaconicum, ut infra probamus, ubi nominis rationem expendimus: nam diserte Euchologium p. 623 *διακονικὸν* et *μετατώριον* confundit; quo loco non est maior *sacristia*, uti velle videtur Goarus, sed conchula bematis ita appellata, ex qua patriarcha post cantatas tertiam et sextam odas ad altare procedit, *ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ.*
P 581 nec obstat quod ad dextram altaris diaconicum statuat, quod ad sinistram reponit Thessalonicensis, cum, ut ait idem Goarus, dextrum vel sinistrum latus pro respicientium ad ortum vel occasum mutatione scriptoribus dicatur; adeo ut ipse Goarus prothesim ad sinistram, diaconicum vero ad dextram statuat, contra quam Thessalonicensis. metatorium pariter ad dextrum latus vel aedis vel altaris ponit Cedrenus in Leone philosopho: neque enim omnino constat an de exedra diaconico ac metatorio dicta an vero de conchula iisdem nominibus locutus sit: locum damus infra n. 86. sed et non desunt qui totum bematis extra altaris vela atque adeo extra maiorem concham spatium diaconicum appellatum volunt, quod, cum intra vela seu *παραπετάσματα*, de quibus mox agemus, solis sacerdotibus consistere liceret, quae bematis pars inde *ἱερατεῖον* proprie dicta est, reliqua diaconis permissa esset, ut qui ad utramque conchulam, *prothesim* scilicet et *diaconicum*, pro officii ratione pergendi et in iis consistendi necesse haberent. nam Symeon Thessalonicensis libro de templo ait nulli licere in sacro synthrono sedere praeterquam sacerdotibus, ac ne ipsis quidem diaconis, quibus alius attributus est locus, *ὃς ἀκουλούθως ὠνόμασται διακονικόν, ἔνθα καὶ καθῆσθαι τούτοις οὐκ ἀκώλυτον*, diaconicum nempe, locus sic dictus, in quo considere eis licitum sit. huic quidem sententiae nescio an faveat Lexicon Gr. ms, quod exstat in bibl. Reg. cod. 2062, ubi *παραπέτασμα τὸ διακονικόν, τὸ παρακάλυμμα* esse dicitur: videtur enim *διακονικὸν* appellari velum altaris, quasi totum bematis spatium, quod extra vela altaris patet, diaconicum sit, et quia in eo et consistere et progredi pro functionis suae ratione, non

autem sacrarium ingredi illis liceret, quemadmodum subdiaconis eadem bematis spatia; cum subdiaconi et lectores in solea extra bematis cancellos consisterent, ut docet idem Thessalonicensis. atque inde colligitur quid statuat canon 21 synodi Laodicenae, dum ait non licere subdiaconis intra bematis cancellos consistere: *οὐ δεῖ ὑπηρέτας χώραν ἔχειν ἐν τῷ διακονικῷ:* id enim solis diaconis licebat. ita porro hunc canonem capiendum par est credere, etsi Balsamon et Zonaras diaconicum de munere diaconi interpretati sint. priori sane sententiae favet Isidorus Mercator, qui *διακονικὸν secretarium* vertit: *secretarium*, inquit, *quod Graeci diaconicum vocant;* quae totidem verbis habentur in concilio Agathensi can. 66. ita ut per *secretarium* conchulam intellexerit, quam Graeci *diaconicum* nuncupant, quae a diaconis in ea ministrantibus nomen sumpsit, uti observavimus. nam vix est simile vero diaconicum pro exedra extra aedem ita nuncupata sumi debere, cum et in ea quibusvis ecclesiae ministris consistere fas esset, et ex ea clerici omnes ad altare procederent. iam vero quod in concilio Arelatensi II sub Siricio PP can. 15 *diaconi sedere inter presbyteros in secretario* vetantur, id videtur intelligi aut de maiori diaconico, secretario vel vestiario, in quod sacerdotes vel antistites de rebus ecclesiasticis deliberaturi secedebant, et ut verbis utar Sulpicii Severi, cum *vel salutationibus vacantes vel audiendis negotiationibus occupati* in eo considebant; vel potius de minori diaconico, id est conchula, quam *διακονικὸν* vocant Graeci. in hoc enim diaconico quando sacerdotes sacra facturi in eo sacras vestes induunt aut alia quae ad sacram liturgiam spectant exsequuntur, cum iis, ob reverentiam quam sacerdotali characteri debent, sedere prohibentur.

69. Ad utrumque bematis latus quattuor praeterea exsurgunt aliae conchae, binae scilicet in utroque muri seu parietis latere, quas versus occidentem progredi ait Silentiarius. sustentatur autem illarum unaquaeque binis columnis porphyreticis P 582
Aegyptiis, quas Romanas vocant, et a muliere vidua, Marcia nomine, Roma ad Iustinianum transmissas scripsit Plutarchus eiusdem Iustiniani protosecretarius. ex quibus tandem docemur quae sint quattuor illae conchae aedis Sophianae, quarum meminit Codinus: *τῶν δὲ πινσῶν ὑψωθέντων, καὶ τῶν μεγάλων κιόνων σταθέντων, ἔμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τοὺς Ῥωμαίους κίονας στῆσαι· ἀλλ' οὐκ ἐποίουν, ἀλλ' ἔστησαν αὐτοὺς εἰς τέσσαρας κόγχας.* sed de quattuor istis conchis audiendus Silentiarius part. 1 v. 239:

δύο δ' ἐς κίονας ἄλλας
κόγχας ἀμφοτέρωθι προβάλλεται ἐς δύσιν ἕρπειν,
οἷάπερ ἐκτανύουσα περιγναμφθέντας ἀγοστούς,
λαὸν ὅπως πολύυμνον ἑοῖς ἀγκάσσεται οἴκοις.
καὶ τὰς μὲν χρυσέοισιν ἐλαφρίζουσι καρήνοις
στικτοὶ πορφυρέοισιν ἀποστίλβοντες ἀώτοις

κίονες, ἡμιτμῆγι περισταδὸν ἄντυγι κύκλου
ἄχθος ἀερτάζοντες ὑπέρβιον, οὓς ποτε Θήβης
Νειλαίης ἐλόχευσαν ἐϋκνήμιδες ἑρίπναι etc.

ad hoc igitur quattuor istae conchae confectae sunt, ut populum canentem, *λαὸν πολύυμνον*, exciperent, hoc est, ut interpretor, clericos et cantores, qui dum missarum peragebatur liturgia, sacerdoti in altari sacra facienti vel concinebant vel respondebant. in choro enim ac *ναῷ* ceterae preces ac, ut vocant, horae ecclesiasticae decantabantur. mox addit ut binis porphyreticis columnis sex aliae Thessalicae superponantur, qua gynaecei seu porticuum superiorum pars ultima assurgit, quae ita dispositae sunt ut ter binae iis incumbant, proindeque duae, quae in medio consistunt, vacuo in aëre stare ac nullo fundamento fulciri videantur. meminit rursum Silentiarius part. 2 v. 34 columnarum istarum porphyreticarum Aegyptiacarum.

70. Bema, seu sacram hanc et solis sacerdotibus addictam aedis partem, a nao vel choro separat tabulatum, columnis cancellis hyperthyris et imaginibus adornatum, ne quibuslibet ad eam aditus pateat, *διὰ τὸ μηδένα εἰσιέναι ἐν αὐτῷ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν*, inquit Germanus patriarcha CP. Theophanes Ceram. homil. 55 de aede S. Petri in palatio: *τὸ δὲ τῆς ἀῤῥήτου τελετῆς χωρίον, μαρμάρων θώραξ τοῖς ἱερεῦσιν περικλείει τὸν χῶρον, ἐφ' ὧν ἔστιν ἐπαναπαύεσθαί τε καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἑστάναι καὶ τέρπειν τῇ θέᾳ τὴν ὄψιν· κώλυμα δὲ τοῦτο τῶν, εἴ τις προπετὴς καὶ ἀνίερος εἴσω τῶν ἀδύτων ὑπερβῆναι φιλονεικεῖ.* tabulatum istud *ἱερὰς κιγκλίδας* seu sacros cancellos vocant Nicephorus Callistus, Ioannes Cantacuzenus et alii passim. Porphyrogenneta in Basilio c. 55: *καὶ αἱ τῶν ἐκτὸς διείργουσαι τὰ θυσιαστήρια κιγκλίδες καὶ τὰ ἐν αὐταῖς περίστυλα καὶ τὰ ἄνωθεν οἷον ὑπέρθυρα. κάγκελος τοῦ ἱερατείου* dicitur Cyrillo Scythopolitano in vita S. Euthymii; *κάγκελος τοῦ θυσιαστηρίου* in Synodo Chalcedon. act. 1 et apud auctorem vitae S. Sabae; *ἕρκος* apud Silentiarium, *δρύφακτα* seu *δρύφακτοι* apud Sozomenum 7 27. Gloss. Gr. ms Regium cod. 1673: *δρύφακτοι τὰ διαφράγματα ἢ τὰ περιτειχίσματα, τοῦτ' ἔστιν ξύλινοι κάγκελλοι.* alio loco *δρυφάκτους νεοκαγκέλους* seu aedis sacrae cancellos vocat. denique cancelli isti dicuntur *κιόνια ἤτοι στήθεα τὰ διορίζοντα τὸ βῆμα ἀπὸ τοῦ λοιποῦ ναοῦ* Germano patriarchae CP, qui praeterea observat eos ut plurimum fuisse aere fusiles; cuiusmodi fuere cancelli apud Leonem Ost. Chr. Casin. 3 33: *fecit itaque et cancellos fusiles ex aere ante altare, scilicet inter chorum et adytum statuendos.* cancellos lapideos habet c. seq., argenteos vero Anastasius in S. Silvestro et aliis locis, ut et Cyprianus in vita S. Caesarii Arelat. quales exstitere cancelli bematis in aede Sophiana, quorum ea fuit elegantia ut
P 583 non eboris aut marmoris vel aeris quicquam in iis esset, sed

tabulatum omne, seu quicquid bema a nao separat, totum argento obductum fuerit. Silentiarius part. 2 v. 265:

καὶ γὰρ ὅσον μεγάλοιο πρὸς ὄρθριον ἄντυγα νηοῦ
χῶρον ἀναιμάκτοισιν ἀπεκρίναντο θυηλαῖς,
οὐκ ἐλέφας, οὐ τμῆμα λίθων ἢ χαλκὸς ὁρίζει,
ἀλλ' ὅλον ἐθρίγκωσεν ὑπ' ἀργυρέοισι μετάλλοις.

ex quibus etiam percipitur cancellos bematis Sophiani exstitisse sub arcu orientali, qui hemisphaerium sustinet. ea autem bematis tabulata non unicis cancellis vel tabulis, quas *πλάκας* vocat Silentiarius, constabant, sed in iis duodecim praesertim columnae argento perinde vestitae assurgebant, quae ita dispositae erant ut binae simul cohaererent. idem Silentiarius part. 2 v. 269:

οὐδὲ μὲν οὐ μούνοις ἐπὶ τείχεσιν, ὁππόσα μύστην
ἄνδρα πολυγλώσσοιο διακρίνουσιν ὁμίλου,
γυμνὰς ἀργυρέας ἔβαλε πλάκας· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
κίονας ἀργυρέοισιν ὅλους ἐκάλυψε μετάλλοις
τηλεβόλοις σελάεσσιν λελαμπότας ἑξάσι δοιούς.

iis adiunctae erant variae tabellae orbiculares, in quibus opere sculptorio depictae erant imagines Christi, angelorum, prophetarum, apostolorum et deiparae. in medio vero, in tabula perinde tereti, depicta erant eodem opere sculptorio monogrammata Iustiniani et Theodorae, una cum crucis figura. Silentiarius v. 295:

ἐς δὲ μέσας ἱεροῦ πλάκας ἕρκεος, αἳ περὶ φῶτας
εὐιέρους τεύχουσι μεταίχμια, γράμμα χαράσσει
ἡ γλυφὶς ἓν πολύμυθον. ἀολλίζει γὰρ ἀνάσσης
οὔνομα καὶ βασιλῆος· ἴσον γε μὲν ὁμφαλοέσσῃ
ἀσπίδι μεσσατίοισι τύπον κοιλήνατο χώροις
σταυρὸν ἀπαγγέλλουσα.

de monogrammate dixi ad Annae Alexiadem.

71. A nao in bema aditus patebat per tres portas, quae in cancellis aperiebantur, mediam ingentem vel maiorem, alias minoris magnitudinis ad utrumque latus, et ut Paulini verbis utar Natali 10,

trinaque cancellis currentibus ostia pandunt.

idem Silentiarius v. 300:

διὰ τρισσῶν δὲ θυρέτρων
ἕρκος ὅλον μύστησιν ἀνοίγεται· ἐν γὰρ ἑκάστῃ
πλευρῇ θύρετρα διέτμαγεν ἐργοπόνος χείρ.

eiusmodi bematis portas *ἁγίας θύρας* scriptores Graeci passim vocant, *ἅγια θυρία* Pachymeres 4 25 et alii. refert auctor narrationis de rebus Armeniae, editus a Combefisio, ab Armenis, qui synodo Cpolitanae, quam quintam vocant, consenserant, harum alteram Armeniorum portam de eorum nomine nuncupatam fuisse: *τῷ ὀνόματι αὐτῶν ἐκάλεσαν ἁγίας πύλας τῆς ἁγίας Σοφίας, ἥτις μέχρι σήμερον καλεῖται τῶν Ἀρμενίων πύλη.*

72. Portae vero sanctae, cum cancellatae essent, velis ut plurimum obducebantur, ne quae peragebantur sacra in altaribus a quibusvis conspicerentur. dicuntur autem eiusmodi fores clatratae et cancellatae *καγκελοθυρίδες* Anonymo: vela vero *θεῖα παραπετάσματα* S. Dionysio in Epist. ad Demophilum, *ἀμφίθυρα* Chrysostomo Serm. 3 in epist. ad Ephesios, Theophylacto Simocattae 5 14, et Euagrio 6 20, quasi *ἄμφια θυρῶν*. Graeci po-
P 584 steriores *βηλόθυρα*, barbaro vocabulo, fores istas appellaverunt, quo utuntur scholiastes Aristophanis ad Ranas et Codinus de Offic. unde *βημόθυρον* effictum in Euchologio et apud Malaxum, etsi quasi *βήματος θυρίον* diota videatur posterior haec vox. at Guillelmus biblioth. in Stephano VI hanc vocem usurpare videtur pro quovis velo, etiam altaris: *fecit etiam in eadem basilica — belothera quattuor, ex quibus unum auro textum.* et infra: *contulit — velothera serica tria in circuitu altaris.* de velothyris sic Paulinus Nat. 6:

ast alii pretiosa ferunt donaria, meque
officii sumptu superent, qui pulchra tegendis
vela ferant foribus etc.

et Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolymitanum: *inveni ibi velum pendens in foribus ecclesiae.* denique in concilio Narbonensi a. 589 can. 13 *iuniores clerici* iubentur *senioribus vela ad ostia sublevare.* sed antequam ex bematis cancellis excedamus, observandum inde totam hanc aedis sacrae partem cancellis clausam vulgo apud nostros *cancellum* appellari, *le chancel.* Hugo Plagon in versione Gallica W. Tyrii ms: *li patriarche prit le califfre, et l'enmena el cuer et el chanciel, pour bien voir apertement le sacrement.*

73. Ex bemate per tabulati portas egredientibus primum occurrit *solea.* Symeon Thessalon. Dial. de Sacramentis: *γίνεται εἴσοδος εἰς τὸν σολέαν ἐκ τοῦ βήματος.* Euchologium in ordinatione diaconi: *ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος λαμβάνονται τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῇ σολέᾳ.* proxima enim sacris cancellis fuit solea, ut ex Cantacuzeno 1 41 colligitur, scribente imperatorem *διερχόμενον τὸν σολέαν εὑρίσκειν τὸν πατριάρχην εἰς τὰ ἅγια θυρία*, et Codino innuente soleam inter ambonem et bema exstitisse, dum ait imperatorem ex ambone descendere, non ex ea parte quae *ὡραίας πύλας*, sed ex altera quae *πρὸς τὸν σολέαν* et *τὸ ἅγιον βῆμα* respicit. unde evidens est soleam sacris cancellis proximam fuisse atque ipsi bemati, cum et solea et cancelli bema ipsum a nao dividerent. id enim videtur scribere Theodorus Studita: *οἵ τε θεῖοι κίονες καὶ οἱ σόλιοι καλούμενοι, ἃ τὸ σεβάσμιον διατειχίζουσι θυσιαστηρίου.* ita etiam Nicephorus patriarcha CP Antirrhetico 2 c. 45, ubi soleam cum cancellis iungit: *τί οὖν εἴποιεν περὶ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσι καὶ ταῖς καλουμέναις σωλίαις πρὸ*

τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἱδρυμένων; ubi soleas numero multitudinis efferunt scriptores isti, cum solea non aedi duntaxat Sophianae propria fuerit, sed aedes omnes sacrae suas soleas haberent. idque satis praeterea colligitur ex Leone Grammatico p. 450 et 451, ubi meminit solearum aedium Blachernensis et S. Mocii. at quae pars illa sit templi, ambigunt doctiores nec inter se consentiunt; prae ceteris vero doctissimam et luculentam ea de re dissertationem instituit Leo Allatius l. 1 συμμίκτων, ubi discussis scriptorum sententiis suam ipse stabilivit, dixitque soleam esse basim, fulcimenta ac partes inferiores tabulati cancellati, quae solidae fieri solent; ex quo, inquit, factum postea ut spatium illud quod ante ipsam soleam effundebatur, solea dici coeperit. cui quidem sententiae favere videtur lexicon Gr. ms in bibl. Reg. cod. 2062: κιγκλὶς τὸ τοῦ δικαστηρίου κάγκελον ἢ ἡ σωλέα, seu ut habet aliud lexicon, quod inscribitur Στέφανος λέξεων, cod. 1688, ἢ ἡ τοῦ ἱεροῦ σωλαῖα, ita ut unum videatur esse cancellus et solea. verum etsi certum sit soleam appellatum spatium illud quod cancellis bematis obversabatur, non ideo tamen a *solo* isto seu basi cancellorum nomen sumpsit, sed potius a *solo* vel pavimento editiori, quod hoc loco altius eminebat. unde recte Menardus ad librum Sacrament. Gregorii et Goarus ad Euchologium non uno loco soleam dixerunt esse pavimentum eminentius eccle- P 585
siae, quod est ante fores sacrarii, inter chorum et sacrarium, in quo est altare, cuiusmodi describi videtur a Leone Ostiens. 3 27: *sed illud praecipue quod secus altare est et in choro, gradibus illis quibus ad idem altare ascenditur, crustis pretiosorum marmorum decenti varietate distinxit.* id sane evincunt non modo simile pavimentum aliquanto editius, quod in nostratibus ecclesiis perinde his locis conspicitur, sed etiam voces Graecobarbarae, ὁ σολέας, σολεῖος, ἡ σολέα, ὁ σολέας et ἡ σωλία, quibus utuntur passim scriptores Byzantini, qui eas indubie hauserant vel a Latinis sequioris aevi vel ab Italis, quibuscum semper magnum habuere commercium. quippe apud Italos quicquid supra pavimentum tantisper eminet, *soglia*, ut apud Francos *seuil*, seu *solium* dicitur: unde primum portae gradum seu domus limen *le seuil de la porte* nuncupamus, primam nempe et inferiorem trabem, cui totum aedificium ligneum insistit, et quam transcendere tenetur qui domum vult ingredi; quae quidem trabs *seule* vocatur in consuetudine municipali Aurelianensi art. 238 et Nivernensi cap. 26 art. 8 et 11, *soulier* in eadem Nivernensi cap. 10 art. 10, ut Florentinis *sogliare; sol* in Remensi art. 377, *soline* in Ambianensi art. 198. sed et apud Graecos recentiores σωλείαν aedium quarumvis fuisse partem docet Lexicon Gr. ms mox laudatum: σολία, χώρα· σωλεία δὲ ἡ τοῦ οἴκου, nempe φλιὰ seu limen: est enim academicis Cruscanis *soglia pietra o scalone, dove posano gli stipiti del uscio.* itaque, si bene auguror, *solea*

idem erit ac *limen*, et *soleae* idem quod *limina;* qua ultima voce utuntur passim scriptores, dum de aedibus sacris loquuntur, aut de iis qui ad ipsas sacras aedes voti causa proficiscuntur. Paulinus Nat. 9:

verum utinam sanis agerent haec gaudia votis,
nec sua liminibus miscerent pocula sanctis.

et infra:

cede sacratis
liminibus serpens.

hinc familiaris loquendi formula, *ad limina sanctorum* proficisci, aut ea visitare, cum de iis qui ad eorum sepulcra seu memorias peregrinationes instituunt verba faciunt scriptores. nam cum sanctorum reliquiae ac corpora intra absidas vel bemata in Confessionibus, id est sub ipsis altaribus, recondita essent, fideles in liminibus seu in *soleis* bematis consistebant, ibique preces suas ac vota exsolvebant. Nicolaus I papa epist. 8: *tanta hominum milia protectioni atque intercessioni B. apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terrae properantium sese quotidie conterunt, et usque in finem vitae suae apud eius limina semet mansura proponunt.* ita passim apud Victorem III lib. 3 Dialog., Leon. Ostiens. 3 49, Petr. Diacon. Chr. Casin. 4 92, et alios; quibus in locis vox *limina* pro ipsa aede sacra sumitur, id est pars pro toto. quanquam non desunt qui *limina* pro ipsa prima aedis porticu atque adeo ipsis foribus intelligi debere contendunt, in quibus subsistebant peregrinantes, cum eo prosequerentur cultu ipsos martyres, ut et ipsam aedem iis sacram subire verererentur. Paulinus Nat. 6:

ille autem qui tanti muneris alto
causa fuit domino, mediis in liminibus stans,
flensque iterum, sed laetitia, modo debita Sancto
vota refert.

sed et interdum ipsos postes osculabantur: unde apud Chrysostomum Homil. 3 in epist. ad Corinthios πρόθυρα τοῦ ναοῦ φιλεῖν, Aratorem l. 2 Histor. sacrae et Paulinum Nat. 6 *oscula figere po-*
P 586 *stibus,* Prudentium Hymn. 2 et 11 *apostolorum et martyrum exosculari limina;* denique apud Gregorium Turonensem de Mirac. Sancti Martini 4 14. *limina S. Martini osculari.* Paulinus loco laudato:

sternitur ante fores, et postibus oscula figit,
et lacrimis rigat omne solum, pro limine sancto
fusus humi.

nam quemadmodum qui excommunicantur et ab ecclesiae ingressu arcentur, dicuntur *a liminibus ecclesiae separari* apud Leon. Ostiens. 3 43, Petr. Diac. lib. 4 32, 57, 88, 94, 109, et alios passim, ita peregrinantes humilitatis maiorisque venerationis gratia, ac Paenitentium instar, in ipsis liminibus subsiste-

bant, ut qui se ipsam aedem subire indignos censerent. utcunque se res habeat, illud etiam a vero haud procul est, ipsos peregrinantes vota sua exsolvisse in bematis liminibus seu soleis, quae *liminaria* dicuntur Anastasio in S. Hadriano papa p. 117: *pari modo et in ipsius apostoli confessionis liminari inferiori lib.* 25. *liminare* etiam eadem notione vocat Petrus Diaconus 4 93. quod idem Anastasius p. 152, 156, 173, 177 *vestibulum altaris* et *confessionis;* cuius quidem vestibuli ingressus meminit praeterea p. 133, 134, 140, 141, 173. sed quod Graecis *solea,* nostris *limen* et *liminare* dictum est, *rugam* videtur nuncupare ordo Romanus, enarrans ut pontifex finita sacra liturgia in secretarium redit, ubi haec subdit: *tunc septem cereostata praecedunt pontificem, et subdiaconus regionarius cum turibulo ad secretarium: — post eos baiuli, post eos cereostatarii, post quos acolythi qui rugam conservant, post eos extra presbyterium cruces portantes, deinde mansionarii iuniores; et intrat in secretarium.* neque alia significatione accipienda haec vox apud Anastasium bibl. in Vitis Pontificum, ubi passim occurrit, quicquid reclamet Caesar Bullingerus. in Stephano IV: *fecit et regulares argenteos super rugas, per quas ingrediuntur ad altare.* in S. Hadriano: *in eadem basilica ab introitu de rugas usque ad Confessionem vestivit de argento purissimo.* in Leone III: *necnon et altare maius sub absida construxit, cuius faciem atque confessionem seu rugas ad decorem ipsius altaris investivit ex argento mundissimo.* in Paschali: *sacram confessionem eius interius exteriusque cum rugulis suis nobilissime construxit.* et p. 150: *confessionem denique eius cum rugulis suis interius exteriusque vallantem pulcherrime compsit atque decoravit.* alibi vero non semel rugas istas in ingressu presbyterii, id est bematis, fuisse ostendit. in S. Paulo: *fecit autem et rugas in ecclesia B. Petri apostoli in presbyterio ingredientes, quas utraque parte dextra laevaque investivit argento purissimo.* alio loco: *fecit etiam imagines sex ex laminis argenteis investitas, ex quibus tres posuit super rugas quae sunt in introitu ecclesiae presbyterii.* rursum: *fecit simul et rugas argenteas in ingressu presbyterii pensantes* etc. cum igitur, ut habet ordo Romanus, acolythi *rugam* servarent, neque iis fas esset sacrarium ingredi, satis evincitur *rugam* extra sacrarium atque adeo ei proximam fuisse. *ruga* vero idem sonat quod nostris *rue* seu platea: sic enim usurpatur haec vox apud Willelmum Tyrium 12 25 et in bulla Alexandri papae a. 1165 in M. Pastorali Ecclesiae Parisiensis l. 19 charta 17: *usque ad locum qui vocatur Tudella, in ruga eiusdem S. Germani.* ita Papias pariter *rugam* videtur accipere: *rugae, romae, semitulae.* ubi legendum *rumae:* Graecam enim vocem expressit *ῥύμη.* Gloss. S. Benedicti: *ruga ῥύμη.* nam et hoc loco *ruga* forte accipitur pro platea: *ῥύμη* enim Graecis non modo rugam fron-

tis sonat, sed et plateam. Hesychius: *ἄμφοδα αἱ ῥύμαι, ἀγυιαί, δίοδοι.* Lexicon Graec. ms in bibliotheca Regia cod. 930: *ἄμφ-*
P 587 *οδος ῥήμη. ἄμφοδον δίοδον, ῥήμην.* quibus locis legendum *ῥύμη* et *ῥύμην.* sed et a *ῥύμη* vocem Gallicam *ruë* deducit H. Stephanus. recte autem *rugam, semitulam* vertit Papias, seu parvam semitam, cuiusmodi sunt sulci quos in fronte senum efficiunt rugae; unde indubie rugas appellarunt nostri quasvis plateas strictiores, quod rugarum quae in fronte senum contrahuntur formam referant. sed et observo partem illam templi *plateam* et *viam* appellari in charta a. 1337 in eodem M. Pastorali Ecclesiae Paris. p. 367: *item ordinamus et pronuntiamus, quod si in platea, infra gradus per quos ascenditur ad magnum altare, licet sit seu dicatur capitium, aliqui cerei in candelabris ponantur in parte inferiori super tumbis defunctorum* etc. infra: *de iurisdictione autem ecclesiae Parisiensis, — ordinamus quod a primo inferiori graduum, per quos ascenditur ad magnum altare, et circumcirca magnum et parvum altaria, intra tamen clausuram quae ibi est, et non extra, tota iurisdictio est et erit episcopi: in via autem iuxta ipsos gradus, per quam itur de uno ostio ferreo ad aliud ostium de transverso, erit praeventio inter episcopum et capitulum* etc. sed ut ad soleam revertar, pars illa templi vulgari ac recepto loquendi modo *βῆμα ἀναγνωστῶν* dicta est, id est, in qua consistebant lectores. cum enim in bema sacrum, ceteris ecclesiae partibus editius, solis sacerdotibus ac diaconis ministrantibus aditus pateret, subdiaconi ac lectores extra cancellos in solea perinde editiori stabant; unde eorum bema appellata est, ad instar bematis sacri, in quo consistebant sacerdotes. id adstruit Symeon Thessalonicensis: *ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος πρὸς τὸν σολέαν, ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν.* quanquam non desunt qui soleam lectorum bema esse appellatam censent, quod ea amboni quodammodo subiaceret, cui id appellationis tribuit diserte Sozomenus 9 2: *εἰκάζω αὐτὴν κεῖσθαι περὶ τὸν Ἄμβωνα, βῆμα δὲ τοῦτο τῶν ἀναγνωστῶν.* et l. 8 ait S. Chrysostomum orationem habuisse ad populum *ἐπὶ τοῦ βήματος τῶν ἀναγνωστῶν καθεζόμενον.* neque aliter Socrates l. 6, ubi scribit eundem ex ambone ut plurimum ad populum perorasse, *ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν.* in concilio Laodiceno can. 15 dicuntur canonici psaltae *ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαίνειν*, et in libro Sacramentorum S. Gregorii: *ascendit lector in ambonem, pronuntians* etc. ita denique S. Cyprianus ep. 34 lectorem ait *super pulpitum, id est super tribunal ecclesiae, impositum legisse praecepta et evangelium domini.* soleam Sophianam, ut et ambonem, ex onychite lapide, *ἐξ ὀνυχίτου λίθου*, confecisse Iustinianum tradunt, qui utrumque casu trullae confractum narrant, in quibus est Cedrenus. Anonymus multo pretiosiorem describit:

τόν τε ἄμβωνα μετὰ τῆς σολέας ἐποίησε μετὰ σαρδονύχων, ἐντιθέμενος καὶ πολυτίμους λίθους, σὺν κιόνων ὁλοχρύσων καὶ κρύων καὶ ἀσπίδων καὶ σαπφείρων. nec vetat solum seu pavimentum, quod pedibus teritur, onychite lapide constratum fuisse, cum onyx marmoris species sit, quod alabastritem etiam vocant, ex quo pretiosissima olim facta pavimenta auctor est Plinius 36 7 et 8. Gloss. Lat. ms in bibl. Reg. cod. 1013: *onychinum genus metalli. onyx genus marmoris.* Lucanus de aula Ptolemaei et Cleopatrae, in qua Iulius Caesar post pugnam Pharsalicam regio apparatu exceptus est, lib. 10:

totaque effusus in aula
calcabatur onyx.

et Martialis l. 12 epigr. 50:

calcatusque tuo sub pede lucet onyx.

sed et Paulus Silentiarius inter marmora varia lapidesque opulentos, quibus aedes Sophiana passim coruscabat, onychem recenset, part. 2 v. 223:

ὅσσα δ' ὄνυξ ἀνέηκε διαυγάζοντι μετάλλῳ
ὠχριόων ἐρίτιμα.

ut et Statius: P 588

hic Libyus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
saxa virent, hic flexus onyx et concolor alto
vena mari.

et alibi:

maeret onyx longe, queriturque exclusus ophites.

cum autem sacri cancelli ad extremas pilarum seu pinsorum partes, quae bemati ad orientem proximae erant, ipsum clauderent, spatium illud quod implebat latitudinem earum pilarum soleam, ut opinor, conficiebat, donec amboni coniungeretur, qui intra alteram pilarum extremitatem ad orientem perinde excitatus fuit. nam qua interiorem templi partem respiciunt, latiores sunt pilae.

74. Sophianum ambonem ad orientem et versus mediam aedis partem statuit Silentiarius in illius descriptione:

ἔστι τις εὐρυπόροιο κατ' ἔνδια μέσσα μελάθρου
ἄβρὸς ἰδεῖν καὶ μᾶλλον ἐς ἀντολίην τε νενευκὼς
πύργος, ἀκηρασίοισιν ἀπόκριτος ἤθεσι βίβλων.

ad orientem et e conspectu bematis statuitur pariter ambo a Germano patriarcha CP: *ὁ ἄμβων πρὸ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵσταται*, ut et a Symeone Thessalon. libro de templo: *ὁ μὲν πρὸ τοῦ βήματος ἄμβων* etc. alio loco: *τοῦ ἱερωτάτου βήματος κατὰ ἀνατολὰς ὁρισθέντος, καὶ τοῦ ἄμβωνος ἀντικρὺ τεθέντος, εἰ τόπος ἐστί.* ita autem excitatus erat ambo, ut pars una soleam et bema, altera *ναὸν* et portas *ὡραίας* spectaret, inter bema vero et ambonem solea intercederet: id diserte colligitur ex locis proxime laudatis, ubi de solea egimus. pars vero ambonis, quae bema

respicit, dextra nuncupari videtur Nicetae Paphlagoni in vita Ignatii patriarchae CP, quo loco narrat somnium Bardae Caesaris: *καὶ ὅτε πλησίον ἦμεν τοῦ ἄμβωνος, ὤφθησαν ὥσπερ κουβικουλάριοι δύο ἀπότομοι καὶ ἐμβριθεῖς, ὧν ὁ μὲν δέσμιον τὸν βασιλέα λαβὼν καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων ἐξωθεῖτο τῆς σολέας, κατακρίνων ὡς ὑπεύθυνον* etc. Cedrenus idem somnium enarrans: *οἵτινες ὁδηγοῦντες αὐτὸν ἄγουσι πρὸς τὰς κιγκλίδας τοῦ θυσιαστηρίου.* alteram autem ambonis partem, quae scilicet *ναὸν* et *πρόναον* seu narthecem spectabat, *ὀπίσθιον μέρος τοῦ ἄμβωνος* vocat Alexius Aristenus in can. 21 Ancyr. atque inde *ὀπισθάμβωνος εὐχὴ* appellata est a Graecis ea oratio quae peracta sacra liturgia ab sacerdote sacra faciente in ambone ad populum recitatur, *ἐκφωνουμένη παρὰ τοῦ ἱερέως ἔξω τοῦ βήματος*, ut est in liturgia S. Io. Chrysostomi; quae quidem oratio compendium quoddam est omnium orationum quae in sacrario dicuntur, et ab ipsomet sacerdote profertur, ut populus tandem intelligat quis earum precationum, quae in adytis hactenus factae sunt, scopus fuerit et finis, ut disertis verbis indicat Germanus patriarcha CP; cuiusmodi ferme fuit *oratio ad complendum*, seu missae *collecta* ultima, de qua passim qui de ritibus ecclesiae scripserunt. hanc igitur orationem recitaturus sacerdos bemate egreditur, ambonemque conscendit ab orientali aditu, et ad populum convertitur ad occidentem, quae pars est ambonis postica et sinistra, respectu bematis. unde cum Balsamon in can. 12 concilii Nicaeni I transfugas a fide ait debere *τρία μὲν ἔτι ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων*, haec ita capienda sunt, ut ij intra ecclesiae seu templi septa esse intelligantur, quemadmodum catechumeni: quippe sicut ii ante lectum evangelium aedem sacram subeunt sacrasque lectiones et homilias auditu excipiunt, ita isti *ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος περὶ τὰ κατώτερα δὴ τοῦ ναοῦ* consistunt, ut ait Symeon Thessalonicensis, id est, qua parte ambo bemati posticus et si-
P 589 nister conspicitur, cum ceteris fidelibus, in statione tamen sibi ad inferiorem aedis partem assignata, et quae nartheci coniungitur, in ecclesia stant, finitaque catechumenorum missa cum iis excedunt, et in nartheces seu porticus sese recipiunt. atque hic est genuinus verborum Balsamonis sensus, quae doctissimos viros frustra sollicitarunt.

75. Ad ambonis superiora conscendenda duplex patuit aditus seu gradus vel scala aut cochlea, ab oriente scilicet et occidente, ut in ceteris ambonibus. Ugutio Pisanus ms: *ambo pulpitum, ubi ex ambabus partibus sunt gradus;* qui quidem gradus seu aditus *gradus ascensionis et descensionis* dicuntur Anastasio bibl. in S. Silvestro PP p. 17. Paulus Silentiarius:

ὀρθάδιος βάθροις, διδυμάονος ἄμβατος οἴμοις,
ὧν μία μὲν ποτὶ νύκτα τιταίνεται, ἡ δὲ πρὸς ἠώ.

duplicis istius ascensus meminit etiam Cantacuzenus 1 41 et ex eo Codinus de Offic. c. 17, quorum alterum statuit respicientem portas ὡραίας, alterum σολέαν et bema: *κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος, οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μέντοι οὗπερ ἀνῆλθε, ἤγουν τοῦ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν καὶ τὸ ἅγιον βῆμα.* ascensus ad orientem meminit Leo Grammaticus p. 466: *εἰσῆλθεν μέχρι τῶν ἁγιῶν θυρῶν, καὶ ἀντιστραφεὶς ἀνέβη τρεῖς βαθμοὺς τοῦ ἄμβωνος ἑστεμμένος.* ex quibus conficitur praeterea ambonem exstitisse inter *ὡραίας πύλας*, per quas a nao seu choro in pronaum et narthecem exitus patebat, et soleam, quae extra bema erat, uti indicavimus; quibus consentiunt scriptores de aede Sophiana, dum aiunt Iustinianum confecto templo illud ingressum, et a Regiis portis seu *βασιλικαῖς*, quae eaedem sunt cum Speciosis, ad ambonem processisse, et in haec verba exclamasse, *νενίκηκά σε Σολομών.* ita porro confecti erant bini isti ascensus, ut sibi invicem adversi in unum coirent, et locum teretem seu circulum efficerent. Silentiarius:

εἰσὶ γὰρ ἀλλήλοισιν ἐναντίαι, ἀμφότεραι δὲ
εἰς ἕνα χῶρον ἄγουσιν ἴσον περιήγειϊ κύκλῳ.

unde colligi videtur ambonem media in aede exstitisse, neque, ut hodie maiora ecclesiarum pulpita, utramque pilam attigisse. atque id evincit vox *πύργος*, quo ambo donatur a Silentiario, quae cum minime pulpitis hodiernis conveniat, videtur ille potius habuisse quid simile cum iis cathedris excelsioribus, ex quibus concionatores orationem habent ad populum, quae in quibusdam ecclesiis hac etiam in parte statuuntur. proinde exstitit ambo ante portam sacram maiorem, etsi ab ea aliquanto longius distaret, quod disertis verbis declarat Germanus patriarcha CP, scribens *τὸν ἄμβωνα πρὸ τῆς θύρας τοῦ βήματος ἵστασθαι.* tanta porro elegantia ac tam immenso sumptu ambonem primo excitarat Iustinianus, ut totum una cum solea ex onychite lapide confecerit, ut ex Cedreno indicavimus. addunt scriptores de aede Sophiana saphiris crystallo et lapillis aliis pretiosioribus, atque adeo columnis aureis, ambonem adornasse, et in utroque, ambone scilicet et solea, ad milies centenas libras impendisse eius tributi quod olim Constantinus M. Sarbaro Persarum regi indixerat: ita nugantur nuperi Graeci. at cum ambo iste, quem *πολύολβον* et *πολυθαύμαστον* fuisse scribunt Glycas et Codinus, casu hemisphaerii, qui a. 32 Iustiniani accidit, una cum solea contritus fuisset, alium rursum excitavit Iustinianus, sed elegantia ac decore longe priori imparem, si qua fides iisdem scriptoribus: *τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σολέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν οὐδαμινὸν διὰ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρενδύτων μετὰ περιφερῶν ἀργυρῶν, μετὰ τῆς σολέας· τροῦλον δὲ τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἠθέλησε ποιῆσαι,* P 590

ὡς εἶπον, διὰ τὴν πολλὴν ἔξοδον. ut sese res habeat, constat ex Silentiario ambonem excitatum post casum trullae totum ex marmore confectum fuisse:

πᾶν δὲ τὸ καλλιθέμειλον ἕδος πετραῖον ἐκεῖνο,
ἔνθα σοφῶν ἀνάγουσι θεηγόρα δίνεα βίβλων.

addit denique Codinus amboni superimpositam fuisse crucem, quae centum librarum auri fuit.

76. Bemati et amboni proximum fuisse locum ubi exstitit puteus sacer, evincunt quae de eo scribit Anonymus, aedis scilicet Sophianae partem illam in qua erant ἅγιον φρέαρ καὶ τὸ θυσιαστήριον ὅλον καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος, domum fuisse cuiusdam Antiochi eunuchi. appellationis rationem mox prodit, dictumque ἀπὸ τοῦ στομιδίου τοῦ φρέατος, cui insidens Christus cum Samaritana collocutus est, quod a Samaria advectum hoc loco positum est: τούτου γὰρ χάριν ἐκλήθη ἅγιον φρέαρ. auctor narrationis miraculi ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας editi, quem Combefisio viro eruditissimo, ut plurima alia, debemus, ad portam templi orientalem puteum istum sacrum exstitisse innuit: ἐν τούτῳ δὴ τῷ σεπτῷ, φημί, καὶ περιωνύμῳ ναῷ εἰκών τις ἐκ χρωμάτων Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπί τινος πίνακος ἀναγεγραμμένη κατὰ τὴν ἑῴαν πύλην, ἐν ᾗ ἡ ἁγία ἐπιστομὶς τοῦ φρέατος ἐκείνου τῆς Σαμαρείτιδος, καθ' ἣν ἡ ἀληθινὴ πηγή, ὁ τῆς γνώσεως ποταμός, ἡ μηκέτι διψεῖν εἰποῦσα πόσις, Χριστὸς οἰκονομικῶς τῇ Σαμαρείτιδι καθωμίλησεν. ἐπὶ τούτῳ ἡ τῆς σεπτῆς εἰκόνος ἀνακειμένη ἐτιμᾶτο γραφή, προσκυνουμένη καὶ σεβομένη πιστῶς. sacri istius putei meminit praeterea Nicetas Paphlago in vita Ignatii patriarchae p. 712 ed. Concil. 1618, ut et βήλου κρεμαμένου εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ Constantinus Porphyrogenneta. addit idem Anonymus Hierichunte allatas tubas aereas ad sanctum puteum positas, et ad earum similitudinem quas tum angeli tenebant, cum Hierichuntis muri corruere, effictas. refert denique Codinus (quod silet Anonymus) sellam S. Constantini (imperatoris nempe) stetisse ὕπερθεν τοῦ φρέατος ἁγίου, ἐπάνω τῶν σαλπίγγων.

77. A bemate in secundam et mediam templi partem novis cancellis obstructam pervenimus, quam Graeci ναόν peculiari ac proprio vocabulo vocant, in qua non fideles omnes, uti vult Allatius, sed soli clerici ac cantores consistebant. cum vero pars illa templi in teretem vel certe ovalem formam contraheretur, inde χορόν eam interdum appellarunt Graeci, *chorum* Latini. Ebrardus Bethuniensis in Graecismo:

est hic turba chorus; qui ventat in aëre, chorus;
cancelus est chorus etc.

ubi tamen chorum perperam cum cancello confundit, quia forte apud Latinos inferioris aetatis pars illa templi, in qua exstant altare et chorus, iisdem septa cancellis, chorus vulgo dicitur.

sic autem eam aedis partem nuncupatam vult Isidorus de Eccl. Offic. 1 3: *a choris psallentium:* est enim Suidae χορὸς σύστημα τῶν ἐν ἐκκλησίαις ᾀδόντων. inde nostris chorus dicitur *pars illa quae a cancellis versus altare dividitur, et choris tantum psallentium clericorum patet,* ut ait concilium Turon. II can. 4. eam porro aedis Sophianae partem intra pilas et columnas comprehensam forma esse ovata, supra ex Gyllio observavimus. *pars enim aedis interior,* inquit ille, *et media illa ingens vacua, si sola consideretur comprehensa intra pilas et columnas, est forma ovata, si vero tota tam intra quam extra pilas perspiciatur, est quadrata. ita enim ex utroque latere velut alae appensae sunt tres aulae inferiores et totidem superiores, ut ab imo pavimento procedat quadrata, deinde intra octo pilas in ovatam formam contrahatur, usque ad curvaturam quattuor arcuum sustinentium hemisphaerium.* sedebant autem clerici et cantores ab utraque P 591
parte ἐν στασιδίοις, ut est in Euchologio.

78. Ναόν et chorum Sophianum conficiebat totum illud spatium, quod intra quattuor pilas maiores continetur, cuius umbilicus, cui nempe centrum copulae seu trullae ad perpendiculum imminet, videtur appellari ὀμφαλός seu τὸ μέσον τοῦ ναοῦ apud Marcum de Dubiis typicis c. 96, μεσόμφαλος Gregorio Caesariensi orat. in Nicaenos patres, et μεσόναος apud Balsamonem in 74 can. Trullan.

79. Per alios vero cancellos dividebatur pars illa templi sacerdotibus clericis et cantoribus addicta ab ea in qua fideles consistebant, inferiore nempe, et quae ad narthecem vergit. Leo Ost. 3 27: *frontem etiam chori, quem in medio fere basilicae statuit, quattuor magnis marmorum tabulis sepsit.* ubi vero pars illa media aedis Sophianae ab inferiore separabatur, ut in bematis cancellis, ita in ea exsurgebant columnae marmoreae. tradit quippe Gyllius inter pilas duas, quibus sustinetur quarta pars sphaerae occidentalis, quattuor exstare columnas virides, easdemque binas inter se coniunctas, et sex columellas virides Ionicas, quae inter eas intercedunt.

80. Ut porro cancelli bematis tribus aperiebantur portis, ita cancelli ναοῦ, media scilicet maiori et duabus minoribus ad latera. media ὡραία πύλη dicitur Codino de Off. c. 17 et 18 (nos diceremus *la belle porte*), βασιλική in Typico et Euchologio non semel et apud Codinum et Anonymum; praeterea apud Leonem Grammat. p. 460 et Marcum Hieromonachum de Dubiis typ. c. 96, qui βασιλικὰς πύλας a sanctis, quae bematis erant, omnino distinguunt. *regias* vocant Latini aevi medii portas aedificiorum primarias, ut Regula Magistri c. 30, 83, 95 et Chronicon Novalicense c. 14. versus in Vita S. Theodardi confessoris apud Catellum:

composuitque solum devotus carmine claro,
erexit regias undique mirificas.

ita apud Anastasium in Honorio PP: *investivit regias ianuas in ingressu ecclesiae maiores, quae appellantur medianae, ex argento.* in Conone: *qui missi fuerant de exercitu ad custodiendas regias basilicae, clausas observabant.* in Leone III *regiae maiores* p. 131, 133, 134, 143.

81. Tandem pervenimus ad tertiam eamque ultimam sacrae aedis partem, in qua πολύγλωσσος ὅμιλος, ut loquitur Silentiarius, seu fidelium turba ex variis gentibus linguisque conflata consistebat. de illius propria appellatione vix inter se consentiunt scriptores: Allatius enim narthecis nomine donari contendit, cuius hac in re sententiam supra accurato satis examine discussimus. alii πρόναον appellatam volunt, ut quae ante ναόν seu chorum ingredientibus occurrat; atque id videtur innuere Codinus de Off. c. 17: ἐκτὸς τῶν ὡραίων λεγομένων πυλῶν, ἤτοι ἐν προνάῳ. nam etsi Goarus haec verba de vestibulo vel narthece capienda censeat, longe tamen errant, inquit idem Allatius, Goarum indicans, qui pronaos porticus esse volunt. nec obstat Balsamon in can. 74 Synod. Trullanae ubi ait πάντα τόπον τῷ κυρίῳ ἀνατεθειμένον κυριακὸν λέγεσθαι, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστίν, ἀλλὰ πρόναος τυχὸν ἢ ἕτερόν τι ἱερόν, quippe, ut infert idem Allatius, ecclesiae vocabulo ναός proprie intelligitur. eodemque sensu percipiendum esse censet alium Balsamonis locum ad can. 2 Dionysii Alexandr., in quo πρόναον a proaulio distinguit, esseque scribit τόπον δευτέρας μετανοίας, τὸν τῶν ἀκροωμένων λεγόμενον. neque tamen plana illa fit ex iis locis Allatii
P 592 sententia: quippe cum ex eodem scriptore ad can. 14 concilii Nicaeni, et in Epist. Gregorii Nysseni ad Letoium, ἔξωθεν τοῦ ναοῦ stetisse audientes dicantur, ubi alii ἔξω τῆς ἐκκλησίας habent, in nao vero seu choro solos clericos et extra naum fideles constitisse diserte Silentiarius prodat, non plane video quomodo ναός sit illa pars tertia aedis sacrae. deinde Balsamon ait προνάους eorum fuisse quibus non licebat ἐκκλησιάζειν seu ecclesiam ingredi, ut audientibus; quod intelligendum est de tempore quo sacra peragebantur mysteria: nam ante evangelium ecclesiam ingrediebantur ad sacras scripturas et homilias audiendas; unde ἀκροώμενοι dicti: post evangelium autem ex ea excedebant et in narthece consistebant, dum sacra conficiebantur mysteria, τῶν φρικτῶν ἐκτελουμένων μυστηρίων, ut habet Symeon Thessal. libro contra haereses. proinde incertum relinquitur an apud Nicetam in Man. l. 2 εἴσοδος τοῦ προνάου sit ipse aedis sacrae an vero vestibuli ingressus. quod enim Balsamon προνάους a proauliis distinguit, fieri potest ut προαυλίων voce intellexerit areas, quae ante aedes sacras prostant: certe constat olim προνάους eiusmodi atria appellata; qua notione pronaon matris deum

et pronaon aedis Martis habemus apud Gruter. 27 2, 172 3, 214 1. ita etiam vox haec usurpatur a Vitruvio 4 4 et a Perdicca Ephesio de Thematibus Hierosol.

καὶ δένδρον εὐσκιόφυλλον ἑστὼς ἐν τῷ προνάῳ.

at qui *πρόναον* tertiam esse templi partem contendunt, in quibus est Genebrardus, existimant inde Gallicam vocem *prone* deducendam, eam scilicet orationem quam ex officii instituto habet curio ad plebem in ista inferiore aedis parte et extra chorum, inter missae solennia, quae *pronum* dicitur in conciliis Provinc. Senonensi a. 1524, Carnotensi 1526, Catalaunensi 1557 etc, *prone* in Consuet. Parisiensi art. 30, Blesensi art. 3 et Dunensi art. 58, ita ut quodammodo hac oratione seu allocutione ad populum curio fungi dicatur officio *doctoris audientium*, uti est apud S. Cyprianum Epist. 24 de lectore agentem. scio Salmasium libro de Primatu papae vocem hanc a Latino *praeconium*, deducere, quod eo in loco praeconis verbi dei munus impleat curio: sed vix in hanc sententiam pedibus ierim.

82. Confecta aedis Sophianae ex Silentiario aliisque auctoribus descriptione, superest ut de praecipuis illius exedris (sic enim sacrarum aedium appendices appellari auctor est Eusebius Hist. Eccl. 10 4) aliquid dicamus. harum duae potissimum celebriores habitae sunt, ut ceteras omittam, si quae exstitere, baptisterium et diaconicum. a baptisterio ordiemur, quo nomine appellant Christiani locum baptismi officio dicatum. illud ferme seorsim a templis exstrui solitum docet Eusebius loco proxime citato, ceterique, quos passim laudant Brissonius ad Leg. *Dominico*, cod. Theod. de spectaculis, Steph. Durantus de Ritib. Eccl. 1 19, Brouverus ad Fortunat. l. 1 poëm. 15, Iosephus Vicecomes et alii. neque tantum extra aedem sacram exstitit baptisterium, sed etiam versus infimam illius partem, seu haud longe a porticibus occidentalibus vel narthece, quo statui videtur loco baptisterium Sophianum a Codino scribente *τὸ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ τὸν λουτῆρα καὶ τοὺς νάρθηκας καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν* fuisse domum Damiani patricii, sive hoc loco narthex dicatur pars inferior templi, seu porticus vestibuli. Paulus Silentiarius part. 1 v. 148 illud fuisse indicat versus porticus inferiores quae intra aedem sunt, quo ferme loco hinc inde validioribus columnis marmoreis catechumena suffulciuntur.

ἐφεδρήσσουσι δὲ γαίῃ P 593
ἀντίοι ἀλλήλοισι δύω δυσίν· ὧν κατὰ κόρσης
τετραπόροις σειρῇσιν ἐπειλιχθεῖσα κεραίη
νῶτον ὑπεστήριξε γυναικείοισιν ἐδέθλοις,
λαὸν ἀπιθύνουσα πρὸς ἀκράαντα λόετρα
ἀνδρομέου βιότοιο καθάρσια etc.

porro tanta amplitudine fuit baptisterium Sophianum, ut in iis acta concilia legamus in synodo Chalced. Act. 1 et apud Cedre-

num in Rhinotmeto et Paulum Diac. l. 4 Hist. Misc. plebem Cpolitanam tumultuantem eo se recepisse. unde non mirum, si *μέγα φωτιστήριον* dicatur apud auctorem Chronici Alexandrini in Basilisco, et *μέγας φωτιστήρ* apud eundem Cedrenum in Leone Isauro.

83. In baptisterio erat fons seu aquarum receptaculum, Graecis *κολυμβήθρα*, interdum *δεξαμενή* nuncupatum, in quod immittebantur baptizandi. qui quidem fons tantae erat apud Cpolitanos venerationis, ut qui ad aedem Sophianam asyli ius habentem, ut omnes ferme aedes sacrae, confugiebant, ad baptisterium inde contenderent, sacrosque istos fontes prehensarent. Procopius in Hist. arcana: *ὅπερ ἵνα μὴ γένηται δείσασαι, ἐς τὸ τῆς Σοφίας ἱερὸν φεύγουσιν, ἔς τε τὸν θεῖον λουτρῶνα ἐλθοῦσαι τῆς ἐντανῦθα κολυμβήθρας ἅπριξ εἴχοντο.* alio loco: *ἐς τῆς Σοφίας τὸ ἱερὸν ἥκων ἐς αὐτήν που τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπιναίως ἐκάθισεν, ἥνπερ μάλιστα πάντων νενομίκασιν Χριστιανοὶ σέβειν*, ubi imperite omnino Suidas, qui locum hunc exscripsit, *δεξαμενὴν τράπεζαν τὰ θεῖα δεχομένην* interpretatus est, cum nihil aliud sit quam fons baptisterii, qui ab eodem Procopio et Theophane a. 2 Theodosii iunioris et a. 7 Zenonis *κολυμβήθρα*, ab aliis *ὑπονόμος*, a Gregorio M. *cloaca*, ab Anastasio in Hist. Eccl. *natatorium* vocitatur. *κολυμβήθραν* dixit etiam Theodorus Lector Eccl. 1: *καὶ τοῦτον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ σφαγῆναι παρεσκεύασεν*; ut et Cedrenus in Leone de Copronymo: *καὶ γὰρ ἀφόδευσεν ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ*, ubi Paulus Diaconus l. 21 Hist. Misc. habet *in sancto lavacro*. in hos autem sacros fontes ex aquaeductibus influebant perennes aquae, ut colligitur ex Anastasio de Vitis PP p. 117, 134, 163, et ex tractatu de capite S. Ioannis B. qui habetur in aliquot codicibus S. Cypriani. baptisterium Sophianum praeterea ius habuisse asyli, perinde ac ipsam aedem, testatur Chronicon Alexandrinum p. 752: *λαβὼν Βασιλίσκος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα ἔφυγεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, εἰς τὸ μέγα φωτιστήριον.*

84. Altera quae ecclesiae Sophianae adiuncta fuit exedra, *διακονικόν* appellata est. est autem diaconicum Graecis scriptoribus, quod alii ecclesiae secretarium vocant, nos vulgo *sacristiam* dicimus. quae quidem vox occurrit non semel apud scriptores, non modo pro exedra ita appellata, sed et interdum pro conchula bematis, in qua reponebantur vestes sacerdotales ad sacram liturgiam necessariae, de qua egimus supra, ut apud Philostorgium 7 3, Cyrillum in vita Euthymii c. 18 et 19, auctorem Vitae S. Auxentii Archimandritae c. 1 n. 3, in Euchologio, Typico Sabae, Passione SS. Patrum Sabaitarum etc. videtur autem ita appellatum aut quod diaconorum primitus fuerit in ea sedes et consessus, vel potius quod haec exedra eorum curae potissimum commissa fuerit. in ea enim non modo quae ad ec-

clesiae vasa et sacerdotales vestes spectant, priusquam sacra perageretur liturgia seu divinum ac ecclesiasticum officium, munia obibant Diaconi, sed et considebant pro muneris sui ratione. an vero diaconicum ecclesiae idem fuerit cum eo carcere qui perinde diaconici nomen habuit, video controverti, etsi probabile sit eandem exedram fuisse. nam cum nefas ducerent prisci ec- P 594
clesiae pontifices reos clericos una cum reis secularibus eodem carcere detineri, seu quod suam in eos auctoritatem et iurisdictionem servare ac tueri, vel, quod vero similius est, cum clericis suis mitius agere vellent quam solent ordinarii iudices, illos in ecclesiarum secretariis sceuophylaciis aut catechumeniis detinebant, quousque per paenitentiam iis impositam, quam *ἐπιτίμιον* vocant, peractamque sua expiassent delicta ac crimina. ita Gregorius II PP in epist. 2 ad Leonem Isaurum in VII Synodo: *pontifices, ubi quis peccarit, — eum tanquam in carcerem, in secretaria sacrorumque vasorum aeraria coniiciunt, in ecclesiae diaconia et in catechumena ablegant.* hinc non semel legimus in Diaconica vice carceris coniectos clericos delinquentes: eo enim spectat lex 30 cod. Theod. de Haeret.: *cuncti haeretici procul dubio noverint omnia sibi loca huius urbis adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur, sive quae diaconica appellantur vel etiam decanica.* quo loco censet Cuiacius *diaconicum* idem esse quod *decanicum*, carcerem nempe ecclesiasticum, in quo detinebantur rei clerici; qua notione accipitur decanicum apud Iulianum Antecessorem Constit. 73: *executor autem litium constitutus in decanicis ecclesiarum recludatur, competentes poenas luiturus;* quae totidem verbis exstant lib. 5 Capit. Caroli M. c. 225. ubi Novella Iustiniani 97 habet *ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς.* decanici praeterea, vel potius *δικανικοῦ*, occurrit mentio in supplicatione Basilii diaconi in Concilio Ephesino part. 1: *κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δεκανῶν ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δικανικῷ, κἀκεῖ γυμνοὺς ἡμᾶς δεσμίους ὡς καὶ ὑπευθύνους τῇ τιμωρίᾳ ἐστύλισαν, ἐκρεβάτισαν καὶ ἐπτέρνισαν.* et infra: *θλιβώμενοι ἐν τῷ δικανικῷ λιμώττοντες*, ubi interpres *δικανικόν tribunal ecclesiasticum* vertit, sed perperam, ut opinor: nam etsi re vera postmodum hac appellatione donari potuerit, hoc tamen loco *δικανικοῦ* vocabulo diserte carcer intelligitur, si non ecclesiasticus, certe is qui decanorum, id est lictorum, curae commissus erat. nisi quis malit decanicum in hac Epistola accipi debere pro loco in quo stationem suam habebant decani seu *ῥαβδοῦχοι*, uti appellantur a Cedreno p. 170; de quibus passim agunt scriptores. at si decanicum idem fuit cum diaconico, probabile est decanicum et dicanicum corrupte postmodum dictum quod diaconicum appellari debuerat. nec scio an etiam dicanicum a voce *δίκη* nuncupatum sibi persuaserint posteriores Graeci, quod in diaconicis iudicia sua exercerent pontifices, quod indi-

cant Gesta de nomine Acacii, hisce verbis: *dicens Petrum olim in diaconio esse damnatum, nunc etiam Christiana societate semotum:* nam *diaconium* et *diaconicum* idem esse satis declarant supra allata Gregorii II verba.

85. Cum igitur diaconica non modo carceris vicem interdum praestarent sed etiam tribunalis ecclesiastici, inde factum opinor ut istae exedrae *secretaria* appellarentur: nam proprie sunt *iudicum secretaria,* uti est in concilio Milevitano II can. 16. *magnum secretum iudicis, unde secretarium nominatur,* ait S. Augustinus in c. 34 Ezechiel. c. 3. idque ex eo fluxisse arbitror, quod in diaconicis synodi et concilia persaepe cogerentur, atque iis in consessibus clericorum causae examinarentur; unde postea pontificum, qui synodis intererant, sessiones *secretaria* passim legimus dictas, apud Anastasium in S. Agatho p. 54 et 55, in Synodo Lateran. sub Martino PP. a. 649, in concilio Rom. a. 745 sub Zacharia PP. Act. 1 et 2, Caesaraugustano sub Damaso PP, Carthaginensi III et IV et V, Milevitano II, Carthaginensi VI, Africanis cap. 1 et 52, Arelat. III, Hierosolymitano sub Agapeto PP, Hispalensi II c. 1 etc.

86. Neque unicum diaconico Sophiano nomen fuit: nam
P 595 et μιτατώριον dicebatur, si quidem μεσατώριον idem est quod μιτατώριον, quod quidem opinantur viri docti. id colligitur ex his Euchologii verbis: μετὰ τὸ ψάλλειν τὴν τριτέκτην κατέρχεται ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐν τῷ μεσατωρίῳ ἤγουν τῷ διακονικῷ, καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἐκ τοῦ μέρους δεξιοῦ. quemadmodum igitur *mesatorium* ad dextram statuit Euchologium (aedisne an vero altaris, incertum), ita *mitatorium* Cedrenus in Leone philosopho, ita ut unum idemque esse par sit credere, proindeque mendum subesse in Euchologio. sic autem Cedrenus: διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχης εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν βασιλέα, ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον. et infra: ὅπερ γράψαντες καὶ σφραγίσαντες ἐν τῷ μιτατωρίῳ ἔρριψαν, τοῦ δὲ βασιλέως δημοσίαν πρόοδον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ποιησαμένου, κἀν τῷ μιτατωρίῳ εἰσελθόντος, καὶ ἐν ᾧ ηὔχετο τόπῳ. meminit praeterea μιτατωρίου Theodorus Lector Ecl. 2, Lexicon. Gr. ms bibliothecae Regiae sign. 2062, et Codinus, qui illud excitatum refert a Iustiniano, ἵνα, inquit, ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, καὶ πολλάκις ἐστίει. quae quidem ultima verba Goarum impulere ut in notis ad Cedrenum et Euchologium scripserit μετατώριον dictum quasi μινσατώριον, fuisseque cubiculum ad latus altaris, in quo fessis a labore cantoribus mensa frugalis, panis scilicet et vini, apponebatur, proindeque locum fuisse mensis instruendis idoneum; a qua sententia haud omnino abhorret Allatius. verum cum diaconicum seu secretarium Sophianum amplum fuerit triclinium, neque unico duntaxat sed variis

constiterit cubiculis, multo probabilius videtur hancce inde sortitum appellationem, quod revera *domus* esset *ecclesiae,* hoc est aeditui et *νεωκόρου*, in qua etiam imperator, si luberet, antequam sacra peragerentur officia, vel iis finitis et exactis, moraretur. nam ut *metatum* Latini scriptores aedem et domicilium vocarunt, ut constat ex Gregorio Turon. Hist. 5 7, 5 19 et 40, 7 6 et 24, 8 2 et 44, 9 6, 10 2 et 15, de Mirac. 1 44, 2 21 et 24, de Miracul. S. Mart. 2 11, 4 21. ut ceteros praeteream alio a me, si deus faverit, recensendos loco, et *metari* dixerunt pro *divertere,* ut Paulinus Nat. 9 et 10, ita *μιτάτον* eadem significatione usurpant Graeci recentiores, ut habetur in Glossis Basil. S. Athanasius, sive quisquis est auctor narrationis de imagine Berytensi: *ἐπεξῆτησε μιτάτον μεῖζον ὁ Χριστιανὸς ὡς χρήζειν.* alios ad id firmandum laudat scriptores Meursius. ob hanc igitur causam triclinium istud excitasse itaque appellasse Iustinianum ait Anonymus, ut in eo quiesceret: *ἐκάλεσε δὲ — καὶ μιτατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνήγειρε, κοιτῶνα ὡραῖον διάχρυσον, ἵνα εἰσπορευομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἐκεῖσε καθεύδῃ.* ubi *καθεύδειν* est non tam *somno recreari* quam *quiescere* ac *morari.* eiusmodi autem fuit et in eum finem exstructa exedra ecclesiae adiuncta, cuius meminit Anastasius in Gregorio IV: *fecit etiam iuxta acoliti pro quiete pontificis, ubi post orationes matutinales vel missarum officia eius valeant membra soporari, hospitium parvum, sed honeste constructum, et picturis decoravit eximiis.* ita metatorium seu diaconicum amplum triclinium fuit, in quo et imperator diversari, siquando a publicis curis vellet secedere et pietati vacare, et diaconi considere, et synodi peragi, clerici delinquentes includi, sacra ecclesiae vasa ministeria et vestes asservari, atque adeo ipse aedituus, vel qui templi conservandi curam habebat, habitare poterant. aedituos istos, quod iis iuxta aedes sacras mansio esset, *παραμοναρίους* vocant synodus CP sub Menna Act. 5, VII Synod. Act. 7 can. 5, et Petrus Diaconus Casinensis in Relat. de corpore S. Benedicti n. 2, *προσμοναρίους* definitiones concilii Chalcedon. can. 2, Leo Grammatic. in Michaële Balbo p. 459, et Balsamon ad Marci patr. resp. 28. P 596
προσμοναρίους etiam habuere gentiles, si qua Menologio fides ad 17 Novembris. quae quidem vox habetur etiam in Italia Sacra Ughelli t. 8 p. 421 et 423. at qui *paramonarius* dicitur Diacono Casinensi, *mansionarius* nuncupatur Leoni Ost. 3 26. notum autem ex Gregorio M. Dial. 3 24 et 25 *mansionarios* et *custodes* promiscue appellari, quibus scilicet custodiendae ecclesiae incumbebat cura; unde *excubitores* nuncupantur mansionarii ab Aldrevaldo l. 1 de Mirac. S. Benedicti. ii enim non modo ecclesiam sed et reliquias et phylacteria servabant, ut colligitur ex eodem Leone Ost. 2 34. unde *martyrarii* dicti in concilio Aurelian. II can. 13 apud Gregor. Tur. de Mirac. 2 46 et Hist. 4 11;

custodes martyrum apud Anastasium in S. Silvestro p. 13 et in Synodo Rom. sub eodem Silvestro can. 11; *custodes super sepulcra apostolorum* apud eundem Anastasium in S. Leone I p. 27; *custodes loculorum* in vita S. Zozimi episcopi Syracusani n. 6, ubi eosdem esse cum *ostiariis* evidenter ostenditur. sed et penes eos fuisse ecclesiae claves docet Petrus Diac. Chr. Casin. 4 53. habitabant quippe mansionarii in domo ecclesiae contigua, a qua nomen dignitati isti mansit. auctor Miracul. S. Mauri abbatis c. 10: *clericus quidam nomine Manfredus, qui ob custodiam in contigua basilicae ipsius domuncula dormire erat solitus;* ubi *dormire* idem est quod *καθεύδειν*, id est morari, habitare, ut monuimus. inde *primi mansionarii* dignitas magna in ecclesia Romana, qui *custos dominicalis vestiarii* dicitur in ordine Romano et ceterorum Ecclesiae vasorum, cum alii inferioris ordinis *mansionarii iuniores* dicerentur. unde haud procul a vero aberraret ille qui *νεωκόρον*, cui Sophianae ecclesiae claves commissae leguntur apud Silentiarium, *παραμονάριον* interpretaretur.

87. Sed et non omnino improbanda videtur Wolfgangi Musculi divinatio, qui *μιτατώριον* apud Theodorum Lectorem *mutatorium* vertit. nam cum *μιτατώριον* idem sit quod diaconicum, rursum vero diaconicum idem quod *vestiarium*, vestiarium denique idem quod *ἀλλαξιμάριον* apud Codinum de Off. c. 2, locus scilicet seu cubiculum unde vestes mutandae promuntur, nil vetat *μιτατώριον* vocem pro *μουτατώριον* usurpasse Graecos existimare. quippe apud Latinos aevi inferioris scriptores *mutatorium*, si non locum unde promuntur vestes mutandae, certe vestes ipsas quae alternis mutantur appellari constat; quae quidem *ἐξημοιβὰ ἱμάτια* dicuntur Homero Odyss. 2, *vicaria indumenta* Cassiano 4 10, *mutandae* in Regula Magistri c. 81, *mutatoria* aliis, uti monuimus in notis ad Alexiadem; denique *ἀλλαξίματα* apud auctorem de Offic. Eccl. CP a Medonio editum, *ἀλλαγαί* apud Codinum; unde *ἀλλάσσειν* apud eundem et Marcum Hieromon. de Dub. typ. c. 43. Avitus Vienn. l. 3 Poëm.

serica bis coctis mutabat tegmina blattis.

secretarium autem ecclesiae *vestiarium* appellari notius est quam ut firmari necesse sit.

88. A variis proinde officiis varias sortita est appellationes haec exedra: nam et a salutationibus *ἀσπαστικὸς οἶκος* etiam dicitur Theodoreto 5 17, *salutatorium* Gregorio Turon. Hist. 2 21, 6 11, 7 27, Messiano presbyt. de vita S. Caesarii Arelat. p. 252, Aimoino Hist. 3 47, auctori Hist. Miscellae l. 13 p. 379 ed. Canisii, et Orderico Vitali l. 2 p. 412. est autem *salutatorium* apud Papiam *locus in quo ad salutandum advenientes excipiebantur;* et in Glossario Aelfrici *salutatorium* dicitur esse *greting-hus*, id
P 597 est domus salutationis, uti definitur ab Ugutione. sic porro appellatum volunt diaconicum, quod in eo episcopi sacra facturi,

antequam ad bema seu ad altare procederent, fidelium salutationes exciperent, seu illorum se orationibus commendare, seu de negotiis, ecclesiasticis praesertim, cum iis agere vellent. id potissimum colligitur ex Gregorio M. l. 4 epist. 54 et 98, in quibus praecipitur episcopis aut archiepiscopis, *dimissis iam filiis ecclesiae, a salutatorio ad sacra missarum solennia celebranda* cum pallio procedere; et Sulpicio Severo Dial. de vita S. Martini 2 1, ubi disertis verbis dicuntur *presbyteri in secretario sedere, vel salutationibus vacantes vel audiendis negotiationibus occupati;* quo tunc tempore vetantur diaconi in secretario cum presbyteris sedere in concil. Arelat. II, uti supra observatum est. certe pontificem sacra facturum, antequam ad altare procederet, a diaconis salutari observare est ex ordine Romano: *cum vero ecclesiam introierit pontifex, non ascendit continuo ad altare, sed prius intrat in secretarium: — ubi cum intraverit, sedet in sella sua, et diaconi salutato pontifice egrediuntur de secretario;* tametsi haec verba de salutatione accipi posse non diffiteor, quam exhibent diaconi priusquam e secretario excedant. nec scio an etiam in salutatorio salutarentur episcopi a presbyteris dioecesanis. in concilio quippe Nicaeno Arab. c. 55 praecipitur *ut chorepiscopus bis per annum congreget presbyteros ad salutandum episcopum et tradendum se ei et communionem cum eo habendam, et prandeant cum eo, fiatque hoc primum in exitu anni, secundo vero in festo resurrectionis d. n. Iesu Christi.* incertum pariter an ad has salutationes fidelium referri debeat canon 12 concilii Ticinensis sub Leone IV PP, quo prohibentur paenitentes *vacare salutationibus,* ita ut iis interdictum fuerit sacerdotes in secretario salutare, quod fidelibus licebat, vel certe domi salutatores admittere. quemadmodum autem episcopi in secretariis salutationibus vacabant, ita et abbatissae. quippe in Regula S. Caesarii c. 36 et Reg. S. Donati c. 57 haec verba habentur: *observandum est ne abbatissa ad salutationes in salutatorium sine digno honore suo, hoc est sine duabus aut tribus sororibus, procedat.* et c. 40: *si abbatissa, ut assolet, cum salutatoribus occupata fuerit.* et in Recapitulatione Regulae S. Caesarii c. 8 et Regula S. Aureliani Episc. c. 1 praecipitur *ut quaecumque ad conversionem venerit, regula ei in salutatorio legatur.* denique in Concilio Matiscon. I can. 2 vetantur *viri intra salutatorium aut oratorium monasterii virginum intrare,* quibus consentanea habentur in Regula S. Aureliani c. 14. quibus in locis *salutatorium* idem est quod *secretarium* et *diaconicum.*

89. Iam vero cum in ecclesiarum secretariis ac diaconicis asservarentur sacra vasa seu, uti vocant vulgo scriptores, ministeria, inde factum ut quod aliis diaconicum et secretarium est, interdum et saepe σκευοφυλάκιον appelletur, quod exstitisse ut plurimum in interiore diaconici parte ostendit Passio SS. patrum

Sabaïtarum: *οὕπερ ἀποτεμόμενοί τι οἱ πρώην πατέρες διακονικὸν πεποιήκασιν, ἐσώτερον δὲ τοῦ διακονικοῦ κειμηλιαρχεῖον ἤτοι σκευοφυλάκιον.* hinc eiusmodi diaconica promiscue dicuntur *secretaria* ac *sacrorum vasorum aeraria* in laudata Gregorii II PP epistola; atque ita usurpari passim observare est. cur vero in diaconico reponerentur sacra ecclesiae ministeria, ratio illa potissimum est quod ea curae diaconorum ac sollicitudini incumberent. Isidorus de Eccl. Offic. 2 9: *custodes sacrarii Levitae sunt: ipsis enim iussum est custodire tabernaculum et omnia vasa templi;* quod etiam habetur apud Cyrillum Alexandr. lib. 3 de Adorat. inde illis ea manu contingere, non autem subdiaconis, licebat; et ut ait concilium Laodicenum can. 21, *οὐ δεῖ ἔχειν*
P 598 *ὑπηρέτας χώραν ἐν τῷ διακονικῷ καὶ ἅπτεσθαι δεσποτικῶν σκευῶν.* quae quidem ita vertit concilium Agathense can. 66: *non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium, quod Graeci diaconicum appellant, ingredi et contingere vasa dominica,* sive ea verba intelligenda sint de maiori diaconico, sive de minori, id est conchula bematis ita nuncupata, ut supra monuimus. verum quod ad vasorum sacrorum curam primitus diaconis collatam attinet, id postmodum immutatum: eorum enim illa in aede Sophiana data est magno sceuophylaci, de qua dignitate ecclesiastica passim viri docti egere, cui, ut par est credere, suberant diaconi. porro sceuophylacii Sophiani meminit Anonymus: *ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον, σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου.* sed quo potissimum loco exstiterit diaconicum olim, seu in aede Sophiana seu in ceteris maioribus ecclesiis, vel quae sceuophylacii vestiarii secretarii et aliis nominibus donatur vulgo exedra aedi sacrae adiuncta, non adeo promptum est assequi. Allatius, uti supra diximus, diaconicum rem prorsus diversam a secretario facit, contenditque esse concham illam quae *θυσιαστηρίου* conchae, aedem ad sinistram ineuntibus, adiungitur, ubi *σκευοφυλακίου* et *διακονικοῦ τράπεζα* statuitur, quemadmodum nuncupatur a Symeone Thessalonicensi. verum etsi in confesso sit eam conchulam diaconicum appellatam fuisse, non ideo tamen sequitur exedram, quam vulgo *sacristiam* vocamus, diaconici appellationem non habuisse: nam, uti supra observatum est, conchula ista diaconicum appellata est, quod in ea allata ex maiore diaconico sacra vasa atque adeo vestes sacerdotales ad liturgiam sacram peragendam necessariae reponerentur. planum enim esse reor ex praeallatis diaconicum exedram fuisse aedi sacrae adiunctam, proinde a bemate seclusam et remotam, quod et indicat idem Symeon, dum scribit episcopum consecrandum a diaconico ad bema procedere per templi dextram et soleam, *διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ σωλέως,* deducentibus eum sacerdotibus et diacono praeeunte; ubi per dextram *τοῦ*

ναοῦ ipsum ναόν seu chorum intelligi observant viri docti. a diaconico igitur, quod extra aedem exstitit, per soleam transeundum fuit sacerdoti ad bema pergenti (nec mirum, cum bematis fores soleae obversarentur), proinde per eam aedis partem, quae bema a ναῷ proprie sumpto disparabat. atque haec sunt quae de aede Sophiana sparsim apud scriptores per temporis angustiam observare licuit.

ANSELMI BANDURII

P 744

IN SCRIPTORIS ANONYMI DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS

LIBRUM IV,

UBI DE AEDE SOPHIANA,

COMMENTARIUS.

Augustissimi S. Sophiae templi CP, a Iustiniano M. infinitis sumptibus conditi, quamplurimi ex scriptoribus Byzantinis descriptionem edidere. at ut missos faciam scriptores illos qui de structura aedis S. Sophiae obiter tractarunt, Procopius qui aedificia a Iustiniano M. excitata luculenter libris octo recenset, libro ipso primo c. 1 de aedis Sophianae structura agit; qui licet non ita multis de ea scribat, attamen quia Iustiniani temporibus florebat, iure merito hac in re inter scriptores solutae orationis principem locum tenet. alter est illius aevi scriptor seu poëta, Paulus nimirum Silentiarius, qui carmine heroico et pereleganti ἐκφράσιν templi S. Sophiae exaravit; qui sane scriptor praecipuam mereri laudem videtur ac commendationem, ut ait Ducangius in praefatione, quod praeter carminum elegantiam accuratam augustissimi templi descriptionem vixque oculatioribus hactenus intellectam nobis repraesentet. enim vero non defuere et subsequentis aevi scriptores, qui de aedis Sophianae structura integros tractatus scripsere, Codinus scilicet, incertus auctor Combefisianus, ac ceteri Originum CP scriptores inediti. in iis autem principem locum tenet Anonymus noster, sive aetatem qua scripserat sive ordinem ac diligentiam qua monumenta recenset spectes. neque soli scriptores Graeci aedis Sophianae de-

scriptionem adornarunt: nam Petrus Gyllius vir de re literaria optime meritus huic labori maxima cum laude incubuit; et paucis ante annis doctissimus Ducangius uberrimis ac eruditissimis commentariis Pauli Silentiarii descriptionem S. Sophiae illustravit; qui sane postremus scriptor ita hanc rem tractavit ut vix aliquid novi ac inobservati illis addere quispiam possit. *) hinc porro factum est ut breves admodum commentarios in descriptionem aedis Sophianae concinnaverimus, et in hisce ea tantum moneamus quae vel necessaria esse duximus ad illustrandum scriptoris nostri sensum, vel minus ab aliis observata fuisse arbitramur. verum cum neque ea quae de variis partibus aedis Sophianae ab Anonymo nostro dicuntur, neque ea quae a nobis ibi observata sunt, absque subsidio tabularum quae ipsam aedem repraesentant percipi possint, maxime cum tabellae illae quas profert Ducangius minus accuratae censeantur viris doctis, ideo hic quinque tabellas a Grelotio delineatas proponere placuit, quas quidem accuratissimas esse asserunt viri eruditi et architectonicae artis periti, qui aedem Sophianam diu ipsi oculis contemplati sunt. et prima quidem tabella ichnographiam aedis S. Sophiae exhibet, secunda prospectum exteriorem septentrionalem et occiduum, tertia prospectum exteriorem meridionalem. quarta autem tabella prospectum interiorem eiusdem aedis versus altare repraesentat. quinta denique prospectum alterum interiorem ipsius aedis, altari adversum, ac ostia versus exhibet. hisce autem tabellis apponere visum est earundem explicationem ab eodem Grelotio Gallico idiomate concinnatam: nam ne eius verba Latina facerem amici monuere.

P 746 **EXPLICATION DES RENVOIS QUI SONT AU PLAN DE SAINTE SOPHIE.**

✠ *Le milieu de l'église de Sainte Sophie couvert d'un grand dôme, qui est à ce que l'on dit de pierre ponce. Ce dôme a dix-huit toises de diametre.*

A *C'est l'endroit où estoit autrefois le seul autel de cette église.*

B *Le mehrabe des Turcs, c'est comme leur autel, vers lequel tous les Mahometans se tournent pour faire leur prière; il est fait de mesme qu'une niche dans laquelle on met l'Alcoran. Il regarde la Mesque où est le tombeau de Mahomet, vers qui toutes les Mosquées sont tournées.*

---

*) Recentiorum adde Gibbonem (cap. 40), Fossalem (storia dell' architettura t. 2 p. 121), Alphonsum de la Martine (itin. Orient. t. 4).

C *Le member du Moufti, c'est le lieu où ce prélat Turc se met lorsqu'il fait la prière publique; sçavoir pendant le Ramazan ou caresme, au Bairam et autres festes solemnelles des Mahometans.*

D *Est l'entrée par où le Grand Seigneur va au temple.*

C *C'est le lieu où se met le Grand Seigneur pour faire sa prière toutes les fois qu'il va à Sainte Sophie. Ce lieu estoit autrefois un passage pour aller à l'autel; mais depuis on y a pratiqué une chambrette boisée et grillée de tous costéz, afin que le Grand Seigneur y puisse faire sa prière avec commodité, et y voir sans estre veu.*

C *Ces quatre renvois marquent les arboutans que Iustinien fit mettre pour appuyer cette partie Orientale qui estoit tombée, et qu'il avoit déja fait relever une autre fois.*

D *Ce sont les quatre gros piliers qui soustiennent le dôme.*

d *Sont quatre petits piliers, qui soustiennent avec les quatre gros six demi-dômes, trois desquels sont vers l'Orient, et trois vers l'Occident.*

D *C'est le lieu où estoient les sièges de l'empereur et du patriarche.*

E *Toutes ces lettres marquent autant d'escaliers doux, par où les femmes montoient anciennement dans les galeries du temple, où elles estoient separées d'avec les hommes, comme elles le sont encore dans toutes les églises d'Orient.*

F *Toutes ces petites ouvertures demi-rondes sont autant de fenestres qui donnent du jour dans l'église.*

f *Portes par où les prestres et diacres montoient au Ginaitikion pour y encenser.*

G *Ce sont quatre grandes colonnes de marbre granite d'Egypte d'une seule pièce; elles ont chacune quatre pieds de diametre. Ces quatre colonnes en soustiennent six autres moindres qu'elles, qui forment les galeries d'en haut de chaque costé de l'église.*

H *Ce sont quatre demi-cercles qui se forment des quatre gros piliers et de deux autres petits, entre lesquels il y a deux colonnes de porphyre soustenues chacune de son piedestal quarré de marbre blanc. Ces deux colonnes en supportent six autres moindres des galeries superieures qui appuyent les coquilles ou demi-dômes du dessus.*

h *Il y a ici une petite ouverture ronde comme celle d'un puits. C'est par là que l'on tire de l'eau de la cisterne qui est sous l'église, pour s'en servir aux usages du temple.*

I *La grande porte de Sainte Sophie, qui en a quatre autres de chaque costé un peu plus basses qu'elle.*

K *On a été obligé depuis peu, pour affermir les quatre gros piliers, d'ajouter de la maçonnerie entre eux et ces quatre co-*

lonnes qui en estoient autrefois separées, et qui y sont maintenant contiguës par le moyen de cette maçonnerie representée par ces petits points.

L *C'est le grand vestibule dans lequel on entre par seize portes; il en a neuf à son orient, cinq au couchant, une au septentrion, et l'autre au midi.*

M *Sont les quatre Minarets ou clochers.*

N *Le portique ou premier vestibule; c'est ce que l'on appelloit anciennement le Narthex.*

O *C'est une grande tour quarrée, qui servoit autrefois de clocher à Sainte Sophie.*

P *Ces degrez sont pour descendre aux robinets par où sort l'eau de la grande cisterne de cette église. Tout le dessus de ce*
P 747 *temple est quarré et rempli des eaux qui découlent du dessus de son toit. C'est ce qui a fait croire à quelques gens que l'on pouvoit aller en bateau depuis Sainte Sophie jusques à la mer par des canaux soûterrains.*

Q *Ce sont toutes les portes extérieures de ce temple.*

R *Fontaines où les Turcs se lavent avant que d'entrer à faire la prière.*

S *C'est le prostyle, la cour, ou le cloître de quelques officiers de la Mosquée.*

T *Leurs cellules ou chambres.*

V *C'est un grand bassin dans lequel lesdits officiers lavent leurs linges et habits.*

X *C'est un petit temple qui servoit autrefois de sacristie à Sainte Sophie; il est assez semblable à la sacristie de Saint Pierre ou à Saint Estienne le Rond de Rome. Il sert maintenant de grenier où l'on garde la paille et le foin des chevaux du grand serrail, qui en est tout proche.*

Après avoir suffisamment expliqué le dôme qui fait le milieu de la croix que forme l'église de sainte Sophie, je dirai ce qui se trouve autour. La partie orientale de cette croix est un grand demi-cercle couvert de son demi-dôme fait en cul de four. Autour de ce grand demi-cercle qui est pris de la largeur du grand dôme, il y en a trois autres petits qui sont pareillement couverts de leurs coquilles ou demi-coupoles, deux desquels sont à droit et à gauche, et au milieu le plus reculé de tous. C'est dans ce troisième demi-cercle qu'étoit autrefois le *Sancta Sanctorum* que j'expliqueray ci-aprés. La partie occidentale de cette croix est de même que l'orientale, formée d'un grand demi-cercle, couvert de son demi-dôme, et côtoyé de trois autres petits, avec seulement cette exception que celui du milieu, où sont les trois grandes portes de ce temple, n'est pas fini en demi-cercle comme



Mesure de vingt toises

0 5 10 15 40

Plan du Temple de Ste Sophie.



celui de l'orient, mais coupé à angles droits, et couvert d'une arcade ou voûte, et non pas d'une coquille ou cul de four. Les quatre petits demi-cercles qui sont aux côtés de ces deux grands, sont formés dans leurs deux extrémités, d'une part des quatre gros piliers qui soutiennent le grand dôme marqués dans le plan par le renvoi D; et de l'autre part des quatre petits piliers, deux desquels supportent vers l'orient le demi-dôme qui couvroit le *Sancta Sanctorum*, et deux autres vers l'occident soutiennent l'arcade qui couvre les trois portes du milieu de l'église. Ces quatre petits piliers sont marqués dans le plan par le renvoi d. Entre ces huit piliers qui forment les quatre petits demi-cercles susdits, il y a huit colonnes de porphyre, deux à chaque demi-cercle. Ces huit colonnes sont élevées chacune sur un piédestal de marbre blanc carré. Elles en soutiennent six autres sur elles du *Gynaitikion*, dont quelques-unes portent à faux, comme on verra dans le dessein du dedans de cette église qui est ci-après.

Derrière chacun de ces quatre demi-cercles, tant vers l'orient que vers l'occident, il y a un espace carré que l'on pourroit appeller chapelle, si la coutume d'en avoir plusieurs dans une même église avoit jamais été chez les Grecs, mais qu'on peut nommer tetragone, parce que la figure de ces quatre places est carrée. Ils ne sont éclairés chacun que de trois petites fenêtres qui n'en dissipent pas beaucoup l'obscurité. Les quatre coins de ce tetragone sont soutenus par quatre colonnes de marbre granite, entre lesquelles celles qui sont proches des quatre gros piliers qui soutiennent le dôme, y sont maintenant contiguës et unies par du maçonnage que l'on y a mis pour rendre encore les gros piliers plus capables de résister aux fréquens tremblemens de terre qui arrivent à Constantinople. Cette maçonnerie paroît toutefois assez ancienne pour faire croire que ce soit plutôt un ouvrage des Grecs que des Turcs. Elle est marquée dans le plan par des points au renvoi K.

Entre ces quatre tetragones ou places carrées, il y en a deux autres de figure un peu plus longue, l'une desquelles est au P 748
septentrion, et l'autre au midi. Ils sont aussi bien soutenus que les précedens par quatre colonnes de marbre granite; mais il y a de la différence dans la situation de ces colonnes, car au lieu que les autres sont placées aux quatre coins, celles-ci le sont au milieu, et faisant une voûte particulière et fort étroite qu'elles soutiennent, elles partagent cet espace en deux. Ces quatre colonnes et le carré long dans lequel elles sont situées, forment le travers et les deux bras de la croix Grecque sur le dessein de laquelle est bâtie sainte Sophie, et les quatre tetragones que j'ai expliqués ci-devant, sont comme les places vides qui se trouveroient autour d'une croix que l'on auroit placée dans un cadre ou bordure de tableau.

Les vingt-quatre colonnes qui supportent les voûtes de ces six places que je viens de décrire sont toutes de la même grosseur, de la même grandeur et du même marbre granite; mais les quatre autres qui se voient de chaque côté de l'église entre les deux gros piliers du grand dôme, sont de beaucoup plus hautes et plus grosses, quoiqu'elles soient de la même matière et tout d'une pièce. Ces quatre colonnes en supportent six autres qui sont au premier *Gynaitikion* ou galeries des femmes, et qui soutiennent le second, tant à l'aile droite qu'à l'aile gauche de l'église, comme on verra dans la planche du dedans de ce temple. De cette manière toutes les colonnes qui sont dans le bas de sainte Sophie, ne montent qu'au nombre de quarante, vingt de chaque côté. Ces quarante colonnes inférieures en soutiennent soixante autres qui sont dans le *Gynaitikion* ou galeries d'en haut; tellement que toutes les colonnes de sainte Sophie, tant en haut qu'en bas, ne sont que cent dans tout le corps de l'église, avec quatre moyennes et trois petites qui sont au dessus des portes, qui font cent et sept colonnes en toute sainte Sophie. Toutes ces colonnes sont assez bien tournées, mais leurs chapiteaux ne correspondent pas à la beauté de leur tour. Il est difficile de dire de quel ordre ils sont, si ce n'est qu'on leur veuille donner le nom de Grec gothisé.

p. IV temporibus Sergii patriarchae et Heraclii imperatoris, cuius rei fidem faciunt indubiam eius scripta, in quibus laudes in eos usque ad satietatem aggerit. utriusque plane gratiam iniisse dicendum est eum, qui e Pisidia ortus in magna ecclesia Cpolitana dignitates postea consecutus est. fuit enim in aede S. Sophiae diaconus, et scevophylax, quibus titulis occurrit insignitus in cod. Vat. 1126. equidem scio circa haec tempora clerum Cpolitanum tantum excrevisse, ut Heraclius sua sanctione *in Novellis* 2 4 cum diaconos tum alios ordines in immensum auctos, ut iam eis assignatae *στάσεις* vel sedes vix sufficerent, ad certum numerum redigere decreverit. quare mirarer minus Georgium Pisidam in ecclesia maiori receptum fuisse, si inter diaconos tantummodo fuisset cooptatus: sed cum scevophylax etiam fuerit, maiorem plane iniicit nobis de se opinionem. nam *σκευοφύλαξ, cimeliorum* vel *vasorum ecclesiae custos*, tertia erat post magnum oeconomum et magnum sacellarium dignitas inter *ἐξωκατακοίλους* vel maiores ecclesiae officiales, *ἄρχοντας* quoque propterea appellatos, ut videre est in Codino *de Offic.* CP. lib. 1, qui in ipsa ecclesia et in publicis consessibus patriarchae semper assistebant, et episcopos ipsosque metropolitas praecedebant. scevophylacis munia recenset Allatius *de utriusque eccl. cons. lib.* 3 c. 8. *ὁ μέγας σκευοφύλαξ στήκεται, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς, ἔμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου· καὶ εἴ τι δ' ἂν χρειασθοῦν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἀποδίδει, ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερόν, κηροὺς καὶ ἀλλαγάς, ὑποκρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας· ἔχων δὲ καὶ τὰς χηρευομένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν] πάντα· ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρί-*

σεις, φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοὺς κληρικοὺς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοῖς ταῦτα. sed cum plures tunc essent in ecclesia Sophiana scevophylaces (quattuor enim erant ex ipsius Heraclii praescripto presbyteri, diaconi sex, lectores duo), non admodum facile quis concedet Georgium nostrum inter eos, qui eadem dignitate donati essent, primas tenuisse, et *magnum scevophylacem* a nobis nullo bono iure vocari contendet. argumenta plane non suppetunt, quibus scevophylacii praefecturam Georgio asserere possimus, sed suspicionem movit tum ipse titulus, tum ea qua Sergium et Heraclium attingebat summa necessitudo. nam Sergium quidem ita saepe laudat, ut ei multa familiaritate coniunctus videatur. *Hexaëmeron* ei dicat, idque operis ipso monente se suscepisse demonstrat statim in principio *v.* 32: ἦκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας καρπούς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς δρόσου. et paullo post *v.* 49 eius favore fretum et incitatum stimulis opus aggredi testatur: πρὸς p. V
τὸν σκοπὸν τὸ πνεῦμα συντείνας ἔχω τοῖς σοῖς πεποιθὼς μυστικοῖς ἀκοντίοις. in fine autem v. 1879 patriarcham ipsum pro salute imperatoris et regni felicitate multas lacrimas, precesque ad deum fundentem se vidisse adfirmat: ἔγνωμεν αὐτόν, κἂν δοκεῖ λελῆθέναι. quid simile occurrit *in Abaricis* legendum: ibi enim v. 235 Sergium contra barbaros lacrimis et suspiriis dimicantem repraesentat Georgius, quasi omnium rerum ipse esset conscius, quae a patriarcha gerebantur. quod autem ad Heraclium spectat, aliqua certe in existimatione apud eum fuisse Georgium demonstrant *Acroases* in eum scriptae eique confidenter oblatae. ita enim *Acroas.* 1 37 *de Exped.* imperatorem adloquitur: μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους· ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκθωπευμάτων, ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει. quod sane confirmat *Acroas.* 3 374 dicens: σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω. id autem recte admodum adfirmabat Heraclio Pisida: non enim ille de rebus longe peractis et a se multo temporis vel loci intervallo semotis, sed de iis quorum ipse fuerat αὐτόπτης et oculatus testis, loquebatur. quippe dubium omnino non est eum fuisse comitem Heraclii in prima expeditione contra Persas: ita enim ea quae acta sunt narrat, vel potius describit, ut singulis interfuisse, statim legenti pateat. sed eum ipsum audire iuvat de se loquentem.

ait enim *Acroas.* 2 122 belli praeludia inspexisse: *πόθος δέ μοι τις ἐνθάδε προσήρχετο ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης προαύλια.* apertius autem suam inter arma praesentiam declarat *Acroas.* 3 131 dicens milites pro imperatoris salute collacrimantes vidisse, unaque simul cum illis flevisse: *τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήσθην εἰκότως καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον, τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων.* at in eadem Acroasi v. 343 Heraclium
p. VI ipsum, qui primo bello iam confecto e Perside in urbem erat reversurus, de susceptis laboribus gaudentem suis auribus audivisse sic refert: *αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκις τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον, ἐτράνους ὅτι βιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥαθυμίᾳ ἔζησα ταύτας τῷ θεῷ τὰς ἡμέρας.* in fine tandem eiusdem Acroaseos v. 353 Hydrae, hoc est erroris late apud Persas serpentis, unum caput se vidisse testatur: *ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγαν θαυμάζομεν Ἡρακλέος τυχόντα καὶ σεσωσμένον.* itaque si Pisida, ut est apertum, Heraclium in Perside dimicantem comitatus est, eumque suae pietatis virtutisque testem habere imperator non est dedignatus, quali in pretio apud ipsum regem, necnon in tota aula Byzantina fuerit, satis inde opinor elucet. neque enim ut gregarius miles ducem suum, sed ut poëta principem ac dominum sequutus est, ut quae ab ipso gererentur inspiceret et scripto mandaret. quo quis factum fortasse credat, aeque carum fuisse Heraclio Pisidam ac olim fuit Scipioni Africano Ennius, quem morte obita in sepulcro Scipionum esse constitutum e marmore tradit Cicero pro *Archia.* nimirum si verum est, quod teste Allatio *diatr. de Georgiis* adfirmat Hamartolus in Chronico adhuc inedito et ex Hamartolo Cedrenus, Heraclio in hoc bellum profecturo et in ecclesia magna opem a deo contra hostes petenti fausta adprecatum esse coram omnibus Pisidam, non immerito inde colligi posse putamus eum, qui ingenii laude clareret et aliquo honoris titulo praefulgeret insignitus, inter comites imperatoris iam tunc fuisse adlectum. ipse autem, quod nosset quanta esset sui nominis commendatio, poëtica quadam licentia, nisi malis divino furore percitus, bonis ominibus Heraclium prosequi non dubitavit. ait enim Cedrenus *p.* 420: *ὁ δὲ βασιλεὺς βουλόμενος πρὸς Περσίδα χωρεῖν .... εἰσελθὼν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν μέλανα ὑποδήματα περιβαλόμενος καὶ πρηνὴς πεσὼν ηὔξατο .... ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισίδης ταύτης ταπεινώσεως ἔφη,*

ὦ βασιλεῦ, μελαμβαφὲς πέδιλον εἱλίξας πόδα βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων. ex quibus quinque iambis duos tantum suum ad ingenium effinxisse Cedrenum plane ducebar ad suspicandum. verum cum celeberrimi sint et omnium recentiorum Graecorum ore vulgati illi duo senarii, praeterea etiam in cod. Vaticano 1126 et in aliis codicibus seorsim scripti ac repetiti le- p. VII
gantur, quod ex nostris adnotationibus in *Fragmenta* Pisidae v. 20 adparet, ut fictam fabellam hanc de Georgio et Heraclio narratiunculam prorsus reiicere non audebam. neque enim ignorabam usum in aula Byzantina quondam invaluisse, ut poëtae suas elucubrationes coram ipsis regibus et patriarchis recitarent, easque ἀκροάσεις, *auscultationes* diceres, appellarent, quod populo audiente publice et palam legerentur. testem adhibebo Paullum Silentiarium, qui suae de aede Sophiana descriptionis primam partem in regio palatio coram Iustiniano imperatore, secundam autem in episcopio coram Eutychio patriarcha recitavit, ut ex iambis et titulis poëmatio inscriptis fit manifestum. quod autem magis adhuc Cedreno fidem conciliare videatur, mos ille est olim Cpoli receptus de acclamandis perpetuo imperatoribus, quod persaepe etiam fiebat iambis, ut videre est in Constantino Porphyrogenito *de caeremon. aulae Byzant.* ab Ioh. Henrico Leichio et Ioh. Iac. Reiskio superioribus annis edito. ibi enim *p.* 16 legitur quod imperatore magna pompa procedente in sancta et magna dominica ad sacra factionum acclamationes fiunt, et Venetae notarius adest, καὶ δεῖ αὐτὸν περιπατεῖν ὄπισθεν τῶν δεσποτῶν πλησίον, καὶ λέγειν τοὺς κατὰ τύπον ἰάμβους, deinde ἄρχεται ἰαμβίζειν ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων μαΐστωρ. tum ὁ τοῦ μέρους τῶν Βενέτων μαΐστωρ ἄρχεται ἰαμβίζειν, donec ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων νοτάριος ἄρχεται καὶ αὐτὸς ἰαμβίζειν ἕως τοῦ ἁγίου φρέατος. id autem in omnibus solemnibus pompis fieri solitum passim ostendit idem Constantinus. unde quamvis satis appareat iambos qui a factionum magistris recitabantur, hymnum vel cantiunculam fuisse, qua ipsi alternis vicibus fausta adprecarentur imperatori, nihilo tamen minus inde fit probabilius Pisidam iambis a Cedreno laudatis Heraclium in magno templo orantem de improviso salutasse.

Verum qualecunque sit sapientum virorum hac de re iudicium, id unum ex hactenus praemissis colligo, Pisidam, si non

ut magnum scevophylacem, certe ut unum ex diaconis scevophylacibus, apud Sergium et Heraclium plane gratiosum hominem exstitisse, utpote qui multum polleret ingenio et scribendi facultate. sed non audiendi sunt omnino qui eum modo chartophylacem modo referendarium faciunt. Suidas quidem in v. *Γεώργιος* diaconum et chartophylacem, Nicephorus Callistus autem Hist. 18 48 referendarium eum appellat. maxima etiam codicum mss est inconstantia in titulo et dignitate designanda Pisidae: nam in codicibus biblioth. regiae Parisiensis et in quibusdam etiam Vaticanis diaconus tantummodo vocatur; et in cod. Vindobonensi 209 apud Lambecium lib. 5 p. 19 diaconus et referendarius, et lib. 6 p. 162 diaconus et chartophylax; itemque in biblioth. Taurinensis cod. 304 chartophylax, et in codice 360 referendarius dicitur. perperam autem doctissimus Fabricius lib. 7 p. 691 utrumque titulum coniunxit, et Georgium nostrum chartophylacem et referendarium declaravit: nam quaecunque fuerit eius dignitas, certe una simul chartophylax et referendarius esse non potuit, quod chartophylacis et referendarii duo essent munera in ecclesia Cpolitana distincta, quae non unus obi-
p. VIII ret, sed quae viritim in duo capita distribuerentur. melius Allatius testimonio Suidae fretus, et Oudinus Allatium sequutus, diaconum et chartophylacem Georgium nominarunt. at Guillelmus Cave minus accurate scribens, et in toto articulo de Pisida texendo turpiter alucinatus, eum fecit et rhetorem et chartophylacem magnae ecclesiae Cpolitanae, deinde etiam metropolitam sive archiepiscopum Nicomediensem. si pro rhetore poëtam dixisset Pisidam, nulla esset controversia: at nulla eius exstant opera rhetorum more scripta, nec quid simile unquam elaborasse traditum est. sed rhetorem et archiepiscopum Nicomediensem fecit Cave eodem errore ductus, quo ante eum alii decepti sunt, Georgium Pisidam cum Georgio Nicomediensi confundentes, quod invenissent utrumque pluribus in codicibus et Georgium et chartophylacem appellatum; quamvis nemo, quod sciam, Pisidam rhetorem nominavit praeter Cave, qui, ut videtur, fucum sibi fieri passus est vel a codice biblioth. Antonii Augustini, in quo oratio *εἰς τὸ εἰσήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ* sub Georgii rhetoris episcopi Nicomediae nomine legebatur, vel a codicibus Vindobonensibus apud Lambecium lib. 5 p. 144 et 277, et

lib. 8 p. 222, in quibus omnibus illa eadem oratio venit sub nomine *Γεωργίου ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας τοῦ ῥήτορος*. cum autem ex duobus Georgiis unum ipse facere semel statuisset, rhetoris titulum Nicomediensi tributum ad Pisidam transferre minime dubitavit. ceterum multae sunt notae quibus hi duo Georgii inter se facile distinguantur: nam Pisida, ut dictum est, sub Heraclio vivebat ac fuit diaconus et scevophylax et poëta, Nicomediensis autem, ex quo temere et Lambecio reclamante *lib.* 1 *p.* 135 *et lib.* 4 *p.* 21 *Nicomedium* quendam conflavit Possevinus in Appendice *Apparatus Sacri*, tempore Photii floruit, ex rhetore et monacho, si fides adhibenda est codicum titulis ab Allatio in eadem diatriba *de Georgiis* relatis, archiepiscopus Nicomediae postea factus. Combefisius omnium primus videtur deceptus in recte dignoscendis duobus hisce Georgiis: sed errorem ille suum agnovit ac fassus est in *Bibl. Concionat.*, in qua sermones Georgii Nicomediensis, quos Graece et Latine *tom.* 1 *Auctarii novi* dederat, plerosque ex interpolata, nonnullos etiam ex nova sua versione exhibet tantum Latine. sed ne quid intactum hac in re defmienda relinquamus, iuvabit audire Allatium, qui de Georgio nostro scribens disertis verbis ait: *an postea in episcopatum Nicomediensem promotus idem cum Georgio Nicomediensi fuerit, cui plures nec illaudabiles orationes panegyricae tribuuntur*, quas Allatius ibidem de Georgio Nicomediensi agens enumerat, *in dubium nec immerito verti poterit. alium tamen hunc a Georgio Nicomediensi, qui temporibus Photii Photio ipsi operam navarat suam in Photiana synodo, annorum ipsa spatia abunde probant: a Sergio enim patriarcha, cui Pisida Hexaëmeron opus inscripsit, ad Photiana tempora anni ducenti et quinquaginta plus minus intercedunt. si Nicomediensis episcopus fuit, alius ergo ab hoc omnino erit. et fuisse episcopum, illo forsan non male suaderi possumus: nam oratio in verba Iohannis* "stabant iuxta crucem Iesu mater illius et soror matris," *cuius initium est πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος, in mss codicibus Georgio Nicomediensi adscripta, in codice alio ms, quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fusior ac multo amplior legitur, Pisidae cognomen Georgio Nicomediensi adiungit: sic enim legitur, Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισσίδη. exscriptoris lapsum, cui ista non placuerint, in codice esse, et* p. IX

puerilem oscitantiam, qualia multa in titulis praefigendis fieri amant, fatebitur. non contra ibo. immo lapsum concedo. Πισσιδείας namque, cum in exemplari, ut verisimillimum est, legeretur, in Pisidem ad pauca intentus exscriptor transmutavit. diversusque est etiam ab alio Georgio Pissidiae episcopo, cuius memoriam Graecorum fasti die 19 *Aprilis celebrant, fastu ac tyrannide iconomachorum martyre, cum hic Antiochiae Pisidenae fuerit antistes: οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῶν χρόνων ἦν τῶν εἰκονομάχων, ἐκ βρέφους τῷ θεῷ ἀνατεθειμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Ἀντιοχείας τῆς Πισσιδείας. in re tamen obscurissima non diutius immorandum mihi esse censeo.* ita Allatius; qui qua de causa rem obscuram vocet, quam ipse adeo luculenter explanavit, ignoro. patet enim Georgium Pisidam a Nicomediensi esse diversum, et pro uno a quibusdam tantummodo doctis viris fuisse acceptum, quod uterque in codicibus et Georgius et chartophylax inscriberetur. at nos iam tandem, ne ulla amplius dubitandi sit occasio, chartophylacis titulum Georgio Nicomediensi relinquamus, Georgium autem Pisidam scevophylacem nominamus, auctoritate freti codicis Vaticani, quo plane in tot bibliothecis non exstat alter vel antiquius vel nitidius scriptus, ut infra erit dicendum. mínime autem huius codicis auctoritatem, quam nos sequendam ducimus, Suidae et Nicephori labefactat auctoritas, qui Georgium vel chartophylacem vel referendarium dixerunt: nam Suidae lexico plura esse addita a recentioribus Graecis certum est, Nicephorus autem adeo negligenter loquitur de Pisida (quod ex *v.* 533 *poëm. contra Severum* et *ex fragment. v.* 184 patet) ut neutiquam videatur attendendus.

Verum cum nullum exstet antiquius de Pisidae scriptis testimonium quam quod in eodem Suida invenitur, praestabit hoc ipsum legentium oculis sistere et paullo attentius considerare: quamvis enim Allatius Kusterus et Fabricius singula verba Suidae multum accurate perpenderint, nonnulla tamen adhuc observari nobis continget. verba haec sunt: *Γεώργιος διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ χαρτοφύλαξ, τὸ ἐπίκλην Πισίδης, ἑξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια, εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ἔτι τε Ἀβαρικά· καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον.* igitur quae teste Suida scri-

psit noster Georgius, haec sunt: 1. *Hexaëmeron*, 2. *in Heraclium*, 3. *de bello Persico*, 4. *Abarica*, et 5. *encomium Anastasii martyris*. atque id quidem non satis recte definitum est a Suida: alia enim eiusdem auctoris opuscula nobis invenire contigit, quae a Suida non memorantur, vel quod eorum ipse nullam habuerit notitiam, vel quod, ut tamen minus vero esse simile nobis videtur, ea esse contemnenda putaverit. ac 1. de Hexaëmero, quod adfirmat longum fuisse poëma, quod tribus mille senariis constaret, dubitarem omnino, an id unquam verum esse potuerit, cum nullibi appareat Hexaëmeron esse mutilum, et ex omnibus codicibus diligenter excussis atque evolutis vix duo millia iamborum nobis colligere licuerit. quare tot versus intercidisse persuadere mihi non poteram, ac potius mendum in Suidae textum irrepsisse mecum ipse cogitabam, ut pro τρισχίλια le- p. X
gendum esset δισχίλια. verum, si placet quosdam etiam versiculos ex hoc poemate avulsos desiderari, non negabo: cum enim totum constet multis quasi particulis et membris, nil plane facilius quam ut exscriptorum incuria una vel altera perierit et effluxerit ex illis descriptionibus, quas de lapidum plantarumque et animalium qualitatibus fortasse exhibebat auctor. id autem codices ipsi confirmare videntur, in quibus omnibus, si unum Vaticanum 1126 excipias, perperam scriptum, interpolatum ac mutilum Hexaëmeron deprehendes. 2. in Heraclium imp., quae Suidas testatur scripsisse Pisidam, sunt plane acroases tres, quae statim in principio huiusce tomi occurrent sub hoc titulo: *εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως*. hoc opus una cum aliis, quae deinceps a Suida laudantur, intercidisse omnium primus arbitratus est Kusterus, ac post eum Cave, qui etiam de suo nobis obtrudit acroases de Heraclio agentes *historiam rerum ab Heraclio gestarum et belli Persici* continere. utinam historiam potius quam ieiunos versiculos scripsisset Pisida, ex quibus saepe divinare vix possis quid ipse sentiat. Oudinus omnia Pisidae opera a Suida memorata exstare in bibliotheca Vaticana ex Maltreti praefatione in Procopium didicerat, sed ipse quoque cum Cave in errorem adductus *historiam de rebus Heraclii* nobis reliquisse Pisidam existimavit. inde, ut sentio, eorum ortus est error, quod ante Maltretum ex Suidae textu non satis liqueret, quae noster Georgius metro adstricta et quae soluta oratione

scripta posteris tradidisset, ut mox dicemus. 3. de bello Persico quod addit Suidas scripsisse Pisidam, ad geminas acroases referendum est, quas grandi ac nimis turgido *Heracliados* titulo insignitas sub numero 5 operum Pisidae hic invenies. Allatius *Heracliadem* unum esse opus cum superiore perperam censuit; et plane mirum videtur tantum virum decipi potuisse, qui *de Georgiis* ageret ex professo, qui de Pisida tam diserte scripsit, qui bibliothecae Vaticanae fuit praefectus meritissimus ac nulli plane secundus, qui tandem, quod vel maximum est, praefecturae huius munere tam laudabiliter functus est post Holstenium, a quo Maltretus ipsius Pisidae opuscula acceperat. verum omnino dicendum est Allatium, qui omnes eius bibliothecae thesauros investigarat, hunc tamen, nescio quo casu, latuisse codicem, ex quo primum Holstenius ac nos deinde Georgii scripta deprompsimus: neque enim ullibi illius codicis mentionem facit. 4. ad Abarica quod spectat a Suida quarto loco laudata a nobis autem in secundo reposita, certum est aeque ac alia tria, de quibus egimus, opera iambis scripta esse. qui enim cum Cave et Oudino haec omnia prosa effudisse Pisidam putarunt, omnino falsi sunt, quod in Suidae editionibus prioribus excusum legissent *ἔτι τε Ἀβαρικὰ καταλογάδην*. sed vocem *καταλογάδην* ad sequentia esse referendam primum recte coniecit Kusterus ex ms Parisiensi, ac deinde a Maltreto edoctus confirmavit Fabricius; quare textus ille prorsus ita est interpungendus: *ἔτι τε Ἀβαρικά. καταλογάδην ἐγκώμιον* etc. nam quod pro quinto opere Pisidae proponit Suidas, *encomium Anastasii martyris*, vere *καταλογάδην prosa* scriptum est, ac vere etiam de Anastasio Persa agit, non de aliquo Athanasio, ut suspicionem movit Kusterus ex ms Parisiensi Suidae, in quo pro *εἰς τὸν Ἀναστάσιον* legi adfirmat *εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον*, quae sane lectio vulgatae nequaquam est praeferenda.

p. XI Iam vero de omnibus operibus Pisidae, ac de ordine quo illa edenda esse censuimus, pauca dicamus: fusius enim in monitis peculiaribus ad unumquodque poëmation praefixis haec pertractata sunt. igitur quae hactenus reperiri potuerunt (siqua tamen alia, praeter ea quae proferimus in lucem scripsit Georgius) haec sunt.

1. *Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. de expeditione Heraclii imp. contra Persas.* tres sunt acroases, 1098 iambos continentes, in quibus virtus et religio Heraclii immodicis fere laudibus extollitur, quod ille actus Chosroae regis impietate et perfidia in Persidem arma moverit: *κόρος γὰρ οὐκ ἦν Περσικῆς ἀπληστίας, ἀλλ' ἐξέτεινον τὰς ὀρέξεις εἰς φόνους*, ut ait *Acroas.* 1 *v.* 106. itaque Heraclius paschate celebrato et servatoris imagine munitus navem conscendit, ab Heraei promontorio solvit, ac tempestate primum iactatus in Ciliciam appellit. ibi habito militum delectu omnes ad arma instruit, instructos in Persas impellit, de quibus statim relata victoria intus in Persidem irrumpere molitur: sed cum barbari de more ruptis foederibus de invadenda regia urbe cogitarent, Byzantium redire cogitur: *ὅθεν τυπώσας πάντα σώφρονι τρόπῳ, καὶ τῷ στρατηγῷ τὸν στρατὸν συναρμόσας, καὶ τῷ θεῷ δοὺς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας, πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις.* ita Pisida *Acroas.* 3 336 suas de prima expeditione Heraclii in Persas acroases concludit, in quibus satis diligenter omnia persequitur: scribebat enim quae sub eius oculis acta erant, ut superius observatum est. verum frustra Pagius *in Baronium a.* 626 4 ex his sperabat se posse supplere quae a chronographis in historia Heraclii omissa sunt, quod crederet Pisidam de bello Persico scribentem historici, non poëtae munere esse functum diligenter. ait enim: *omissio illa nonnisi ex Georgio Pisidio auctore coaevo, qui edidit libros tres* de bello Persico, *quos Holstenius habuit, suppleri potest. quare cum is omnia manuscripta sua Eminentiss. Card. Francisco Barberino legaverit, rogavi V. C. Schelestratium bibliothecae Vaticanae praefectum ut pro sua in me benevolentia ex Pisidio describere vellet, quae anno sexto belli Persici gesta fuisse narrat. sed ad me rescripsit vir eruditissimus se omnia mss bibliothecae Barberinae, praesertimque quae fuerunt Holstenii, ibidem separatim asservata, studiose percurrisse, sed nihil sibi* Georgii Pisidii *occurrisse. quare alia via nobis ineunda erit, ut integram belli huius historiam exhibere valeamus.* ita plane: nam nec Pisida ea omnia quae ad bellum Persicum spectant persecutus est, nec Pisidae libros in bibliothecam Barberinam intulit Holstenius, sed ex Vaticana exscriptos misit Maltreto. ce- p. XII

terum hoc poëmation, de quo plura alibi dicta sunt, omnium opusculorum Pisidae primum est, ac proinde prima in sede collocandum fuit. quae sequuntur enim pertinent ad ea quae acta sunt post annum 12 imperii eiusdem Heraclii, Christi 622; in quem incidit memorata Persica expeditio prima.

2. *Εἰς τὴν γενομένην ἔφοδον τῶν βαρβάρων καὶ εἰς τὴν αὐτῶν ἀστοχίαν, ἤτοι ἔκθεσις τοῦ γενομένου πολέμου εἰς τὸ τεῖχος τῆς Κωνσταντινουπόλεως μεταξὺ Ἀβάρων καὶ τῶν πολιτῶν. de incursione facta a barbaris ac de frustrato eorum consilio, sive expositio belli quod gestum est ad moenia Cpoleos inter Abares et cives.* huius poëmatis, quod constat 541 senariis, nullam mentionem ingessit Allatius; quod plane confirmat codicem Vaticanum, ex quo depromptum est, eum non vidisse. de Abaribus, qui cum aliis feris gentibus Romanorum ditionem invadere ac vi et ferro vastare iterum iterumque moliti sunt, pluribus agunt scriptores Byzantini. nos in monito et notis ad hoc poëmation, quantum satis est, diximus. Heraclius secundo bello contra Chosroam suscepto adeo praeclare rem statim gesserat, ut anno vertente 626 fere in desperationem actus Chosroës *advenis*, ut ait Theophanes *p.* 263, *civibus et famulis, ex omni nimirum genere viris adlectis*, ultima experiri decreverit. *Sarbarum vero cum reliquo exercitu Cpolin versus misit, ut initis pactis cum Hunnis* (*Abares eos vocant*) *Abaribus, Sclavis, et Gepidibus, una simul omnes urbem impressione facta adorirentur.* sed ut in Perside, sic etiam ad Chalcedonem Persarum spes conciderunt, Abaresque eorum foederati, dei ac virginis deiparae ope, fusi ac caesi sunt. nimirum Pisida urbem a barbarorum insidiis non tantum arte et armis quantum miraculo servatam fuisse contendit. huius enim belli contra Abares principem ducem statuit fuisse virginem ac deinde Sergium patriarcham, qui virginis mandata in preces et lacrimas effusus exciperet atque exsequeretur. propterea enim sic adloquitur v. 234: *ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων ἀντεστρατήγεις ἐξ ἀΰλου καρδίας τοῖς ἀντιτέχνοις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις. τόξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα, πύργους δὲ πίστιν, καὶ βέλη τὰ δάκρυα.* sed quod verum est, acriter pugnatum est terra et mari, ut ex Chronico Paschali *p.* 391 et seqq. intelligitur. quamvis autem cives Cpolitani strenue se gesserint in hoc bello, et Heraclius in Perside detentus de salute urbis valde fue-

rit sollicitus (v. 278), nihilominus illud plane ultimum fuisset p. XIII
urbis exitium, nisi praesens de caelo advenisset praesidium et munimen. porro, si fides habenda est auctori Chronici Paschalis, ipse Abarum dux Chaganus nonnisi territus destitit ab urbis expugnatione, quod deiparam vidisset pro Cpolitanis dimicantem. *καὶ τοῦτο ἔλεγε τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφοροῦσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν.*

3. *Ἀκάθιστον ὕμνον, hymnum acathistum,* qui ob victoriam de Abaribus in recens memorato bello relatam scriptus fuit, nemo, quod fateor, inter opera Pisidae recensuit. nos qua ratione ducti vel quibus argumentis freti id faciendum duxerimus, suo loco exposuimus. si cui tamen nimis infirmae ac leves nostrae coniecturae videbuntur, is plane cuivis potius quam Pisidae hunc hymnum attribuat. verum scripsisse Pisidam, ut cetera omittam, inde etiam fieri possit probabilius, quod ipse in superiori poëmate post descriptionem belli Abarici populum Cpolitanum ad hymnum concinendum hortatur v. 502.

4. *Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, in sanctam Iesu Christi dei nostri resurrectionem.* breve est poëmation, constans 129 senariis, in quo Pisida, sumpta occasione a magno Paschatis festo, Christianis praeceptis imbuit filium Heraclii, Flavium Constantinum, eumque ad imitanda praeclara gesta patris inflammat. scribebat haec poëta circa annum 627, quo tempore Heraclius iterum in Persidem profectus Chosroam penitus devicit. hortatur enim filium v. 112, ut eloquentiae studio incumbat, qua munitus possit patri reduci gratulari eiusque virtutem, et pietatem commendare: *ἀλλ' εὐτρεπίζε τοῦ λόγου τὴν ἀσπίδα, ὅπως πρὸ πάντων εὑρεθῇς πρωτοστάτης φράζων ἐκείνους τοῦ πατρός σου τοὺς πόνους οὓς ἀντὶ πάντων ἐκτελεῖ καθ' ἡμέραν.*

5. *Ἡρακλιὰς ἤτοι εἰς τὴν τελείαν πτῶσιν τοῦ Χοσρόου βασιλέως. Heraclias sive de extremo Chosroae Persarum regis excidio.* duae sunt Acroases, in quibus Pisida raptim et cursim res p. XIV
omnes ab Heraclio cum domi tum bello gestas enarrat, quae causa opinor fuit ut *Heracliados* titulum ipsis imponeret: nam quod ad ultimam cladem Chosroae vel ad secundum contra Persas bellum spectat, id quidem satis leviter attingit, quamvis hic sit praecipuus argumenti scopus atque illuc a principio sermonem

intendat. sed cum ipse primae, non autem secundae expeditioni adfuerit, et ut res actae essent admodum obscure nosset, in laudes Heraclii excurrere atque vagari coactus est, ea quae magis dictu et scitu digna erant praetermittens. nimis enim impatiens morae hoc opus, ut videtur, aggressus, statim ac nuntium de Persis subactis et de Chosroa occiso Cpolim adlatum est, ipse suis hisce versiculis victori domino laetus et gaudens voluit occurrere. rem plane gratiorem, et quae plus haberet utilitatis, fecisset Pisida, si operam suam usque ad id tempus distulisset, quo in urbem se recepit imperator: tunc enim ea ipse audire ac nobis tradere potuisset, quae iam sciri desperandum est. nunc autem adeo leviter res innuit, ut saepe divinandum sit quo mens eius spectet. Allatius, qui, ut iam dictum est, *Heracliadem* cum opere superius laudato *de Expeditione* unum esse censuit, quaedam ex eo desumpta referri adfirmat ab Iohanne Tzetza *in Chiliade* 3 *hist.* 66. *ibi,* enim ait, *octo Pisidae iambos producit, qui more illius poëtae elegantissimi sunt.* sed praeterquam quod frustra septem hos iambos (septem enim sunt) quaeras in Pisida, certum est eos esse ipsius Tzetzae, ut recte ante nos observavit Fabricius et fusius a nobis demonstratur in notis *Acroas.* 1 23 et 2 236.

6. Ἑξαήμερον ἢ κοσμουργία, *Hexaëmeron sive de mundi opificio.* hoc carmen, quod sane ceteris praestat operibus Pisidae, edidit omnium primus Fridericus Morellius Friderici filius, typographus regius, una cum senariis *de vanitate vitae* aliisque fragmentis Gr. Lat. Lutetiae 1584, 4, eiusque cura et diligentia factum est statim ut Pisidae nomen iam a multis saeculis oblivioni traditum coeperit reviviscere ac per ora virum φιλελλήνων volitare. at quod mirere, Hieronymus Brunellus S. I. paucis post annis idem opus Hexaemeri sub Cyrilli Alexandrini nomine typis vulgavit, una cum Nazianzeni quibusdam carminibus, et hymnis Synesii, Graece tantum hoc titulo, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, *Romae apud Franciscum Zannettum* 1590, 8. verum an recte esset Cyrillo attributus liber, videtur dubitasse idem Brunellus: ita enim ait *in Praef. poëma iambicum* de plantarum, et animalium proprietatibus *adiecimus, quod a D. Consalvo Ponce de Leons, viro non minus eruditione*

quam generis nobilitate praestanti, munus acceperam, ipse vero ex Guilelmi Sirleti Cardinalis exemplo describendum curaverat. adscribitur quidem, ut videtur, Cyrillo Alexandrino, qui fuit olim et adhuc est ob ingenii, doctrinaeque monumenta praeclara non modo Graeciae totius, verum ecclesiae universae orthodoxae lumen. neque meum ego de huius opusculi auctore iudicium interpono; sed certe cuiuscunque sit, a veterrimis gravissimisque patribus aut verborum lepore et elegantia aut, quod caput est, pia religiosaque doctrina nulla ex parte videtur abhorrere. ita enim praestantis illius divinaeque naturae maiestatem infinitam, singularem in omnes mortales beneficentiam, admirabilem sapientiam, potissimum, quae in rebus creatis elucet, incredibilem in rebus omnibus maximis et minimis tuendis regendisque providentiam paternamque procurationem ostendit, ut legentium animos ad dei veri cognitionem traducere atque ad eius amorem inflammare facile possit. ita porro singulas plantarum vires et animantium facultates eleganti concinnoque versu prosequitur, ut non modo Theophrasti libros et Aristotelis, verum etiam Dionysii Areopagitae ac reliquorum patrum scripta de dei augustissima natura Christique liberatoris nostri mysteriis in pauca quodam modo conferat et sub uno prope ponat aspectu. haec ex Brunello nobis placuit referre, cum quia satis belle ea omnia in Hexaëmeron Pisidae dicta sunt, tum etiam quia ad Pisidam ipsum spectant laudes in auctorem operis congestae. nam quod Brunellus de Georgio nostro ne minimam quidem ingesserit suspicionem, id plane factum est eo quia Morellianae editionis nullam, ut videtur, habuit notitiam, ipse autem in codicem incidit qui falsum praeferebat Cyrilli titulum, ut apertius demonstrabitur cum de codicibus opera Pisidae continentibus agemus. neque enim excusandus Allatius, qui eodem in loco editionem Hexaëmeri a Brunello procuratam Romae statuit esse anteriorem editioni per Morellium factam Parisiis, et tamen fatetur Romanam esse anni 1590 et Parisiensem anni 1584. sed de hac ipsa editione Parisiensi, quam Allatius anno 1584, Fabricius autem 1585 consignat, ne quid omittam quod dubium creare possit, illud etiam monebo, me duo vidisse exemplaria in bibliotheca Vaticana, quorum unum praefert annum 1584, alterum 1585, sed nulla inter utrumque vel minima est differentia. non sane par

p. XV

est credere eundem librum bis fuisse editum duobus annis sibi proxime subsequentibus, sed ipsam potius editionem sub finem anni 1584 inceptam usque ad initium 1585 protractam fuisse, quod eiusdem Morellii epistola nuncupatoria ad Sirletum Cardinalem videtur suadere: data est enim die tertia mensis Octobris exeuntis anni 1584. porro paucis post annis idem opus ad amussim, sed minus eleganter recusum est ex editione Morelliana Heidelbergae hoc titulo: *Ἑξαήμερον ἤτοι ἡ κοσμουργία τοῦ Πισίδου διακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας. τοῦ αὐτοῦ ἰαμβεῖα εἰς τὸν μάταιον βίον. Opus sex dierum, seu mundi opificium Georgii Pisidae diaconi et referendarii, Cpolitanae ecclesiae poëma. eiusdem senarii de vanitate vitae. e typographio H. Commelini anno* 1596, 8; quo in titulo cur Pisida, qui Graece inscribitur *χαρτοφύλαξ*, Latine dicatur *referendarius*, plane non assequor. verum hic error fuit Morellii, qui primus pro *chartophylace* reddidit *referendarium*. praeter has autem non novi alias esse factas divisim eiusdem *Hexaëmeri* editiones, coniunctim autem cum aliis poëtis vel patribus iterum iterumque prodiit in lucem. exstat enim Graece et Latine in corpore Poëtarum Graecorum Tragicorum et Comicorum Genevae 1614 *tom.* 2 *p.* 241, nec non in appendice Bigneana Bibl. Patrum Paris. 1624 *p.* 387, et in editione Bibl. Patrum Morelliana Paris. 1644—1654 *tom.* 14, Latine autem tantum in Biblioth. Patrum Paris. 1589 *tom.* 8 *p.* 318, et in *tomo* 12 Bibl. Patrum edit. Lugduni *p.* 323. verum nemo ex iis, qui toties recudendis operibus Pisidae manum admoverunt, a Morellio paullisper discedere nec quidquam addere vel immutare ausus est, omnesque in eius fide omnino acquieverunt. nos autem de Morellii diligentia in edendo Graeco textu nil querimur: ipse enim non ex eodem Sirleti codice, quo postea usus est Brunellus, quod imprudens asseruit
p. XVI Fabricius *tom.* 7 *p.* 692, suam adornavit editionem, sed plures codices undique conquisivit ac recensuit, quod ipse affirmat in laudata epistola nuncupatoria. verum non satis probamus eius e Graeco versionem, quam dura admodum lege sibi praescripta, ut Pisidae iambos totidem Latinis iambis exprimeret, obscuram adeo et inficetam pluribus in locis reddidit, ut non unum audiverim gravem virum, Graecis litteris non imbutum, confitentem se nihil omnino ex ea ad intellectum capere adiumenti. itaque

novam ex integro versionem instituere decrevi. sed ne videremur nostris nimium plaudentes aliena vituperare, e regione textus Morellianam apposuimus, nostram autem in ora extrema libri subiecimus, ut quam quisque malit legat et sequatur. ac mens quidem nostra etiam erat iambo iambis reddere, sed veriti ne id quod vitio vertimus Morellio, nobis quoque eveniret (difficile enim esse novimus obscuri poëtae versus totidem versibus velle declarare), idcirco de sensu et vi verborum tantum solliciti paullo liberiorem confecimus versionem. multam autem operam in *Hexaëmero* illustrando insumpsimus: nam et prolegomena praemisimus et adnotationes adiecimus, ut quod maximum est opus Pisidae, integrum ex omni parte prodiret in lucem, ac nullam aliam in posterum desideraret manum adiutricem. in editione Graeca Brunelli constat poëma iambis 1860, in Graeco-Latina Morellii 1880. nostra usque ad 1910 versus exhibet: aliquos enim senarios alibi omissos et hinc inde ex codicibus excerptos suis locis restitui curavimus. neque, ut videtur, sperandum est amplius ut in maiorem numerum excrescant hi senarii, etsi Suidas testetur, ut superius dictum est, ter mille olim constitisse *Hexaëmeron*, et Labbeus *p.* 385 Bibl. novae mss ex Catalogo Scipionis Tettii memoret Pisidae Cosmopoeiam ter mille versus complectentem. opus est Sergio patriarcha suadente susceptum, eique multa laudum commendatione dicatum. in eo, sub tecto Procli nomine, Iohannem Philoponum peti in mentem venit primum Caveo, ac deinde etiam Oudino, quod a nobis in Prolegomenis latius expenditur: sed perperam inde ipse Cave et Oudinus iudicarunt idem hoc esse opus cum poëmate, quod a Georgio nostro *μέτροις ἀρίστοις ὥσπερ εἴθιστο γράφειν*, contra Philoponum exaratum esse prodit Nicephorus *lib.* 18 *c.* 48. nam et errasse Nicephorum et falsam omnino esse coniecturam a Caveo inde petitam mox demonstrabimus, cum de poëmate in *Severum* agemus. ceterum Pisidae Cosmopoeia tota referta est piis sententiis, quibus ad divinam maiestatem contemplandam ex rebus creatis mens humana maxime erigitur. scriptum est, ut videtur, hoc opus circa annum 629, quo tempore Heraclius secundo bello confecto iam Persidem subegerat. ita enim Pisida Sergium pro Heraclio orantem inducit v. 1845: *καὶ δὸς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος τὸν κοσμορύστην, τὸν διώκτην Περσίδος, μᾶλλον δὲ*

τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα, ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφ' ἥλιον τό-
p. XVII πον. ac paucis aliis interiectis iambis v. 1856: οὕτω γὰρ ἕξει πιστὰ νικητήρια νίκης κατ' ἐχθρῶν ἀξιωθεὶς δευτέρας, ὡς τοὺς ἀδούλους πυρπολήσας βαρβάρους.

7. *Εἰς τὸν μάταιον βίον, de vanitate vitae,* carmen iambicum, quod iambis Latinis redditum edidit cum *Hexaëmero* Morellius, ac toties recusum est deinde quoties *Hexaëmeron* ipsum iterum typis mandatum est. mutilum et imperfectum esse omnes tradiderunt post Morellium, qui, ut videtur, in eo codice, quo usus est, ea verba invenit in fine quae operis defectum apud Graecos significant, hoc est λείπει τἆλλα. at nos nec ea verba deprehendimus in codice Vaticano, neque ex sensu ipso aliquid desiderari intelleximus, quanquam adhuc alia argumento congruentia addi potuisse a Pisida nemo negabit. verum utrum ille id fecerit necne, plane incertum. opus ut nunc est, constat iambis 262. Oudinus 20 capita continere, nonumque Iohannem Philoponum tacito nomine arguere asseverat: sed quibus rationibus ductus id affirmet, ignoramus. nam nec ulla capitum distinctio apparet in poëmate, nec de Iohanne Philopono leve quoddam ullibi est iudicium. quare errasse Oudinum nobis certum est, qui quod alii de *Hexaëmero* tulerunt iudicium, ad hoc opus arbitratu suo transferre non dubitavit. ceterum hoc etiam poëmation Sergio patriarchae est inscriptum, quem de more Pisida ingentibus effert laudibus, et contra superbos et tumidos homines veluti quoddam insigne humilitatis exemplar proponit v. 233: εἰ καὶ πέτῃ γὰρ καὶ τὸν αἰθέρα τρέχεις, ταπεινὸς ἦσθα καὶ συνέρχῃ τοῖς κάτω. nulla autem est nota temporis, ex qua coniicias quando Pisida hoc opusculum scripserit. quamobrem cum nullam certam sedem sibi reposcat, ab Hexaëmero seiungere noluimus, cuius quaedam veluti appendix, si argumenti similitudinem spectes, videri possit. antiquam versionem Morellii, quod item servatum est in Hexaëmero, retinendam censuimus, novam textui subiecimus, operis perspicuitati, quantum in nobis erat, consulentes.

8. *Κατὰ δυσσεβοῦς Σευήρου Ἀντιοχείας, contra impium Severum Antiochiae.* carmen est constans iambis 731, saepe adeo obscurum et implexum, ut saepe etiam stilum vertere et caput scabere mihi contigerit, cum de eo reddendo cogitarem. auctorem operis esse Pisidam plane non est dubitandum: nam

praeterquam quod stilus idem est ac Georgio plane conveniens, in cod. Vaticano aliis eiusdem scriptis adnectitur hoc titulo *Τοῦ αὐτοῦ κατὰ δυσσ.*, ac praeterea ipse Pisida sibi testis est amplissimus in principio et in fine poëmatis dicens se nimis fortasse imprudenter gessisse, qui a rebus ab Heraclio in bello gestis describendis ad dogmaticas quaestiones exiliter pertractandas animum traduxerit. *ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν βαρβάρων καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος ἀπαλλαγέντας ἠρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις, ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν εὐεργέτης ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχι-* p. XVIII *κῆς χειρουργίας τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον.* quibus iambis, quos legas in operis exordio v. 24, Pisida bellum Abaricum et Persicum ab Heraclio feliciter susceptum atque a se ipso descriptum aperte designat. sed clarius hoc etiam demonstrat in fine v. 693, ad eundem imperatorem conversus dicens: *τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων τοῖς σοῖς ὑποστήριζε τοῦ λόγου τόνοις. οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους, ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις πτώσεις τυράννων καὶ τροπὰς ἐναντίων καὶ τοὺς πολυσχεδεῖς τε καὶ πολυτρόπους τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους.* Georgium Pisidam esse, qui de Heraclio ac de se ipso ita scriberet, nemo plane negabit. sed tamen erunt quibus ea primum inde orietur admiratio, quod altum sit de hoc poëmate silentium in Suida, qui alioquin satis diligens videtur in recensendis operibus Pisidae; deinde autem quod nec Maltretus ipse, qui de iisdem omnibus operibus edendis cogitarat, aliquam de eo fecerit mentionem. verum Suidas, vel qui in Suidam intulit articulum de Georgio Pisida, omnia eius scripta minime novit: nam nec de opusculis superius laudatis *εἰς ἀνάστασιν* et *εἰς τὸν μάταιον βίον* aliquid dixit; nec de aliis, quae forsan exciderunt, ut ex fragmentis colligere licet, aliquam nobis suspicionem ingessit. Maltretus autem, qui, ut videtur, nonnisi ex Suida intellexerat quae scripsisset Georgius, ea ipsa quae descripta invenerat in Suida sibi mitti petiit ab Holstenio, eaque tantum recepta se editurum promisit. itaque Pisida hoc scripsit poëmation circa annum 630, quo tempore a bello Persico expeditus Heraclius ad sedandas turbas a Monophysitis excitatas in ecclesia se converterat: aperte enim id declaratur v. 72: *ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου ἡ πρακτική τε καὶ σοφὴ στρατηγία πρὸς τὰς γράφας μετῆλθεν ἐκ τῶν βαρβάρων, ὅπως ὁ πείσας ἠρε-*

p. XIX *μεῖν τοὺς βαρβάρους πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἠρεμεῖν τὰς αἱρέσεις.* contra quem autem et qua mente haec scripserit Georgius, multis disputavimus in Monito, quod hoc ipsum poëmation praecedit. recte quidem in *Severum* habet titulum: nam quemlibet esse dicas eum quem sub hoc nomine exagitat Pisida, Monophysismi errores plane hic refutantur, cuius haereseos idem Severus maximus patronus fuit. sed nostra quidem sententia est, sub nomine Severi episcopum aliquem intelligi, qui Severi placita et doctrinam contra catholica dogmata tum temporis acriter tueretur, et huius sectae post Severum aliosque eius asseclas caput et pater exsisteret. nam eum esse Iohannem Philoponum, qui Severi tempore florebat et a Severi partibus primum stetit, deinde vero ab eo discedens Tritheismi sectam constituit, ut in Prolegomenis ad *Hexaëmeron* declaratum est, non concedimus Allatio aliisque, qui eius auctoritatem secuti sunt. et cur enim malis Philoponum, de quo nihil in toto poëmate occurrit, quam Severum ipsum, qui diserte nominatur, suis hisce iambis petere Pisidam? sed Allatium aliosque in errorem adduxit Nicephorus Callistus, inter eos qui contra Philoponum scripserunt Georgium nostrum sic adnumerans lib. 18 c. 48: *ἐπὶ δὲ τούτῳ* (i. e. post Leontinum monachum) *καὶ ὁ θαυμάσιος διάκονος καὶ ῥεφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισσίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβοις μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιβάς, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννύς, οὕτω πως διεξέρχεται, σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον. ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν· εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν, γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις. ὃ δέ φησι, τοιοῦτόν ἐστιν. ὁμολογεῖς, φησί, φιλοπονώτατε καὶ φιλοσοφώτατε, δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ λόγῳ, μίαν τῆς θεότητος καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότητος· εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συνεληλυθέναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησί· μία γὰρ καὶ μία δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία. γέλως γοῦν εἴ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο*
p. XX *κατηγοροίη τινά, καὶ αὖθις ἔν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο.* haec autem omnia recte a Nicephoro ad Pisidae verba explananda dicta esse fatemur, sed Pisidam ipsum hic impugnare Philoponum negamus. error enim Philoponi praecipuus fuit ut hypostases a naturis non distingueret, ac proinde tres naturas in SS. Trinitate adfirmaret, unde tritheita passim audit; ad quam sententiam

refutandam nil faciunt iambi quos ex Pisida profert Nicephorus. error autem Severi atque omnium Monophysitarum fuit ut unam ex duabus in Christo naturam post unionem, hoc est in incarnatione, adsererent; cuius deliramenti praestigias nequeas melius detegere atque impugnare, quam si cum Pisida dicas: *heus tu, Severe, si te non repugnante altera est divinitatis, altera vero humanitatis in Christo natura, quomodo alteram et alteram unam esse dicis? nonne hoc etiam pueris ridendum erit, qui plane norunt ex una et una non unam sed duas coalescere naturas?* atque haec ita plane accipienda esse operis contextus demonstrat: ita enim atque hoc plane sensu laudati a Nicephoro iambi in Severum intorquentur, ut videre est v. 633 et seqq. inde autem etiam colligas evidenter omnes post Nicephorum alucinatos esse scriptores, qui eo duce dixerunt Pisidam hisce senariis Philoponum lacessere. itaque Allatius primum hoc testimonio Nicephori fretus asserere non dubitavit Georgium nostrum aliquo scripto Iohannem Philoponum eiusque sectatorum haeresim oppugnasse; Caveus autem et Oudinus eiusdem Nicephori auctoritate et fide moti in Philoponum scripsisse Pisidam pro re certa habuerunt, sed cum quod hoc esset opus in Philoponum scriptum ignorarent, omnia perperam miscentes et in unum confundentes, non aliud quam Hexaëmeron illud esse iudicarunt: cum autem in eo poëmate Proclum nominari animadvertissent, nullam aliam esse rationem autumarunt conciliandi Pisidae cum Nicephoro, quam si dicerent sub tecto Procli nomine Philoponum intelligi. sed Fabricius nec Oudino et Caveo concedit idem unumque esse opus in Philoponum cum Hexaëmero, nec cum Allatio consentit, qui singulare poëma adversus eundem Philoponum admittit, sed potius existimat Pisidam tribus illis tantummodo versiculis tritheismum Philoponi eiusque computandi in divinis temeritatem perstrinxisse. sed haec omnia ex ingenio unumquemque suo minus recte adfirmasse iam constat ex hoc poëmate in *Severum*, in quo Pisida Severum ipsum, non Philoponum insectatur. utrum autem Niceta Choniates, quem Allatius ait lib. 10 *Thesauri orthodoxae fidei adversus Monophysitas* eosdem tres versus laudare, dicat esse illos contra Philoponum scriptos, plane nescio. quanquam enim multum studiose huius Thesauri codices in Romanis bibliothecis conquisiverim, nullibi

tamen mihi contigit eos invenire; ut omnino admirarer unde hoc Nicetae testimonium hausisset Allatius. nuper autem cum Florentiam fausto clementissimi principis adventu cohonestatam venissem, codicem bibliothecae Medico-Laurentianae Thesaurum Nicetae continentem diligenter evolvi, et librum decimum iterato legi, nec uspiam tamen memorari Pisidam deprehendi. quare suspicio mihi orta est, in eo codice forsan aliqua esse omissa ex iis quae in Allatiano legebantur. fatear enim, sicuti mentionem Pisidae ingessit Niceta, id plane facere debuit eo in libro quem Allatius designat: ibi enim multum apposite variorum auctorum de Monophysismo sententiae referuntur.

9. *Ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον: encomium*
p. XXI *martyris Anastasii,* quod olim fuisse ms in bibliotheca Antonii Augustini testatur Allatius. nos diu quaesitum tandem invenimus in nuper laudata bibliotheca Medico-Laurentiana *Plut.* 9 n. 14: sed nonnisi magno pretio nobis licuit eius apographum obtinere, et quod durius est, opus etiam fuit illud Florentiam iterum mittere et cum autographo conferre, propterea quod amanuensis inutili ac plane ridicula quadam diligentia codicis characteres nexus litterarumque ductus omnes conatus exprimere, ea ne legi possent effecerat. ex qua re mirum quot mihi sunt ortae molestiae: nam quinque integri anni deinceps elapsi sunt, antequam hoc grande negotium absolutum reciperem. encomii vel orationis auctorem esse Pisidam faciunt, ut credamus et nota temporis et rerum affinitas et stili cum stilo nativa germanitas; quae omnia, ut nobis quidem videtur, satis aperte demonstrantur. ceterum unum hoc exstat Pisidae opusculum soluta oratione scriptum: nam alia quidem hoc modo eum scripsisse nec affirmare possumus nec negare. sed hoc ipsum e tenebris in lucem nunc prodire forsan gaudebunt viri eruditi, apud quos certum et inconcussum iam erit Suidae de Pisida testimonium dicentis scripsisse nostrum praeter cetera *καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον*, non autem *εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον*; quod iam praeter ceteros antea viderat Alex. Politus *in Martyrologio Rom. illustr. p.* 367, dicens: *Suidas inter scripta Georgii Pisidae refert ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον, qua de lectione non erat quod inquireret Kusterus, quod sciolus nescio quis ibi fecerat εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. scripsit etiam Georgius Pisida,*

εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. unde magis fit verisimile scripsisse etiam Pisidam encomium in S. Anastasium martyrem fortissimum atque celebratissimum.

10. *Ἐπιγράμματα καὶ ἀποσπασμάτια, epigrammata et fragmenta,* quae multo studio et diligentia ex libris cum editis tum ineditis collegimus, ut videre est in fine: nihil enim hic iuvat repetere ea quae alibi fusius exposita ac pertractata sunt.

Haec itaque sunt indubia opera Pisidae, quae usque ad hunc diem nobis obtigit reperire ac reperta vulgare. sed ex iis alia ipsum scripsisse coniicimus: cum enim inter fragmenta occurrant plures iambi, qui in recensitis opusculis non inveniuntur, ad aliquem deperditum libellum eos pertinere manifestum est. id autem ipse Pisida suo testimonio videtur confirmare: ait enim *Acroas.* 3 381 *de Exped.* *ὅμως δὲ μικρῷ καὶ βραχυδρόμῳ σκάφει τὴν σὴν θάλατταν ἐκπερᾶν εἰθισμένος ἥμαρτον οὐδὲν μὴ διαπλεύσας ὅλην.* si autem assuetus erat in Heraclium excurrere *μικρῷ σκάφει,* hoc est parvis poëmatiis de eo scribere, profecto alia iam ediderat, antequam hasce acroases vulgaret. sed nullum eius exstat opus, quod acroases ipsas praecesserit: igitur si quid scripsit, deperditum est. quin etiam in *Abaricis v.* 307 pacis tempore se plura dicturum pollicetur de gestis Heraclii. sed quae p. XXII post pacem cum Persis sancitam edidit, sunt poëmata in *Hexaëmeron* et *in Severum,* in quibus pauca admodum attingit de Heraclio. neque suam fidem omnino liberasse Pisidam dixeris in *Heracliade:* quamvis enim eo in poëmate omnia imperatoris gesta complecti voluisse videatur, quam leviter tamen ea pertractarit ipse sensit, ac fassus est, dicens in fine Acroas. 1 238 rerum copia urgeri ac premi, et pauca tantum e multis delibare, donec ipse imperator in urbem reversus liberiorem ei praebeat dicendi facultatem. ut igitur nostra fert opinio, praeter ea quae nunc prodeunt in lucem opera Pisidae, alium quendam libellum iambico metro *ὥσπερ εἴθιστο* exaravit, in quo res ab Heraclio in Oriente gestae fortasse accuratius expendebantur. quam nostram sententiam etiam Michaëlis Pselli auctoritas videtur confirmare, ut dicetur infra, cum de stilo Pisidae agemus.

Nunc autem, an alia etiam scripserit, videndum est. nam Possevinus quidem in catalogo mss Graecorum ad calcem *tom.* 3 sui *Apparatus* ait in bibliotheca Vallicellana adservari codicem,

in quo Pisidae *de gestis imperatorum Cpolitanorum* historia continetur. Iohannes autem Georgius Herwartus ad Hoëmberg in suis *de re chronologica* capitibus, Usserius aliique non dubitarunt Georgio nostro attribuere celeberrimum illud chronicon, quod primum Fastorum Siculorum ac deinde Chronici Alexandrini et Paschalis lemmate vulgatum est. sed quod ad bibliothecam Vallicellanam spectat, quam patrum Oratorii humanitate saepe adire et totam perlustrare mihi licuit, plane assentior Leoni Allatio, qui Possevini auctoritatem ita convellit. "licet anxie librum quaesiverim, saepeque indicem et potissimam librorum partem pervolverim, ad hunc tamen diem nusquam tale opus occurrit. o utinam, quod non credo, esset. errorem inde natum existimo: nam qui librorum Graecorum indicem confecit, cum in cod. B. 112, antiquo satis et optimae notae, sed parvae molis libro, historiam de imperatoribus Cpolitanis in principio reperisset, eam tamen *ἀκέφαλον* plurimarum paginarum amissione, quam postea opus in Hexaëmeron Georgii Pisidae excipiebat, nec, ut par erat, animadvertisset historiam primam de imperatoribus Constantini Manassae Synopsim esse, eam Georgio Pisidae, sequentis operis auctori, sed oscitanter nimis, donavit et harum rerum anxiis fucum fecit." quod autem Herwartus ex Suida probare contendit, chronici Paschalis scriptorem fuisse Pisidam, qui, ut ipse ait, aevo Heraclii florebat eiusque res gestas, et Persica bella oratione libera composuit, quam sit ridi-
p. XXIII culum, apparet ex iis quae de testimonio Suidae superius dicta sunt. nam Herwartus ea ipsa Suidae verba, *Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια· εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον*, ad hoc chronicon significandum inani conatu detorquet, quasi Pisida uno tantum opere coeptos ab orbe condito usque ad Heraclium et Persicum bellum Heraclii Annales prosecutus sit. ita enim *τὸ εἰς* interpretatur, ut valeat non *de Heraclio* sed usque *ad Heraclium*, interpunctione ante *εἰς* omnino sublata. hoc autem vanum esse Herwarti commentum demonstravit Matthaeus Raderus in *Praef.* ad hoc ipsum chronicon, quod Alexandrinum inscripsit atque edidit, ex ipso Suida satis aperte evincens Hexaëmeron Pisidae esse opus a ceteris distinctum. sed et Raderus ipse de Pisidae scriptis loquens alucinatus est: nam primum ex ms cod. A. bibliothecae Augustanae, in quo

legitur *Γεωργίου διακόνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τοῦ Πισίδους προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου δι' ἰάμβων στίχων*, recte omnino colligit hoc opus esse ἔμμετρον et versu conscriptum, sed perperam deinde statuit mille octingentos octoginta eiusdem operis versus, quos habuisse prae manibus editos adfirmat, aliud non esse quam quoddam totius argumenti prooemium, quod etiam Vossius *de Hist. Graec. tom.* 4 *p.* 143, Raderi auctoritate motus, imprudenter asseruit. ecquis enim non intelligit in codice Augustano vocem *προοίμιον* idem plane sonare ac *ἀρχὴ τοῦ Ἑξαημέρου*, hoc est *initium Hexaëmeri*, vel *incipit Hexaëmeron?* quis autem credat operi trium millium versuum, ut placet Suidae, mille octingentorum et octoginta esse affixum prooemium? sed et legenti patet Hexaëmeri prooemium constare tantum quinquaginta prioribus iambis, post quos statim incipit poëma eo versu, *πηγὴ μὲν οὖν πέφυκε τοῦ λόγου μία.* secundum erravit Raderus, quod Pisidam scripsisse *historiam de Heraclio καταλογάδην* dicat, eiusque rei testem Suidam exhibeat, quod esse falsum alibi demonstratum est. nam quae Suidas ait scripsisse Pisidam de Heraclio, iambis contineri vidimus, nec ullam aliam historiam lexicographus memorat, ad quam chronicon Paschale referri posset. itaque cum Herwartus tum Raderus in Suidae textu explanando falsi sunt: sed turpius Herwartus, qui ex eo gloriatur in suis *Capitibus Chron.* detexisse eiusdem chronici Paschalis auctorem esse Pisidam, nec sensit quam sit ineptum hoc adfirmare, cum Suidas dicat Pisidam iambico metro esse usum, et chronicon Paschale soluta oratione sit exaratum. at Raderus contra nullo modo ex Suida affingi posse Pisidae hoc chronicon recte contendit, sed male ipsum Pisidam historiae cuiusdam Heraclianae esse auctorem concedit. quin etiam chronicon scripsisse Pisidam non audet omnino negare: nam aliud chronicon anonymum ms in bibliotheca collegii Annaei Augustana se vidisse testatur, quod ex Pisida et Cyrillo decerptum dicitur in Epigraphe, statimque in principio refert apud Georgium Pisidam Adami filias primas alteram Azuram alteram Asuam nominari; unde Raderus coniiciebat chronicon Pisidae, si quod unquam fuit, a Paschali chronico esse diversum, in quo nec Asuae nec Azurae ulla fit mentio. nos autem nullum unquam chronicon scripsisse Pisidam existimamus: nam etsi concedere velimus Radero exstare codicem in

collegio Annaeo, cui titulus sit *Chronicon ex Pisida et Cyrillo decerptum*, quis tamen tantam habebit titulo fidem ut ei acquiescat, nec potius addubitet ea nomina amanuensis arbitrio apposita esse libro, cum nec quis fuerit Cyrillus nec quod sit chronicon Pisidae attributum aliunde innotescat? sed alias etiam de
p. XXIV hoc ficticio chronico redibit sermo. in chronicon Paschale autem nihil de suo contulisse Pisidam confidenter asserimus: quamvis enim (ut cum Du-Fresnio, qui novam huiusce chronici editionem adornavit, loquar *Praef. p.* 8) negari fere non possit eius operis continuatorem sub Heraclio vixisse, tum quod libri titulus in cod. Vaticano et in codd. bibliothecae Regis Catholici illud in annum 20 Heraclii vel certe in illius tempora desinere innuat, tum quod quae de eodem Augusto eiusque gestis narrantur, ac denique exscriptae prolixiores epistolae ad Persarum regem vel toparchas etc. id suadeant omnino, tamen non inde sequitur Georgium Pisidam, quod eodem Heraclio imperante vixerit, chronici auctorem haberi debere. duo autem sunt quae faciunt ut libenter Du-Fresnio assentiamur, primum quod in iis, quae de Heraclio in chronico fuse narrantur, ne una quidem vox occurrat a Pisida de iisdem rebus agente usurpata, ut cuivis narrationem chronici de bello Abarico *p.* 392 Pisidae conferenti fiet manifestum; praeterquam quod chronici stilus tam rudis est et incomptus, ut quantum licet historicum poëtae comparare, nullo modo videatur Pisidae convenire. deinde autem, ut par est credere, si nostri Georgii opus esset chronicon Paschale, non is ad annum 20 Heraclii tantum illud protraxisset, et res Persicas post interiectam illam de Abaribus longam et minutam narratiunculam tam sicco pede transisset, sed plura omnino de gestis Heraclii in Chosroam congessisset, et alia quae post bellum Persicum evenere, memoratu plane digna, attigisset; cum ex poëmate in Severum pateat, quanti idem Pisida facienda esse censuerit, quae pro ecclesiasticis controversiis componendis post pacem cum Siroë Persarum rege firmatam egit imperator. iam vero chronographum non fuisse Pisidam facile, opinor, sibi quisque persuadebit: sed iambographum egisse nemo sanus negabit. quare quid respondebimus Q. Septimio Florenti Christiano, qui idcirco ei attribuit poëmation astronomicum de *Sphaera*, quod antea sub Empedoclis vel Demetrii Triclinii nomine ediderat Parisiis

an. 1564 Fridericus Morellius? cum enim ille, doctissimus omnino vir, anno 1687 statuisset luci donare eiusdem poëmatii versionem, de eo hoc iudicium interposuit. *Empedoclis hos esse versus nunquam in animum induxi ut crederem, et qui credunt, sunt sane quam ταχυπειθεῖς, nulloque, ut mihi videtur, probabili nituntur argumento. ab iis temporibus longissime absunt, qui Triclinio Demetrio imputant; sed coniectura tamen scopum veritatis propius attingunt. quamvis enim materia haec sit vetus, recentiorum est forma, et meruit nihilominus antiquam obtinere. profecto poësis ista non longe discedit a Pisidae vel stilo vel aetate, quod iudicium facio aliorum et eruditiorum etc.* ego vero Pisidam esse auctorem non credo, et plane libenter assentior Fabricio, qui *Bibl. Graec. tom.* 2 *p.* 477 hunc ipsum *de Sphaera* libellum, iam raro obvium, iterum impressum cum docti interpretis notis non inconsultus nobis obtulit legendum, sed cuivis potius alteri quam Pisidae adiudicandum censuit, quod Christianismum eius et religionem neutiquam spirent hi v. 75 et seqq. *τοιᾷδε τάξει σχηματίζοντ' ἀστέρες, θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων. εἴτ' οὖν ἀμήτωρ Παλλὰς ὥρισε βροτοῖς, εἴθ' ἥλιος τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν, θεῶν τὸ μηχάνημα.* quinam enim fieri p. XXV possit ut Pisida, qui in Hexaëmero omnia ad pietatem et veram religionem nimium etiam studiose deflexit contra Graecos, si de sphaera et stellis egisset, earum ordinem et cursum a fabulosis gentium numinibus diceret esse constitutum? profecto haec una difficultas tanti momenti mihi visa est, ut opus ipsum attentius expendere et stilum stilo conferre supervacaneum esse duxerim. restat tandem ut etiam illud moneam, ne *Commentarios* quidem *in Epistolas Paulli*, quos Graece exstare in bibliotheca Vindobonensi ex Frisio et Possevino refert Le-Longius *Bibl. Sacr. tom.* 2 *p.* 907 sub nomine *Piscidii* vel *Pisidii* Graeci, Georgio Pisidae tribuendos esse; quem talia scripsisse nec auctoritatibus nec coniecturis evinces. sed et Frisio et Possevino etiam fides in hoc negari posse videtur, cum Lambecius et Reimannus, qui catalogos bibliothecae Vindobonensis longe accuratius confecerunt, huius Piscidii vel Pisidii in Paullum scribentis nullam ingerant mentionem.

Itaque cum iam sit apertum quae sint opera falso attributa Pisidae, non abs re quidem erit nunc aliquid dicere de codicibus,

in quibus eius genuina scripta contineri aut vidimus aut legimus. in bibliotheca Vaticana quinque sunt huiusmodi codices, quorum primus signatur num. 121. in eo praeter Cleomedis, Dionysii Periegetae, Theodori Prodromi aliorumque opera sunt *Γεωργίου διακόνου καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι εἰς τὴν Ἑξαήμερον.* codex est minutissimus, sed elegantibus litteris exaratus: iambi singulis paginis in quattuor columnas digeruntur, non ita tamen ut tota columna prima legenda sit, antequam ad secundam quis progrediatur, sed a singulis cuiusque columnae primis versibus incipiendum sit, et sic deinde veniendum ad secundos, tertios, quartos, atque eo ordine continuandum usque ad finem paginae. ceterum multis scatet erroribus, ac plures in eo desunt versus, plures sunt extra ordinem transpositi. secundus codex Vaticanus est 166, non ineleganter sed multum mendose scriptus, cum emendationibus a recentiori manu adpositis in margine. titulus est *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ ῥεφερενδαρίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, κυρίου τοῦ Πισίδου, στίχοι ἰαμβικοὶ πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Σέργιον*, hoc est *in Hexaëmeron Sergio dicatum.* ex hoc codice decem illos iambos supplevimus in principio v. 22, qui sunt in laudem eiusdem Sergii. desinit in versum 1627: *οὕτως ἕκαστα συμφερόντως ἡ χάρις*, sed pro *χάρις* habet *κτίσις*. tertius codex Vaticanus est 867, in quo 419 iambi tantum ab Hexaëmero excerpti leguntur, qui sunt de animalium proprietatibus: incipit enim a versu 938: *τίς ταῦρον ἐκράτυνεν*, et desinit in versum 1357: *πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν ἀναστρέφει.* totus est negligenter et a barbara manu exaratus, ut non dubites eum a sequioris saeculi quodam Graeco emanasse. titulus est *Γεωργίου τοῦ σοφωτάτου καὶ διακόνου τῆς τοῦ μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι.* in fine legitur *τέλος τῶν στιχείων.* interea, quod mirere, iambi non sunt *στιχηρῶς* sed in modum prosae orationis scriptae. quartus codex Vat. est 1126, membranaceus, eus formae quam dicimus in 16, nitide et eleganter
p. XXVI et, ut videtur, circa saeculum 13 a perito calligrapho scriptus. is est codex ex quo fuerunt exscripta opuscula Pisidae ab Holstenio missa Maltreto, quem Allatius non vidit, a quo apographum bibliothecae Corsinianae formatum est, et quo demum nos in hac editione procuranda usi sumus. in eo enim continentur omnia Pisidae carmina hoc titulo atque ordine *στίχοι Γεωργίου*

διακόνου καὶ σκευοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ Πισίδου εἰς τὴν Ἑξαήμερον, *in Hexaëmeron. Epigrammata, Heraclias, de vanitate vitae, contra Severum, de expeditione Heraclii, de bello Abarico, in Anastasium.* sequuntur anonymi iambi in S. Mariam Aegyptiacam, ac deinde plurima Philae carmina. nec Hexaëmeron nec poëmation de vanitate vitae exinde colligas esse mutilum: omnes enim versus utrobique sibi succedunt suo ordine coniuncti; nulla litura apparet in medio, neque in fine, quod apponi solet cum aliquid desideratur, λείπει τἄλλα legitur, ut est in Morellio. in margine sunt tituli ex minio rerum capita indicantes, quales idem Morellius exhibuit in sua editione Parisiensi. codex, ut videtur, e Columnensium domo ad bibliothecam Vaticanam transivit: habet enim in principio haec verba, *hoc volumen est mei Nicolai Bartholomaei de Columnis.* quintus codex Vat. est 1281, bombycinus, extra et intus praeferens stemma domus Caraffae. in prima pagina legitur *Antonii Card. Caraffae bibliothecarii munus ex testamento.* sequitur hic titulus: τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρίας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην κύριον Σέργιον. sed a manu recentiori, quae videtur esse Allatii, ibidem recte est adnotatum Γεωργίου τοῦ Πισίδου. post versum 80: σιγῶσι Πρόκλοι, legitur, ἀρχὴ σὺν θεῷ τοῦ, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε. πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, e quibus verbis, si tanta esset codicis auctoritas, haec duo firma haberentur, et quod sit Hexaëmeri principium, et quem sibi ducem in eo scribendo legerit Pisida. verum hic plane est ille codex, cuius epigraphe deceptus Hieronymus Brunellus Hexaëmeron Pisidae edidit Romae anno 1590 sub nomine Cyrilli, ut supra dictum est: omnia enim respondent ad amussim, cum titulus tum iamborum numerus, qui sunt 1864. ceterum totus corruptus est et prorsus inemendatus, quanquam non ineleganter scriptus initio saeculi 15. in margine ad versum 474 huiusmodi est inscriptio περὶ τῆς ἱερᾶς νόσου *de sacro morbo,* quam in nullo alio codice reperi. sed et Morellius eandem glossam marginalem apposuit, cuius vim plane non assequor, nec antea assecutus fuit editor bibliothecae Patrum Paris. 1589. ait enim, *inscriptionem de morbo sacro non capio: malim de certaminibus et praemiis martyrum Christi.* hos quinque codices Vaticanos,

quoniam licebat, non piguit iamdiu conferre et variantes lectiones hinc inde colligere: spes namque inerat uberrimum diligentiae nostrae fructum nos esse relaturos; sed exhausti laboris tandem nos poenituit, ubi intelleximus eos omnes esse tam imperite et oscitanter scriptos, ut nullam utilitatem ex eorum lectione capere possis, si tamen laudatum codicem 1126 excipias, quem unum perlustrasse et expendisse accuratius satis fuisset. sed et alium codicem bibliothecae Vallicellanae signatum B 115 conferre voluimus, quem Fulvius Ursinus dono dedit Achilli Statio, ut in eodem notatum animadverti; ne cum esset ad manus, eo vel neglecto vel omisso officio nostro videremur defuisse. codex est membranaceus, in quo statim veniunt iambi Pisidae in duas columnas pulcherrime digesti et nitido characteri conspicui, sed
p. XXVII multis mendis foedati et perturbato ordine dispositi; quin et desunt non pauci: nam hexaëmeron illic versibus 1651 continetur. titulus est *Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς πατριάρχην Σέργιον περὶ τῆς Ἑξαημέρου.* cum autem paucis ante annis patrios revisurus lares Florentiam venissem, ibi mihi libuit per otium videre ac manibus versare codicem 10 Plut. 5 bibliothecae Mediceo-Laurentianae, quamvis nec aetate nec ulla scriptionis specie commendabilem, in quo habentur *Γεωργίου διακόνου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Πισίδου στίχοι ἴαμβοι,* videlicet in Hexaëmeron, qui sunt tantum numero 1427: plures enim versus omisit scriptor, ac praesertim in fine, quorum ultimus occurrit, qui nobis est 1823: *ἕτοιμος οἶνος.* id autem antea observaverat diligentissimus editor catalogi eiusdem bibliothecae p. 23, haec subdens: *in codice adcedunt hi quinque mendosi versus, qui desiderantur in editione Lectii: δόξα δὲ πάντων τῷ θεῷ καὶ δεσπότῃ τῷ ζόντι καὶ μένοντι εἰς ἀεὶ πρέπει. ἀμήν, ἀμὴν γένοιτο τῷ ἐν τοῖς πᾶσι χρόνοις τε καί γ' ἔτοισι τοῖς ἀμετρήτοις εἴτε δὲ τοῖς ἀναξίοις ἡμῖν ἐν πᾶσι καιροῖς.* at non sensit, quod tamen facile erat intelligere, putidos illos versiculos non esse Pisidae sed imperiti scriptoris, qui cum scribendi finem fecisset, amanuensium more haec effutivit de suo. qua de re tantum abest ut in editionibus Hexaëmeri hae nugae desiderentur, ut essent potius, si forte illuc irrepsissent, expungendae. venio nunc ad bibliothecam regii Taurinensis Athenaei, in qua, prout ex eius catalogo colligitur, duo sunt codices opera Pisidae continentes, videlicet 304 et 360. id cum

ego legissem, statim per epistolam rogavi cl. Patrem Beccariam, eiusdem Athenaei professorem celeberrimum et ex eo tempore, quo nos ambo degebamus Panormi, amicum suavissimum, ut qua ratione et modo posset, horum codicum notitiam ampliorem quam quae in catalogo esset mihi communicaret, is autem hanc spartam, quo nihil optatius mihi contingere potuit, dedit alteri bibliothecae custodi Francisco Bertae, viro doctissimo, atque humanissimo, qui sponte et ultro, et nulla vilis mercedis spe ductus, iniucundum onus subiit, unum ex duobus codicibus contulit, suasque in utrumque observationes ad me liberaliter misit. sed ut ipse fatetur, uterque codex mendose scriptus est saeculo 15, idque ex variantibus inde excerptis abunde patet. titulus codicis 304 hic est, *Γεωργίου διακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Πισίδου, προοίμιον εἰς τὴν Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων*, qui titulus in Catalogo p. 393 sic legitur Latine tantum expressus, *Georgii diaconi et chartophylacis sanctissimae dei ecclesiae C. P. Pisidensis, carmen in Hexaëmeron;* sed melius et ad verbum reddas, *Georgii etc. sanctissimae et magnae dei ecclesiae cognomento Pisidae, in Hexaëmeron iambis conscriptum prooemium.* is est codex cuius variae lectiones laudatissimi viri Francisci Bertae beneficio apud me sunt, e quibus tamen nullum adiumentum capere nobis licuit vel ad emaculandum vel ad locupletandum Pisidae textum: omnia enim illic sunt interpolate et barbare scripta. sed in eo etiam occurrunt decem illi senarii in laudem Sergii, quos diximus superius ex cod. Vat. 166 excerptos in Hexaëmeron nos comportasse post versum 21. quin etiam hoc in codice Taurinensi praeter decem hi alii duo adduntur versiculi: *ἡ προ-* p. XXVIII
γραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δραμάτων ἔρως προσευχῆς καὶ θεότρωτος λόγος, quos in textum non recepimus, quia nobis videbantur esse nimis inficeti et Pisidae neutiquam convenire. sed qui volet recipiat, dummodo pro *θεότρωτος*, quae putida vox est et barbara, legat *θεοπρεπὴς λόγος*. alterius autem codicis 360 titulum, cuius characteres adeo esse evanidos me monuit amice idem Berta ut vix legi possint, proferam ex Catalogo, in quo p. 485 haec habentur: *Γεωργίου διακόνου τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι πολιτικοὶ εἰς τὸ Ἑξαήμερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου*, *Georgii diaconi magnae ecclesiae*

et referendarii, cognomine Pisidae, iambici versus politici in Hexaëmeron magni Basilii, quorum initium ὦ παντός. sed hoc in titulo erravit cum codicis scriptor, qui versus politicos appinxit Pisidae, tum auctor catalogi, qui eos iambicos politicos appellat: nam ut inferius notabimus, iambis quidem scripsit Pisida, et omnino eleganter, non versibus politicis; iambicos autem versus nullo modo possis appellare politicos, cum maximum sit inter iambos ipsos et politicos discrimen. quod autem ibi deinde legitur, suos iambos scripsisse Pisidam in *Hexaëmeron Basilii,* id quam levi innitatur fundamento, ostendimus in *Monito* ad ipsum poëma *de opificio mundi.* sed hoc in codice praeter Hexaëmeron habentur etiam primum τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μάταιον βίον καὶ καθ' ὑπερηφάνων, *eiusdem de vanitate vitae et adversus superbos,* iambi, quorum initium: ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς κόρας, deinde vero στίχοι τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, *eiusdem versus de Christi Domini nostri resurrectione,* quorum initium: λευχειμονοῦσα νῦν προῆλθεν ἡ κτίσις, τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐκδιδάσκεται χρέος.

Hi sunt codices in Italiae bibliothecis asservati, in quibus opera Pisidae continentur; nec alii sunt Georgii τῆς μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, quos Conradus Gesnerus in sua Bibliotheca dicit alicubi exstare in Italia; ac proinde non immerito irridetur ab Allatio, quod ita scripserit: Γεωργίου πόνημα τοῦ καὶ Πισίδου. *Inscriptio trimetra iambica libri, qui nescio qua in Italiae bibliotheca latet, varia opuscula continens, de aestate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de sensibus nostris; physiologiam de plantis, avibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus et herbis; de generibus animalium; de locusta, de hirundine, de malo punica.* quae omnia Hexaëmeri partem constituunt. verum *en,* subiungit Allatius, *quomodo unum et continuatum tractatum in plures vir iste discerpit. an non etiam hac ratione et carmen quandoque unicus tractatus et opusculum erit?* at vero longe plures sunt operum Pisidae codices, qui in bibliothecis extra Italiam exstant: nam in sola regia Parisiensi, qua nulla post Vaticanam plane ditior est, quinque sunt codices, ut patet ex catalogo, videlicet 854, 1277, 1302, 2831, 2871, iambica carmina in *Hexaëmeron,* sive de *opificio mundi* complectentes sub aperto nomine Pisidae. sed ibidem alii quinque exstant

codices, id est 2745, 2746, 2869, 2870, 2893, in quibus idem opus venit sub falso nomine Cyrilli Alexandrini. in codice autem 1630 leguntur Pisidae iambi *de vita humana*, quorum ἀρχοτέλειαν nobis rogatus misit perhumaniter cl. vir Capperonnerius bibliothecae regiae custos, qualem hic libenter subiicimus, cum quod p. XXIX ibi alia aliter ac in editis legantur, tum quod nihil deesse in fine huius poëmatis, ut superius dicebamus, confirmetur. *τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων ἔμμετρα ἰαμβικά.*

Τὸ πρόγραμμα πρὸς Χριστόν. ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς πτύχας, ὁ τοῦ ὄνου πρὶν ἐξανοίξας τὸ στόμα. εἰ καὶ λελέχθαι τοῖς θεόπταις παντάσι τῇ τοῦ καθ' ἡμῶν εὐδιαγνώστου βίου. ὅμως ἐκείνοις χρώμενος διδασκάλοις ἐμαυτόν, ὡς ἔνεστιν, ἐμμέτρως γράφων δι' ἧς πέπομφα τῶν παθῶν ἀμετρίαν γραφεὺς ἐμαυτοῦ καὶ κατηγορημένων. ἀρχὴ τῶν ἐμμέτρων. τὴν τοῦ βίου ῥέουσαν εἰκόνα γράφων. τέλος. ὄχημα λαμπρὸν ἐκ θεοῦ πεπηγμένον, δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον. at in eodem codice 1630 sub nomine Pisidae veniunt *n.* 77 *versus heroici de eodem argumento*, videlicet, *de vanitate vitae: n.* 78 *iambi in templum quod est in Blachernis, et n.* 79 *epigrammata in Davidem, in theologum, in Horologium et in legum Synopsin;* quae omnia falso esse adscripta Pisidae me monuit laudatus Capperonnerius, cuius auctoritatem sequor non invitus: sed cum iambos *in aedem Blachernianam* Georgii esse iudicaverint alii doctissimi viri, ego eos inter *Fragmenta* recensere non dubitavi una cum aliis carminibus *in Deiparam et Sanctum Thomam aliosque*, quae ex codice 2831 exscripta tanquam genuina Pisidae opuscula, nobis communicavit idem Capperonnerius. nil autem loquar de homilia *in beatam Virginem, ac de vivifica ac salutari passione*, quae in cod. 1207 Georgio Pisidae episcopo Nicomediensi tribuitur: satis enim de hac nominum Georgii Pisidae et Georgii Nicomediensis confusione dictum est. nunc autem a Regia bibliotheca Parisiensi ad Caesaream Vindobonensem gradum facientes tres ibi codices adservari intelleximus ex catalogis Lambecii Nesselii et Reimmanni, Pisidae nomen praeferentes. ii autem sunt primum cod. 209 *theologicus*, de quo Lambecius *lib.* 5 *p.* 18, et Reimmannus *p.* 338. in eo n. 7 venit *Hexaëmeron* sub hoc titulo: *Γεωργίου διακόνου καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδη εἰς τὴν*

Ἑξαήμερον, sed pertingit tantum usque ad locum *de vermibus sericis*, cuius illic hoc est principium, ποῖος δὲ καὶ σκώληκα σηρικονόμος. secundus codex est qui in classem medicorum relatus signatur n. 48. de eo Lambecius *lib.* 6 *p.* 162 et Reimmannus *p.* 493. titulus est τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γεωργίου τοῦ Πισίδους περὶ ζώων, *Sapientissimi Domini Georgii Pisidae poëma iambicum de animalibus*, quod est Hexaëmeron: sed huius tituli respectu, ut Lambecius ait, fit eius operis inter medicos mentio tanquam ad historiam animalium pertinentis, quod omnino melius ad classem theologicam referas. circa finem huius poëmatis, nempe e regione v. 1856: καὶ δός, in margine codicis haec adscripta sunt verba, πρὸς Ἡράκλειον λέγει, et paullo post e re-
p. XXX gione v. 1880: ὁ πατριάρχης, item haec leguntur, πρὸς Σέργιον λέγει. tertius codex est, ex quo Nesselius *part.* 4 *p.* 83 et Reimmannus *part.* 2 *lib.* 2 *p.* 72 hunc titulum proferunt: *poëma vel versus iambici de animalibus avibus plantis et herbis, forte Georgii Pisidae vel Pselli, sed ab initio mutili.* id ego cum legissem, nec plane scirem unde ea oriretur circa Pisidam et Psellum dubitatio, optimum virum Nicolaum Forlosiam, unum e custodibus bibliothecae Vindobonensis, cuius consuetudine utebar incundissima, dum essem Viennae, nunc autem morte surreptum cum bonis doleo, datis litteris rogavi ut eius codicis accuratiorem descriptionem ad me mitteret. is autem humaniter rescripsit codicem nec optimae notae esse, quod placuit Reimmanno adserere, nec nitide scriptum; continere autem variorum auctorum opuscula male farta et assuta, quorum primum esset carmen iambicum in duas columnas digestum, charactere barbaro et prorsus evanido exaratum, cuius est initium: χλωρὰν δὲ τὴν ἄγρωστιν εἰ φάγει κύων. sed hic est versus 961 *Hexaëmeri* Pisidae; itaque nil habet hic quod agat Psellus. at vero praeter hosce tres codices Vindobonenses Hexaëmeron Pisidae continentes duo alii memorantur a Lambecio, in quibus occurrunt nostri Georgii fragmenta: nam in *lib.* 4 *p.* 208 dicit in codice 188, n. 22 haberi *Expositionem Psalmi* 103 εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον, ab anonymo auctore collectam ex Eusebio Pamphili, S. Maximo etc. et Georgio Pisida, cuius citantur iambi ex poëmate *de opificio mundi* desumpti; et in *lib.* 5 *p.* 106 ait in codice 241 exstare Iohannis patriarchae Antiocheni *Eclogas asceticas* ex variis scriptoribus

ecclesiasticis collectas, quos inter laudantur Evagrius *περὶ κενοδοξίας* sive *de vana gloria*, et Georgius Pisida, qui de eodem argumento scripsit. sed restat adhuc alter codex plane non omittendus, qui in Nesselio *part.* 5 *p.* 174 est 124 et in Reimmanno *part.* 2 *lib.* 2 *p.* 701 est 54: namque ex eo videtur confirmari id quod superius concedere noluimus Radero, Pisidam praeter cetera etiam *chronicon* scriptum reliquisse. eius codicis descriptionem primum Nesselius, ac deinde ex eo ad verbum sic dedit Reimmannus: *codex ms historicus Graecus, chartaceus, recenti manu scriptus, olim ad bibliothecam cl. viri Davidis Hoëschelii pertinens, quo Georgii Pisidae, diaconi et chartophylacis magnae ecclesiae Cpolitanae, et Cyrilli monachi Breviarium chronographicum ex variis historiis concinnatum, ab orbe condito usque ad Constantinum imp. Leonis sapientis continetur filium, cum interpretatione Latina e regione posita.* sed cum haec mihi viderentur inter se non convenire, a nuper laudato viro Nicolao Forlosia petii ut eundem codicem paullo attentius consideraret, et saltem titulum inde exscriptum ad me mitteret. ille autem *τόδε μοι κρήηνεν ἐέλδωρ*, ad omnia paucis rescribens. *codex est recentissime scriptus, et fortasse anno* 1573: *nam in fine cuiusdam paginae haec lego, ὑπὸ Ἀνδρέου Δαρμαρίου τοῦ Ἐπιδαυρίου τέλος λαβοῦσα ἀφξ'. titulus autem, quem puto ab imperito et rudi scriptore affictum libro, hic est: Γεωργίου τοῦ Πισίδου, καὶ Κυρίλλου. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου χρονογραφικὸν σύντομον, ὅπερ ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν συνελέξατο. στίχος ἴαμβος. δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον. ὁ μὲν οὖν Ἀδὰμ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου κ. τ. λ. in chronico nulli occurrunt iambi, qui Pisidam detegant. ceterum tuum esto hisce de rebus iudicium.* haec Forlosia. ego autem mihi videor, quod satis est, ex hoc ipso titulo colligere, quem ita vertas: *Georgii Pisidae et Cyrilli. Sancti Patris nostri Cyrilli Breviarium chrono-* p. XXXI *graphicum, quod ex variis historicis collectum est. versus iambicus. δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον cursum resumens ex Adamo temporis. igitur cum Adam eiectus esset e paradiso etc.* iam ut statim apparet, nihil putidius hoc titulo, ex quo vix intelligas quid voluerit scriptor praemonere. sed, ut mea sententia est, duo sunt tituli una simul hic perperam coniuncti. prima verba, *Georgii Pisidae et Cyrilli*, primum titulum consti-

tuunt, quae codici scriptor apposuit, quod fortasse vellet eo in libro quaedam ex Cyrillo et Pisida selecta transcribere; nisi malis hunc titulum statim fecisse libro eo quia de Hexaëmero Pisidae scribendo primum cogitaverit; cum autem ex codicibus, quos habebat prae manibus, videret modo Georgio modo autem Cyrillo illud attribui, idcirco utrumque nomen ibi recte apponi posse duxerit. quae deinde sequuntur verba, *S. Patris Cyrilli Breviarium etc.*, ad secundum titulum spectant, in quo cum nulla amplius fiat Pisidae mentio, inde fit manifestum illud chronicon ad eundem Pisidam neutiquam pertinere, quem in partem operis non vocat idem scriptor. nec rudis ille versiculus, qui postea succedit, est Pisidae, sed amanuensis, qui in fronte libri monuit *chronicon ab Adamo exordiri:* statim enim incipit *igitur cum Adamus eiectus esset e paradiso etc.*, quae tamen verba chronici aliquid deesse in principio demonstrant. nonne enim antea debuit esse sermo de creatione Adami? quod autem ad S. Cyrillum attinet, cui chronicon adscribitur, nil habeo aliud quod dicam, nisi temere hoc nominis ibi a scriptore fuisse effictum: nam ut videtur, hoc chronicon quod S. Cyrilli dicitur, non est diversum ab eo quod a Du-Cangio in *Dissert. de Hebdomo ad calcem not. in Zonaram*, ut anonymum ita frequenter allegatur, *chronicon ms ab Adamo ad Leonem Sapientem.* sed hic Cyrillum nil moror, ac de Pisida tantum sollicitus id statuo, primum nullam auctoritatem tribuendam esse huius codicis titulo, deinde vero quamquam fidem ei dandam esse quis autumet, nullo modo ex eo deduci posse Pisidam esse eius chronici auctorem, quod vere Cyrillo tantum inscribitur. haec autem mihi paullo fusius explananda erant, ut Radero occurrerem, quem supra vidimus ex epigraphe codicis Augustae in collegio Annaeo quondam exstantis ab adscribendo chronicon Pisidae non fuisse alienum; quandoquidem, ni fallor, codex quem Augustae vidit Raderus, idem ille est quem apertae falsitatis in titulo nuper arguimus, ex bibliotheca Davidis Hoëschelii civis Augustani, ad quem antea Nesselio et Reimmanno testibus pertinebat, in bibliothecam Vindobonensem, ut videtur, postea translatus. sed ut haec adhuc clarius innotescant, non omittam id quod doctissimus Montfauconius in catalogo bibliothecae Coislinianae adnotavit ad codicem 305, in quo habetur chronicon cuiusdam Georgii monachi, qui se *Hamar-*

tolum, hoc est peccatorem, appellat: namque idem plane esse chronicon Coislinianum cum Augustano et Vindobonense inde satis apparet. titulus Coisliniani hic est: *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. πρόλογος χρονικῆς ἱστορίας. Inc. πολλοὶ τῶν ἔξω φιλολόγων καὶ λογογράφων.* quae inscriptio quanquam cum inscriptione codicis Vindobonensis non videatur ad amussim concordare, attamen a sententia minime nos dimovet: nam ipso Montfauconio teste codex initio et aliis locis a re- p. XXXII centiore manu est restauratus, quin et prologus ibidem additus, qui in aliis codicibus desideratur, ut facile coniicias huic chronico scriptores ex ingenio unumquemque suo titulum fecisse. sed rem patere melius agnosces ex ipsius chronici initio, quod esse huiusmodi discimus ex Montfauconio. *Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ἧ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς καὶ θυγατέρας δύο, τὸν Καῒν καὶ τὸν Ἀβὲλ καὶ τὸν Σήθ, καὶ τὴν Ἀζούραν καὶ τὴν Ἀσούαμ.* habes igitur in hoc chronico Coisliniano fabellam de duabus filiabus Adam, quam in chronico Augustano, ut superius observatum est, Raderus dixit se legisse tanquam Pisidae testimonio et nomine firmatam. verum hic nomen Pisidae non apparet. itaque vel Raderus, dum ea legeret, alucinatus est, vel scriptoris inscitia hoc ipsum nomen Pisidae illuc irrepsit. ceterum monet Montfauconius chronicon scatere fabulis et narratiunculis ridiculis, totumque esse contextum ex longis patrum laciniis, quos inter citatur S. Cyrillus, quod scriptori codicis Augustani et Vindobonensis ansam fortasse praebuit ut chronicon Cyrillo inscriberet. id autem fiet aliquando certissimum, si quis haec duo chronica inter se conferre suscipiat, nec tertium praetermittat, quod Allatius *p.* 313 et Caveus *p.* 583 dixerunt haberi mss in bibliotheca Scoriacensi hoc titulo *Γεωργίου χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Χρονικόν*, quod, ut videtur, ipsissimum chronicon est a quodam Georgio hinc inde corrosum atque compilatum. plurimum autem iuvabit, si tanti rem esse quis credat, ea diligentius expendere quae fuse disputavit Allatius agens de Georgiis monachis, *p.* 323: cum enim ille tot chronica Georgiorum nomine inscripta memorari passim vidisset, conatus est nodum solvere, et chronicon a chronico, Georgium a Georgio di-

stinguere, et veritatem, si fieri posset, e puteo aucupari; quod tamen ei non multum feliciter cessisse nobis videbatur. sed quisnam rem implicatissimam sine omnium codicum *αὐτοψίᾳ* et consideratione melius extricasset? verumtamen certum est Allatium nullum unquam ex tot chronicis Georgio Pisidae vindicasse. ego autem cum intellexissem Allatium ipsum Georgii Hamartoli chronicon e Graeca lingua in Latinam olim vertisse, quod tamen nunquam vidit lucem, codices Vaticanos 153 et 154, e quibus versionem paravit suam, attentius consideravi, atque ex iis aperte deprehendi chronicon Hamartoli a chronicis supra memoratis, quae in aliarum bibliothecarum codicibus aliis Georgiis tribuuntur, nihil aut valde parum differre, idemque omnino esse ac Coislinianum a Montfauconio laudatum. nam praeter prologum *πολλοὶ μὲν τῶν ἔξω φιλολόγων*, quem *p.* 331 totum exscripsit Allatius, codices Vaticani eundem etiam praeferunt titulum, idemque de duabus filiabus Adam commentum his verbis: *Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλαττεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς καὶ θυγατέρας δύο, τὸν Καῒν καὶ τὸν Ἀβὲλ καὶ τὸν Σήθ, καὶ τὴν Ἀζύραν καὶ τὴν Ἀσουάμ. καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ κατὰ κέλευσιν θεοῦ ἐπέθηκεν ὀνόματα πᾶσι τοῖς τετραπόδοις καὶ πετεινοῖς καὶ ἀμφιβίοις καὶ ἑρπετοῖς καὶ ἰχθύσι καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις· τὸ δὲ αὐτοῦ ὄνομα καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἄγγελος κυρίου εἶπεν αὐτοῖς. καὶ ὁ μὲν Καῒν*
p. XXXIII *ἔλαβε γυναῖκα τὴν πρώτην ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἀζύραν, ὁ δὲ Σὴθ τὴν δευτέραν Ἀσουάμ. καὶ ὁ μὲν Ἀβὲλ κ. τ. λ.* itaque vel omnia haec chronica unum eundemque habent auctorem Georgium, si placet, Hamartolum, vel sunt ex aliis chronicis a quolibet Georgio compilata, quem esse Pisidam nemo sanus cum Radero posthac dixerit. sed haec nimis fortasse longa sunt, ut intelligas Pisidam nec codicum nec auctorum fide chronographicis scriptoribus esse annumerandum. iam tandem vero nulli alii supersunt codices eiusdem Pisidae recensendi, quam qui in bibliotheca Bavarica num. 51, Spitzelio teste, adservatur, et qui in Augustana *Plut.* 3 n. 75 ita inscribitur, *Γεωργίου διακόνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τοῦ Πισίδου, προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου διὰ ἰάμβων στίχων*, de quo etiam supra locuti sumus.

Hactenus de operibus, et de codicibus in quibus opera Pisidae continentur: nunc autem de ipsorum operum stilo aliquid dicendum est. iambi, quibus in scribendo usus est Georgius, ut plurimum concinni sunt atque elegantes. perrari enim occurrunt tribrachi dactyli aliique pedes immixti, quibus iamborum nitor et venustas elanguet; quod crimen iam diu obiecit Horatius *Poët.* 260 *et seqq.* sui temporis scriptoribus comicis, quorum fuit in fingendis iambis licentia, ut maximum inde oriretur auribus fastidium. verum iambi Pisidae omnes numerose incidunt in aures, et in animum illabuntur iucunde. qua de re minus patienter illud supra pag. 23 ferebam, quod in catalogo bibliothecae Taurinensis Pisidae iambi vocarentur *politici*, quos non iniuria, sed recte et merito Ioh. Matthias Gesnerus in libro *de eruditione Graecorum qui hodie vivunt* meram stultitiam appellat, impolitos ac rudes, fossoribusque et caprimulgis quam politicis digniores. vere enim horum carminum rationem, in quibus syllabarum numerus, non quantitas spectatur, sola barbaries inter Graecos sequioribus saeculis invexit, ut testis est Allatius *diatriba de Simeonibus p.* 166, cui subscripserunt Fabricius Bibl. Graec. *vol.* 10 *p.* 253 *et* 318, et Card. Quirinius *diatr. in orthod. vet. Graeciae officia p.* 47. ait enim: *ratio ista confingendorum carminum non nunc primum in ea natione, sed multa abhinc saecula, laboris forsan pertaesa, ante et barbarie omnia occupante* (*adde quoque rerum similium ignorationem*), *in usu fuisse comperitur, ut videmus in Photii patriarchae, Pselli, Manassae, Philippi Solitarii, Manuelis Philae et Tzetzae poëmatiis,* in quibus saepe occurrunt politici versus, quorum artificium in eo totum videtur positum, ut quindecim syllabas nunquam excedant, et si quae ultra videntur, eas per aphaeresim vel synaloepham decurtent et absumant, dummodo in iambum exeant in fine: idcirco *politici* vel *demotici* dicti, quod vulgares, vel ut idem Allatius declarat, *communes omnium civium sunt, usuique eorum accommodati.* itaque tantum abest ut iambi Pisidae hoc squalore et sorde vile- p. XXXIV
scant, ut potius nimia quaedam festivitas in eis insit, quae quidem facilius auribus diiudicari quam verbis demonstrari potest, quamque in vertendis alia lingua sententiis servare nemini liceat: nam sonus et numeri, quibus tota constat venustas, interpretatione dissolvuntur, et ipsae quoque sententiae ex sola complexione

et forma verborum nitentes conciduntur et enervantur. sed hoc ipsum nimium in consectandis flosculis et salibus studium, quod sensim obrepente barbarie et nativo eloquentiae nitore depereunte sophistarum peculiare fuit, vitio potius quam laudi vertendum Pisidae non negabimus: scimus enim ut aetas posterior novis et exquisitis ornamentis ita scripta resperserit, ut dum sermonem eximia suavitate condiret, vigorem extenuarit et nervos robustae sanaeque dictionis inciderit. quare nil mirum recentiorum Graecorum palato tantum sapuisse iambos Pisidae, ut eos aliis praeferre non dubitaverint: nam Gregorius Corinthi episcopus in libro *περὶ συντάξεως λόγων*, de constructione orationis, qui exstat ms in Vaticana bibliotheca, carmen iambicum Pisidae tale esse existimavit, ut ex eo tamquam absolutissimo exemplum petere praeceteris debeamus. *ἐπεὶ οὖν τὰ ἰαμβεῖα λογογραφία τίς ἐστιν εὔρυθμος, ζηλούσθω σοι καὶ τὸ ἐνθυμηματικὸν ἐν αὐτοῖς. ἔχεις ἀρχέτυπον τὸν Πισίδην, νεωτέρους τὸν Καλλικλῆν, τὸν Πτωχοπρόδρομον, καὶ εἴ τις τοιοῦτος. ἐν τοῖς παλαιοῖς τὸν Θεολόγον, τὸν Σοφοκλῆν, ἐκτὸς τῶν ποιητικῶν ἰδιωμάτων αὐτῶν, τὰ εὐφραδέστερα τοῦ Λυκόφρονος καὶ εἴ τι τοιοῦτον* *). sed quanta fuerit Pisidae eiusque carminum apud eosdem Graecos aestimatio, longe melius addiscas ex Allatio, qui *in diatriba de Georgiis p.* 310 testem adhibet Psellum, quod plerique Pisidam Euripidi comparare, multi anteponere non sine animi contentione, lite etiam mota,
p. XXXVI praesumpserint. nil plane hac laude Pselli in Pisidam honorificentius esse possit. verum non adeo facile est ea omnia, quae laudat Psellus, in Pisida invenire. nam quo in libro vel poëmate tam diserte ac particulatim noster Georgius agit de aurigis ac de aurigatione, de iugis, rotis et modiolis? vel quaenam est inter eius carmina de phalangibus, de equitum peditumque ac sagittariorum varia ratione tam accurata descriptio? num alia quam quae hodie exstant scripta Pisidae Psellus commendat, et librum deperditum commonstrat? equidem fateor, id mihi statim multum probabile esse visum: sed cum accuratius Pselli verba eiusque dicendi modum perpenderem, tum demum sensi ea quae Pisida summatim attigisset, a Psello mirifice exornari atque amplificari. nam quod is ait *de morbis et remediis*, certum

---

*) cf. Bekkeri Anecdot. p. 1082.

est ad v. 1533 et seqq. Hexaëmeri esse referendum, et quod *de catena,* ad primos versus poëmatis *in Severum;* quod autem *de horis* in choream se moventibus idem Psellus refert, habes in Hexaëmero v. 289, et quod iterum *de horis* quadriga prodeuntibus et in orbem redeuntibus inquit ille, invenies ibidem v. 338. demum quod est in Psello *de phalangibus et militaribus copiis,* ad acroases *de expeditione Heraclii contra Persas* trahere commode possis, in quibus similia passim occurrunt. at vero quanquam ego a Psello minime dissentiam eiusque laudibus dignum omnino existimem esse Pisidam, nunquam tamen hunc praeferam Euripidi alterive ex antiquioribus iambographis Graecis. dicam enim quod verum est. etsi plurimis in locis Pisidae carmen ita elucet, ut veterum poëtarum gratiam et venustatem non desideres, saepe etiam ita frigescit, ut in scribendo dormitasse auctorem non modo sentias sed etiam indigneris quam maxime. ceterum quantum ille sublimitate carminis assurgere et se efferre potuerit, praecipue ostendit in Hexaëmero, in quo omnia sententiarum floribus et urbanitatis quodam sale conspersa sunt. in omnibus autem eius operibus contemplari licebit adumbratam pii p.XXXVII
scriptoris imaginem, suavissimos mores, eximiam probitatem, qua se, dum numerose cadens versus leniter affluit, legentium auribus inculcat atque commendat.

Haec habebam quae dicerem de Georgio Pisida, non parvi nominis apud recentiores Graecos poëta, in quo cum plura invenias quae non invitus demireris, nihil tamen opinor spectandum magis est quam eius in tuendis Christianae religionis dogmatibus constantia et sincera fides: nam cum in ea tempora incidisset quibus Sergius patriarcha omnem machinam movit, ut Orientem universum a monophysismo ad monothelismum vafro consilio et malis technis pertraheret, ipse autem Sergium eiusque pietatem et doctrinam suspiceret maxime et coleret, nihilo tamen minus sibi fucum fieri nullatenus passus est, et suam fidem puram integramque servavit; quod ex omnibus hisce libellis, ac praesertim ex carmine *in Severum,* luculenter patet.

De Pisida mentionem faciunt inter antiquos Theophanes, Suidas, Cedrenus, Nicephorus Callisti, Iohannes Tzetza eiusque frater Isaacius Tzetza; inter recentiores autem, praeter Morellium, Kusterum, Herwartum, Raderum, Allatium, Maltretum,

Fabricium, Caveum, Oudinum, quorum sententias hactenus expendimus, quamplurimi alii scriptores celeberrimi, qui in ferendo de eiusdem Pisidae scriptis iudicio ex Suidae verbis male acceptis et intellectis allucinati sunt. nam Baronius ad a. 627 29, et post eum Pagius, soluta oratione scripsisse Pisidam aiunt quae iambico metro adstricta leguntur. ita plane etiam Bellarminus et Labbeus *de script. ecclesiasticis* historiam *de rebus Heraclii imp.* Pisidae tribuunt, a quibus non dissentit Bandurius *Antiq. Cp. p.* 868. sed eo in errore hi ducem habuerunt Vossium *de historicis Graecis tom.* 4 *p.* 143 et Possevinum *in App. Sacro tom.* 1 *p.* 538. nihil autem peccarunt de Pisida loquentes Guillelmus Crowaeus *in Elencho Scriptorum* in S. Scripturam *p.* 149, Ioh. Henricus Boeclerus *de Script. Graecis et Latinis p.* 85, Hadrianus Bailletius *Jugemens des Sçavans tom.* 4 *p.* 546, Jac Le-Longius *Bibl. Sacra tom.* 2 *p.* 741, et Ioh. Iac. Scheuzerus *Physica Sacra tom.* 1 *in princ.*, vel quod nullum aliud eius opus praeter Hexaëmeron noverint, vel quod de aliis suum iudicium interponere noluerint. Isaacus Casaubonus *Animad. in Athenaeum p.* 823 pium et elegantem Georgium nostrum aequus iudex appellat, sed emendationem in eum proponit quam ut minus necessariam recipiendam esse non credimus, ut patet ex v. 240 *de vanitate vitae.* Laurentius Crassus *Istoria de' poeti Greci p.* 262 Suidam tantum exscripsit, nec in eo quod reprehenderet vel emendaret invenit. eodem plane modo etiam Franciscus Xaverius Quadrius *Ragione d'ogni poesia tom.* 2 *p.* 124 Suidam secutus est, sed perperam Encomium, quod est in S. M. Anastasium Persam, ipse dicit a Pisida in Heraclium scriptum fuisse, quod etiam confirmat *tom.* 4 *p.* 505. nil autem minus accuratum, quam quod Dupinius *Bibl. des Auteurs ecclés. siècle* 7 *p.* 62, et Morerius, qui Dupinii verba in suum Dictionarium transtulit, necnon I. Graneolas *Critique des Auteurs ecclés. tom.* 2 *p.* 64 de Georgio nostro dixerunt. longe autem melius omnibus de eo scripsit D. Remigius Ceillerius *Hist. des Auteurs ecclés. tom.* 17 *p.* 532: nam vel omnino recta sunt vel saltem probabilibus coniecturis firmata, quae ad rem profert ac decernit.

GEORGII PISIDAE

MAGNAE ECCLESIAE DIACONI ET SCEUOPHYLACIS

DE EXPEDITIONE HERACLII IMPERATORIS CONTRA PERSAS

ACROASES TRES.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ
ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΚΑΙ ΣΚΕΥΟΦΥΛΑΚΟΣ
ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ
ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑΝ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΤΡΕΙΣ.

Α.

Ὦ τὰς ἀΰλους τῶν ἄνω στρατευμάτων
τριὰς διευθύνουσα φωσφόρῳ λόγῳ
πρὸς ἔμπυρόν τε καὶ πεπηγμένην στάσιν
(λόγῳ γὰρ αὐτῶν ἐκπυροῦσα τὰς φύσεις
ὕλην ἄϋλον δεικνύειν ἐπίστασαι),
τοὺς οὐρανοὺς πληροῦσα, καὶ τὸν αἰθέρα
πυροῦσα, καὶ σφίγγουσα τὴν οἰκουμένην,

GEORGII PISIDAE
MAGNAE ECCLESIAE DIACONI ET SCEUOPHYLACIS
DE EXPEDITIONE HERACLII IMPERATORIS CONTRA PERSAS
ACROASES TRES.

I.

O quae superos spiritales exercitus tuo trias dirigis irradiante verbo per igneam et firmam stationem (nam verbo incendens eorum naturas (5) materiam materia expertem reddere nosti), caelos implens, et aethera inflammans, et complectens totum orbem, et ubique praesens,

καὶ πανταχοῦ παροῦσα μὴ κινουμένη,
καὶ μηδαμοῦ χωροῦσα, καὶ χωρουμένη
ὅπου δέησις ἐκ βάθους ἀνάπτεται,
δὸς τοῖς ἀμυδροῖς τῶν λογισμῶν ὀργάνοις
σάλπιγγος ἦχον καὶ λαλοῦσαν ἀσπίδα.
δίδαξον ἡμᾶς εὔστοχον κινεῖν ξίφος,
γλῶσσαν κατ᾽ ἐχθρῶν, ὅπλον ἠκονημένον.
ἴθυνον ἡμᾶς ἔνθα τῆς ἐξουσίας
τῆς σῆς ἔνεστι συγγράφειν τὰ θαύματα.
σῷ γὰρ πεποιθὼς ὁ βασιλεὺς προστάγματι
πρὸς τοὺς ἀγῶνας τῶν ἀθέσμων βαρβάρων
ἑαυτὸν ἀντέταξεν, οἷς τὰ κτίσματα
ὑπὲρ σὲ τὸν κτίσαντα προσκυνεῖν νόμος·
οἷς γνήσιον μὲν ἀντέχεσθαι τῶν νόθων,
νόθον δὲ πάντῃ προσβαλεῖν τοῖς γνησίοις·
παρ᾽ οἷς θεός τις ἀφρόνως νομίζεται
ἔνοπλος ἵππος προσκυνούμενος μάτην,
ὃς εἰς ἔλεγχον τοῦ πλάνου σεβάσματος
νῦν προσκυνεῖται καὶ πάλιν μαστίζεται.
ὦ καρδίας σύμπτωσις ἠθλιωμένη!
πῶς τῷ παρ᾽ αὐτῶν δυσσεβῶς τιμωμένῳ
τιμὴν ὁμοῦ νέμουσι καὶ τιμωρίαν;
καὶ τῆς μὲν οὐ μετέσχε προσκυνούμενος,
τῇ δὲ προσαλγεῖ πυκνὰ μαστιγούμενος.
ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ, τὰς ἐναντίας φύσεις,

ὃς
25 οἷς P (i. e. codex Parisiensis)

et tamen non movens se, et nullibi circumscripta, et tamen recepta loco; (10) si preces ex imo sursum evolant, da debilibus nostrae mentis organis tubae sonum, et scutum eloquentiae. fac nos recta ad scopum movere ensem, linguam, contra hostes telum acutum. (15) dirige nos, quo potentiae tuae licet describere miracula. tuo enim, rex, obediens mandato ad bella adversus impios barbaros se obiecit, quibus res creatas (20) super te, qui creasti, adorare lex est; quibus proprium est adhaerere falsis et falsum semper veris adiicere; apud quos stulte habetur, ut quidam deus, armatus equus, cultus inaniter; (25) qui in argumentum falsae adorationis modo adoratur modo vero caeditur. o cordis exitium lacrimabile! quomodo apud ipsos impie culto numini honorem simul praestant et poenam? (30) et illius non est particeps, dum colitur, hac vero dolet, cum frequenter caeditur. aquam vero et ignem contrarias naturas,

θεοὺς παρεισάγουσιν ἀλληλοφθόρους,
λύσιν σέβοντες πραγμάτων ἐναντίων.
Ἀλλ' ὦ στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους·
ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκ θωπευμάτων,
ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει.
ὡς οὖν ἀληθὴς τῶν ἀληθῶν πραγμάτων
κριτὴς φάνηθι τῆσδε τῆς στρατηγίας·
γενοῦ δικαστὴς Κελτικοῦ Ῥήνου πλέον,
γενοῦ δικαστής· ἀλλὰ συγγνώμην δίδου.
οἶμαι γὰρ οὐδὲν ἐξελέγξεις ὡς νόθον,
ἐφ' οἷς δι' ἡμῶν ζημίαν ὑφίστασαι·
τῶν γὰρ λογισμῶν τῶν ἐν ἡμῖν οἱ τόνοι
οὐκοῦν ἀνάσχου· δυσχερὲς γὰρ εἰκότως
κοινὴν καλύψαι καὶ λαθεῖν ὑποψίαν.
εἶχες γάρ, εἶχες συμφρονοῦσαν παρθένον,
ἣ σοι τὸ μέλλον τοῦ σκοποῦ προϊστόρει.
ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων
ἀντιστρατήγεις ἐξ ἀΰλου καρδίας
τοῖς ἀντιτέχνοις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις.
τόξον γὰρ εἶχες τοῦ θεοῦ τὴν ἐλπίδα
τομώτερον τρέχουσαν ἀστραπῆς τάχους,
πύργους δὲ πίστιν καὶ βέλη τὰ δάκρυα
καὶ πῦρ τὸ πνεῦμα· καὶ χελώνας εἰργάσω

224 ὅσων P

lae (215) terra genitos fingunt filios mendacii, rursus ex imo tellus produxisset barbaros, et ad muros hospitalis portae maxima accessisset turba, ut esse diceres octo simul collectas myriarchias, (220) erat videre tubas et tela et gladios, ignem testudinesque et iaculatorios lapides, et falsarum turrium machinas et compagines; ac tanta iam erat omnibus salutis desperatio, quanta tibi spes pro nobis inerat, (225) quod firmo staret pede nostra fortuna. atque haec ego, tua gratia celare cupidus (sciebam enim te velle etiam nunc ea latere) eram taciturus: sed mens erubuit ea suffurari quorum videt esse alios conscios. (230) igitur da veniam. est enim certe difficile omnium evadere et fallere sagacitatem. habuisti enim, habuisti conspirantem virginem, quae tibi quod erat futurum praemonstrabat. hanc tecum habens de more belli sociam (235) ex tuo pugnasti non terreno corde cum instrumentis iis similibus artis bellicae. tibi enim erat pro telo in deum fiducia, citius currens fulgure veloci; pro turri fides, pro iaculis lacrimae, (240) pro igne

γόνυ προκλίνας καὶ καθεὶς τὸν αὐχένα·
καὶ τοὺς στεναγμοὺς ἀντιπέμπων ὡς λίθους
τοὺς πετροπομποὺς ἔστρεφες τῶν βαρβάρων.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ μικρὸν ὕστερον πάλιν
εἶχε κατ᾽ ἐχθρῶν ἐμφανέστερον πέρας.
οὐ μὴν παρεῖδεν ἡ τομωτάτη φύσις
ἀπὼν παρεῖναι τοῖς πόνοις ὁ δεσπότης,
ἀλλ᾽ εἰς τοσοῦτον ἐγγὺς ἦν τῶν φροντίδων
ὅσον μεταξὺ τῶν τόπων ἀφίστατο.
ἤδη γὰρ εἶχε τρεῖς ἐτῶν περιδρόμους
καταστρατηγῶν τῆς ἀθέσμου Περσίδος
ἐκδούς τε τὸν νοῦν εἰς ἀμηχάνους τόνους·
ὃν οὔτε χειμὼν καυστικὴν ἔχων ζέσιν
ἔπεισε δοῦναι τοῖς ἀγῶσιν ἀργίαν,
οὐδ᾽ αἶγε μητρὸς ἐξενεύρωσε πόθος
μικρὰν παρασχεῖν τοῦ χρόνου προθεσμίαν·
οὐδ᾽ ἀντανεῖλεν αὐτὸν ἔμφυτος βία
τέκνων τοσούτων, οὐδὲ σώματος μάχη
κουφισμὸν εὑρεῖν ἀξιοῦσα τῶν πόνων.
ἀλλ᾽ ἀναπαύστως ἐν μέσῳ τῶν βαρβάρων,
ὡς εἰς ἀκάνθας ἐμπεπλεγμένον ῥόδον,
καὶ πρὶν δι᾽ ἡμᾶς Περσικὴν κινῶν μάχην,
πάλιν δι᾽ ἡμᾶς ψυχικὴν εἶχε μάχην·
καὶ ταῖς ἐπ᾽ ἄμφω προσβολαῖς ἐσφιγμένος,
ἀφεὶς τὸν ἐγγύς, εἶχε τὸν μακρὰν πόνον.
ἐντεῦθεν ἡμᾶς τῇ φορᾷ τῶν γραμμάτων
ὑπεξανῆπτεν, οἷα πῦρ ἀναγκάσας

spiritus; testudines vero fecisti inclinans genua et deprimens cervicem; suspiria vero emittens, veluti fundas, saxa iacientes barbaros evertisti. atque haec quidem non multo post iterum, (245) quid in hostes possint, clarius comprobatum exitu. at non sane neglexit acerrimo suo ingenio vel absens adesse laboribus despota. sed tantum prope aderat sollicitis rebus, quantum intervallo aberat a locis. (250) iam enim trium annorum circulum compleverat in militando contra nefandam Persidem, in id incumbens invicta animi contentione. illum neque hiems urentem ferens spiritum suasit unquam ut cessaret a praeliis, (255) nec matris unquam fregit desiderium, ut citius praestituto die rediret. non illum dimovit insita vis amoris erga tales filios, neque corporis conflictatio levamen dare consulens laboribus. (260) sed medios inter requiescens barbaros, veluti rosa circumimplexa spinis, qui iam pro nobis Persicum moverat bellum, alterum pro nobis spiritu gessit bellum, et duplici utrinque constrictus periculo (265) praesens dimisit, curam habuit de remoto. exinde suis ille missis litteris nos succendit, ut ignis, qui

ἀργοῦσαν ὕλην ἐκπυροῦσθαι πρὸς φλόγα,
πυκνῶς κελεύων ἀσφαλεῖς μὲν τὰς βάσεις
τὰς πρὸς τὸ τεῖχος εὐτρεπίζειν, ὡς ἔδει,
κτίζειν δὲ πύργων ἐκφορὰς ὑπαιθρίους,
φραγμούς τε ποιεῖν, καὶ πεπηγμένους πάλους
προσαντιβάλλειν, καὶ πλέκειν τεῖχος νέον,
πολλάς τε ποιεῖν τοξοτῶν τε καὶ λίθων
ταχυδρομούσας μηχανὰς καὶ συνθέσεις,
καὶ τὰς ἐνόπλους εὐτρεπίζειν ὁλκάδας,
ὡς καὶ πρὸ πολλοῦ συγκροτῶν οὐκ ἠμέλει.
οὐ γὰρ πρόσωπον μὴ θέλων ἰδεῖν μάχης,
ἕτοιμον εἶχεν ἐξ ἀνάγκης τὴν μάχην,
στρατοῦ τε πλῆθος ἐξαπέστειλε φθάσας,
καὶ τῆς κατ' αὐτῶν ἀσφαλείας ἠμέλει,
μόνην νομίζων ἀσφαλῆ σωτηρίαν,
εἴπερ τὸ κοινὸν εὑρεθῇ σεσωσμένον·
σχεδόν τε πάσας τὰς ἑαυτοῦ φροντίδας
εἰς τὰς δι' ἡμᾶς ἀντανῄρει φροντίδας,
κίνδυνον ὥσπερ ψυχικὸν δοκῶν ἔχειν,
εἰ μὴ δι' ἡμᾶς πάντα κίνδυνον πάθοι.
οὕτως ἕκαστα καὶ κελεύων καὶ γράφων
προϊστόρει μὲν τῷ λόγῳ τὰ πράγματα,
ἐζωγράφει δὲ μὴ παρὼν τὰ τῆς μάχης,
τάττων στρατηγῶν μηχανουργῶν ἐγγράφως
τῇ τῶν λογισμῶν τεχνικῇ λειτουργίᾳ.
Οὐ μὴν παρημελεῖτο τὰ προστάγματα,

274 πλοκάς P 281 αὐτὸν?

cogit arida ligna statim flammam concipere: non semel mandans ut ascensus securi (270) ad moenia adparentur, sicuti est necesse, turresque aedificentur exportandae, et valla fiant, et compacti pali contra sistantur, et muniatur murus novus. multae vero fiant ad rotanda tela et saxa (275) versatiles machinae molesque, armataeque aptentur naves, quas ille iamdiu expediri curaverat. faciem quippe non volens videre belli praesentem habuit belli necessitatem. (280) et militum copiam misit opportune, de sua ipsius securitate non multum sollicitus, unam ratus esse certam salutem, si rerum summa nihil detrimenti pateretur, et omnes fere suas sollicitudines (285) in unam nostrum sollicitudinem converteret. periculum quasi animae iudicans habere, nisi pro nobis omne subeat periculum. sic ille singulatim omnia mandans et scribens sermone quidem praemonstrabat opera. (290) depingebat autem, quamvis absens, res bellicas, disponens, imperans, machinas praescribens mira ingenii subtilitate et peritia. neque parvi

ἀλλ' ἦν τὸ γράμμα πρᾶγμα πεπληρωμένον,
πάντων προθύμως καὶ πολιτῶν καὶ ξένων,
καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς καὶ μεγίσταις ἀξίαις,
ὑποδραμόντων τοὺς ἑκουσίους πόνους.
ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν τοσοῦτον δεσπότην
ἔχειν τοσούτους εἰς ἀνάγκην οἰκέτας,
οἳ τὰς κελεύσεις τῶν σοφῶν βουλευμάτων
μάθοντες ἔργα τοὺς λόγους ἐδείκνυον.
Οὕτως ἀεικίνητος ὢν ὁ δεσπότης
τάχει λογισμῶν καὶ φρενῶν ἁπληστίᾳ
πόρρωθεν ἐγγὺς τῇ πόλει παρίστατο,
καὶ ταῖς μερίμναις πανταχοῦ συνῆν μόνος,
ὡς εἷς λογισμὸς ἀντὶ πάντων ἀρκέσας.
ὅμως τὸ πλῆθος τῶν πόνων σου, δέσποτα,
εἰς καιρὸν ἡμῖν εὔθετον τηρητέον,
ἐν ᾧ παρούσης τῆς γαλήνης ἐν μέσῳ
εὔκαιρος ὁ πλοῦς τῆς ἀβύσσου τῶν λόγων.
Ἐπεὶ δὲ φρικτὸν ἡ περίστασις φόβον
εἶχε βλέπουσα τῆς μάχης τὰ κύματα,
ἔδοξε τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑπηκόοις
καὶ τῷ μαγίστρῳ τῶν ἐνόπλων ταγμάτων
(ἀεὶ γὰρ ὑμῖν εἰς τὸ πᾶν συνημμένοι
τὰ κοινὰ σὺν σοὶ τῶν πόνων ἐβάστασαν,
καθ' ἡμέραν τρέχοντες ὡς ὁδοιπόροι,
καὶ συμπαρόντες τῇ πολυπλόκῳ μάχῃ

298 τοσοῦτον P$^{\omega}$

facta sunt mandata: sed quod fuit scriptum, impletum est opere, (295) omnibus alacriter cum civibus tum exteris, necnon iis qui prima et maxima obibant munera, accurrentibus ad labores ultroneos. oportebat enim, opinor, talem dominum tales habere in necessitate famulos, (300) qui sapientum consiliorum mandatis vix cognitis, iussa factis comprobarent. sic irrequietum se gerens despota consilii promptitudine mentisque immensitate vel a longe prope ad urbem stabat; (305) et sua providentia ubicunque aderat solus, tanquam una cogitatio sufficiens pro omnibus. ceterum tuorum copia laborum, despota, ad tempus est mihi accommodatius reservanda, quando pace adparente in medium (310) fiet secunda navigatio per mare eloquentiae. cum igitur horrendus undique timor instaret rebus ob praesentes belli fluctus, visum est ducibus inferioribus necnon magistro armatorum ordinum (315) (semper enim tibi illi ad omnia coniuncti communes tecum labores ferebant, quotidie simul currentes tanquam comites, unaque adstantes multi-

ὅπλοις λογισμῶν, τακτικαῖς ἀγρυπνίαις,
καίτοιγε ταῦτα μὴ πονοῦντες ἐξ ἔθους,
ὅπερ μάλιστα τοὺς πόνους ποιεῖ πόνους
παρ' οἷς τὸ μοχθεῖν εἰς μάχην οὐ γίνεται) —
ὅμως ἔδοξεν ὥστε πρὸς τοὺς βαρβάρους
ἄνδρας σταλῆναι παντὸς ἔργου καὶ λόγου
πολλὴν ἀποστάζοντας εὐαρμοστίαν,
προσαγγελοῦντας ὥστε λῦσαι τὴν μάχην
πέρας τε κοινῶν συντεθῆναι φροντίδων.
Τούτων παρ' ἡμῖν τακτικῶς κινουμένων,
τὸ Περσικὸν φρύαγμα σὺν δόλῳ πάλιν
στέλλουσι κλεπτὰς τῆς θαλάσσης ἀγγέλους,
σπεύδοντας ὥσπερ ἠκονημένον ξίφος
θήγειν καθ' ἡμῶν τὸ ξίφος τὸ βάρβαρον.
ἐπεὶ δὲ συνδραμόντες ἐξ ἀδηλίας
ἐκεῖθεν ἔνθεν οἱ σταλέντες ἄγγελοι
εἰς ἓν μέρος συνῆλθον ἐκ τόπων δύο,
ὁ βάρβαρος μέν, ὡς ὁμοῦ δεδεγμένος
πρέσβεις τοσούτους καὶ πρὸς ὄγκον ᾐρμένος,
συνῆψεν ἄμφω· τοῦτο δὲ δόξης χάριν,
τὸ δ' αὖγε πλεῖστον ἐκφοβεῖν ἡμᾶς θέλων.
ὁ Περσικὸς γὰρ ἐξανῆπτεν οἰκέτης
τὸν θυμόν, ὡς πῦρ ἐκ πυρός, τοῦ βαρβάρου,
καὶ χιλίους μὲν συμμάχους ὑπέσχετο,
ἡμᾶς δὲ δεινοῖς ἐξεφαύλισε λόγοις,
συνέστρεφέ τε συλλαβὼν τῷ βαρβάρῳ

344 συνέσρεψε codices et ed

plici bello armis consiliorum et militaribus vigiliis; (320) nec tamen fracti laboris assiduitate quae maxime facit ut labores sint iis labores, quibus obdurescere in bello non obtigit) aeque visum est omnibus ut ad barbaros viri mitterentur praestantes opere, et sermone, (325) qui multam effundentes ore suavitatem nuntium afferrent de bello dissolvendo et fine imponendo communibus curis. his rite apud nos deliberatis Persae feroces fraudulenter contra (330) mittunt furtivos per mare nuntios in id intentos ut acutum ferrum in nos acuerent, ferrum barbaricum. iam vero concurrentes ex occulto hinc et inde missi nuntii (335) in unam partem convenerunt ex locis duobus. barbarus quidem, eo quod simul excepisset tales legatos, in superbiam elatus coniunxit utrosque ostentationis causa, tum quia nos magis exterrere vellet. (340) Persicus enim incendit servus animum, velut ignis ignem, barbari, siquidem mille auxiliatores obtulit. nos vero horrendis contempsit dictis, inque nos contorsit syllabis barbaricis (345) voces armatas et pun-

γνώμας ἐνόπλους καὶ τεθηγμένους λόγους.
τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ἐτέρπετο
ὁ τῶν Σκυθῶν τύραννος, ἡ πρώτη βλάβη.
Ὅμως ὁ πάντων ἀσφαλὴς ζυγοστάτης
καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν σκοπὸν παρ' ἐλπίδας
εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ συμφορὰν ἀντιστρέφει.
δέον γὰρ αὐτὸν συγκαλύψαι τὸν δόλον
σιγῇ τε κρύψαι τοὺς λαθόντας ἀγγέλους,
ποιεῖ τὸ κρυπτὸν ἐμφανές, καὶ γίνεται
σύμβουλος ἐχθρὸς καὶ κατήγορος φίλος.
ἐπεὶ γὰρ ἦλθον οἱ καλῶς ἐσταλμένοι,
ἀμήχανον μὲν τὸν πρὸς εἰρήνην λόγον
φήσαντες εἶναι τὸν σκοπὸν τοῦ βαρβάρου,
τὸν Περσικὸν δὲ μὴ διαδρᾶσαι δόλον,
φυλάττεται μὲν τῆς θαλάσσης ἡ θύρα
τὰς εἰσόδους κλείσασα ταῖς διεξόδοις,
ἁλίσκεται δὲ συντόμως τὰ κλέμματα,
καὶ νυκτὸς ἔργον φῶς ἀνέσχεν ἡμέρας.
κοινὸν γὰρ εἶχον πένθος ἐξ ἑνὸς τρόπου
τὸ Περσικόν τε καὶ τὸ βάρβαρον γένος,
τοὺς ἀνταμοιβοὺς προσδοκῶντες ἀγγέλους.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν τῆς μάχης ἡ κυρία
πρὸς τὴν κρίσιν συνῆλθε τὴν θεόγραφον,
πάλιν σὺ κάμνεις· οὐ γὰρ ἀσκόπως φθάσας
τῆς κοινότητος ἐντολεὺς κατεστάθης.
λαβὼν δὲ θᾶττον τὸν συνήγορον λόγον,

356 an τῶν — λόγων?

gentia convicia. hisce illectus sermonibus delectabatur Scytharum tyrannus, prima labes. at vero, qui res omnes recta lance ponderat, hoc ipsum consilium praeter spem (350) in illius calamitatem convertit. oportebat enim, ut ille celaret dolos, tacensque absconderet clam missos nuntios. sed occultum facit manifestum; unde fit consiliarius hostis et accusator amicus. (355) postquam enim rediere bene missi nuntii, ut nullo pacto ageretur de pace, dixerunt esse mentem barbari, ac Persarum detectam esse fraudem. tum quidem custoditur maris ostium, (360) vetans ne pateret egressis introitus. deprehenduntur vero statim fraudes, et noctis opus patefecit lux diei. aeque enim erat sollicitum ex una causa Persarumque et barbarorum genus (365) in mutuis exspectandis nuntiis. postquam vero tandem belli domina ad sententiam convenit caelitus scriptam, tu rursus allaboras: non enim improvido consilio rerum summam adsidens gubernasti. (370) statimque ac-

καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἐκδραμὼν τὸ τῆς δίκης,
γραφὴν κατ᾽ αὐτῶν ἀσφαλῶς προεξέθου
τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου.
ταύτην τις, οἶμαι, τὴν διάγνωσιν βλέπων
φήσει δόλῳ σε τὸν κριτὴν ὑφαρπάσαι·
δείξας γὰρ αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις ὅλοις
ἀντιπρόσωπον ἐξανέστησας φόβον,
καὶ τῶν ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων
κομψευτὸς αὐτοῖς ἡ δίκη καθίστατο.
ὡς εὖγε σοι γένοιτο τοῦ καλοῦ δόλου·
κρίνας γὰρ ἐν σοί, καὶ διαγνοὺς τὴν φύσιν,
ὡς μητρὸς οὐδὲν παιδὶ συμπαθέστερον,
τὴν τοῦ δικαστοῦ μητέρα προσηγάγου
οἰκτῳ δεήσει δακρύοις ἀσιτίᾳ,
καὶ τῇ δόσει δὲ τῶν ῥεόντων χρημάτων·
ἐκεῖθεν ἔνθεν πολλὰ δοὺς καὶ σκορπίσας,
πείθεις ἐκείνην πρῶτον· ἡ δὲ συντόμως
πείθει τὸ τέκνον, καὶ σχεδὸν πρὸ τῆς δίκης
νικῶσαν ἡμῖν ἐξεφώνησε κρίσιν.
Ὅμως ἐπειδὴ τοῖς ἀγῶσι τῆς μάχης
προσαντιτείνειν ἠξίουν οἱ βάρβαροι,
πυρὸς μὲν ἔργον ἀφρόνως ἐγίνετο
πᾶς ὁ πρὸ τείχους ὡραϊσμένος τόπος,
ἡ φλὸξ δὲ καπνίζουσα τὸν καινὸν ζόφον
ἐκ τῆς ὁμίχλης τῆς ξένης ἐκρύπτετο.
τοῖς δ᾽ αὖγε Πέρσαις ἐστρατευμένοις πέραν,
ὡς δὴ καθ᾽ ἡμῶν ἔργον εἶχεν ἡ μάχη,

ceptó patrono verbo, et muro ascenso, ubi agebatur actio, picturam in ipsos firmiter obiecisti, terribilem illam speciem picturae non pictae. hanc quis, opinor, iudicationem spectans (375) dicat te dolo iudicem subornasse. ubi enim ipsum palam hostibus ostendisti, talem excitasti timorem ut faciem averterent. et argumentis nondum productis scite est in ipsos multa constituta. (380) quam bene tibi cessit laudabile commentum! ex te enim iudicans dignoscensque naturam, ut nihil matre sit filio indulgentius, iudicis matrem allexisti affectu, prece, lacrimis, ieiunio (385) et effusa divitiarum largitione: hinc et inde enim multis datis et erogatis, illam suades primum; et illa statim suadet filium, et prope ante iudicium victricem pro nobis pronuntiavit sententiam. (390) verum cum tamen ad pugnae certamina se obiicere barbari contenderent, multum quidem stulte fiebat incendium, ita ut omnis ante murum locus esset conspicuus. flamma vero excitans fumi novas nebulas (395) immensam inter caliginem abscondebatur. at Persis in adverso littore eductis ad bellum, quod iam contra nos iniretur pugna,

κῆρυξ ὁ καπνὸς τοῦ σκότους ἐγίνετο.
ἔρως γὰρ ἦν τις τοῖς ἐπ᾽ ἀμφω βαρβάροις,
οὐχ ὅστις ὅπλα συντομώτερον λάβοι,
ἀλλ᾽ ὃς προφλέξει τοὺς ἀναιτίους λίθους.
καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον.
ἤδη δὲ λοιπὸν συγκροτοῦντες τὴν μάχην
οἱ βάρβαροι μὲν τοῦ δικαστοῦ τοὺς τόπους
καὶ τοῦ στρατηγοῦ τῆ ἀτρέπτου παρθένου
λαβόντες εἶχον ὥσανεὶ τὰς ἀσπίδας,
καὶ τοὺς παρ᾽ αὐτῶν δυσσεβῶς ὑβρισμένους
ἔχειν συνεργοὺς εἰς ἀνάγκην ἠξίουν.
Σθλάβων τε πλήθη Βουλγάροις μεμιγμένα
ὁ βάρβαρος νοῦς ἐμβαλὼν ταῖς ὁλκάσι
(γλύψας γὰρ εἶχεν ἐσκυφωμένα σκάφη)
ἔμιξε τῇ γῇ τῆς θαλάττης τὴν μάχην.
Κἀμοὶ δὲ μίξις συνεπῆλθε καὶ μάχη·
καὶ πανταχοῦ μοι τοῦ σκοποῦ πεφυρμένου
καὶ συγκλονοῦντος τοὺς λόγους ὡς εἰς μάχην,
τί πρῶτον εἰπὼν δεύτερον ἀπάρξομαι;
Ἄλλος μὲν οὖν ἔπιπτεν ἐκ ῥιπῆς λίθου
λαβὼν κατ᾽ αὐτὸ τὴν βολὴν καὶ τὸν τάφον·
ἄλλος δὲ σύννους προσλαλῶν τῷ συμμάχῳ,
βληθεὶς ἄνωθεν ἐξ ἀδήλου τοξότου,
τὸ πνεῦμα θᾶττον ἀνταφῆκε τοῦ λόγου.
καί τις παρ᾽ αὐτοῖς ἐν μεγίσταις ἀξίαις
τάξαι νομίζων εἰς δέον τὰ τάγματα,

401 προσφλέξει codices et ed 415 συγκροτοῦντος ed 417 λίθος P

tenebricosus fumus factus est praeco. convenerat enim inter utrosque barbaros, (400) ne quis arma citius altero caperet quam ille antea incendisset inculpabiles lapides. atque haec quidem non alio gesta sunt modo. tum demum undique cientes pugnam barbari quidem iudicis locos (405) et imperantis intemeratae virginis, quos occuparant, habebant sibi pro scutis. ita quos illi impie lacessiverant, sibi habere adiutores in necessitate putabant. at Sthlaborum multitudinem mixtam Bulgaris (410) cum coniecisset barbarus in naves, (habebat enim trabe excavatas cymbas), miscuit terrestrem cum marina pugna. at mihi quoque confusio oboritur et conflictus: cumque tanta sit propositi argumenti perturbatio, (415) ut veluti ad pugnam concitentur sermones, quid primum dicam, quid deinde prosequar? at vero quidam cecidit ex iactu lapidis, simul vulnere accepto et sepultura. alter vero cogitabundus, loquens cum socio, (420) traiectus desuper ab occulto sagittario citius emisit spiritum quam verba. necnon quis inter ipsos ex primoribus

ἔστη παρεισδὺς ἐν μέσῳ τῶν ἀσπίδων,
κρύπτειν ἑαυτὸν ἀσφαλῶς ἠπειγμένος·
βολὴ δέ τις φθάσασα συντόμου λίθου
ἀπροσδοκήτως διχοτομεῖ τὰς ἀσπίδας,
καὶ τὰς μὲν ὠθεῖ, τῷ δὲ γίνεται φόβος.
οἱ δ' αὖγε λοιποὶ πάντες, ἀκρίδων δίκην,
ἔπιπτον ἄρδην δυστυχοῦντες εὐστόχως.
οὕτως ἀπηκρίβωσεν ἡ θεία κρίσις
τὰ τόξα, τοὺς βάλλοντας, αὐτοὺς τοὺς λίθους,
ὡς μηδὲν εἰκῇ συμπεσεῖν ἐρριμμένον·
ἀλλ' ἦν τὸ πεμφθὲν εὐστόχως ἀφιγμένον
πρὸς τὴν ἑκάστην τῶν βεβλημένων τύχην.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῆς τύχης τὰ πράγματα
τὰ νῶτα τῆς γῆς εὐφόρως ἐβάστασεν·
ἔδει δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῶν θαλαττίων
λαβεῖν ἀγώνων τὴν ἰσόρροπον κρίσιν.
καί μοι πρόσεστι τοῦτο θαυμάσαι πλέον,
πῶς τὴν τοσαύτην τῆς θαλάττης οὐσίαν
οἱ βάρβαροι βλέποντες ἐξηπλωμένην,
δοκοῦντες ὥσπερ ἐστενῶσθαι τῷ πλάτει,
ἐκεῖ συνεκλείσθησαν εὐθέτως ὅπου
τὸν οἶκον εἶχεν ἡ στρατηγὸς παρθένος.
ἐκεῖ γὰρ ὥσπερ ἐν σαγήνῃ δικτύων
τὰ γλυπτὰ συζεύξαντες ἥπλωσαν σκάφη.
ἐπεὶ δὲ συννεύσαντες ἀλλήλοις ὅλοι

428 φόνος? 437 γραφῆς codices et ed correxit Pinderus.
441 Θαλάσσης P.

instruere volens ad opus ordines, media inter scuta se coniecerat, (425) ita se ipsum celare ad securitatem adactus. iactus vero praevertens celeris lapidis ex improviso protenta divisit scuta ac vehementer impellit: huic timor oboritur; ceteri vero omnes locustarum more (430) prostrati iacuere in infortunio solertes. sic divinum iudicium perfecte direxit tela, iaculatores et ipsos lapides, ut nunquam irritum caderet quod iactum erat: sed erat missile ad scopum opportune directum (435) pro varia transfossorum fortuna. ac tales quidem rerum fortunatos exitus terga picturae facile attulerunt. oportebat autem ut etiam maritima experirentur praelia aequale iudicium. (440) ac quanto magis mihi subit admirari, quomodo tantam maris substantiam barbari videntes late protensam, quasi viderentur ipsa artari latitudine, eo se omnes apte concluserint, ubi (445) domum habebat imperatrix virgo. illic enim velut in sagena piscium cavas inter se iunctas extenderunt cymbas. tum vero omnes invicem conspirantes in unum aggressi sunt nostras cum cla-

ἐπῆλθον ἡμῶν σὺν βοῇ ταῖς ὁλκάσιν,
ἐντεῦθεν ἦν ἄδηλος ἡ δήλη μάχη·
μόνην γὰρ οἶμαι τὴν τεκοῦσαν ἀσπόρως
τὰ τόξα τεῖναι καὶ βαλεῖν τὴν ἀσπίδα,
καὶ ταῖς ἀδήλοις συμπλοκαῖς μεμιγμένην
βάλλειν, τιτρώσκειν, ἀντιπέμπειν τὸ ξίφος,
ἀνατρέπειν τε καὶ καλύπτειν τὰ σκάφη,
δοῦναί τε πᾶσι τὸν βυθὸν κατοικίαν.
ξένον γὰρ οὐδέν, εἰ πολεμεῖ παρθένος,
δι' ἧς παρῆλθεν εἰς τὸ τῆς ψυχῆς σέβας
οὐκ οἶδα πῶς πεμφθεῖσα ῥομφαία πάλιν·
ὅμως παρῆλθεν ἢ διῆλθεν ὀξέως
τρώσασα τὴν ἄτρωτον οὐδαμοῦ φύσιν.
Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνα τὰ γλυπτὰ σκάφη
τὸν ὅρμον εἶχον ἐξ ἀνάγκης εἰς ζάλην·
πολλὴ δὲ φύρσις καὶ φόβος καὶ σύγχυσις
τοῖς ναυμαχοῦσι βαρβάροις συνήρχετο.
καί πού τις αὐτῶν ἐκπεσὼν τῆς ὁλκάδος
πλωτὴρ σχεδιάζων τὴν τέχνην ηὑρίσκετο.
ἄλλος δὲ νεκρὸν εἰς ὕδωρ μιμούμενος
ἤλπιζε φεύγειν, τῷ δοκεῖν πεπνιγμένος
καί τις παρ' αὐτοῖς ἀντὶ πύργου τὴν τρόπιν
λαθὼν ὑπῆλθε, καὶ πολὺν μείνας χρόνον
ἐκ τῆς ἀνάγκης δυστυχῶν ἐκαρτέρει.
ὅμως ἐκείνους πάντας, ὡς ἕνα στόλον,
ὁ τῆς θαλάσσης συγκατέκλυσε σάλος.
Ἐντεῦθεν ὁ πρὶν ἀφθόνως ἀνημμένος

more naves. (450) atque ea fuit occulta simulque patens pugna. sola enim, ut puto, quae peperit sine semine, arcus intendebat et obiiciebat clipeos; et ex occulto se immiscens conflictibus tela mittebat, sauciabat, retundebat gladios, (455) evertebatque, et submergebat cymbas, deditque omnes habitare in profundum. novum enim est nihil, quando militat virgo, per quam advenit animo religio. certe nescio, quinam immissa est toties framea; (460) ac certe evasit pervasitque celeriter, gentem vulnerans non vulneratam antea. ita igitur illae cavae cymbae portum sunt adactae habere subtus mare. multa vero commixtio et timor et confusio (465) in mari pugnantes barbaros incessit undique. ac quidam ex ipsis procidens e navi, dum artem natandi fingit, deprehensus est. alter vero mortuum super aquam imitatus sperabat evadere, se suffocatum simulans. (470) et alter ex ipsis pro turri carinam clam subiit, ubi diu permanens ex necessitate suam calamitatem sustinuit. ceterum eos omnes, tanquam unam navim, maris unda concitata dispersit. (475) exinde qui nuper incensus immodice flammam fundebat ex

πνέων τε πυρσὸν ἐκ λόγων πυρεκβόλων
ἀπηθάλωτο συντόμως ὁ βάρβαρος·
ἄφνω δὲ τέφρα προσφόρως ἐγίνετο,
ὡς πῦρ ἀνάψας εἰς ἀνέγκλητα ξύλα.
ἄλλος γὰρ ἄλλον ἐξέπεμπεν ἄγγελον
φέροντας αὐτῷ συμφορὰς ὡς δράγματα,
ἐκ γῆς μὲν εἰς θάλατταν, εἰς δὲ γῆν πάλιν
ἐκ τῆς θαλάττης δυστυχημάτων σάλον.
οὕτω μὲν οὖν ἔπασχε τὸν καινὸν σάλον.
εἰς γῆν νομίζων, κυματοῦσθαι τὰς φρένας.
ὡς κυμάτων γὰρ ἀντισύνδρομον μάχην
εἰς ἕν τι ῥεῦμα συμφορῶν ἀφιγμένων.
πῇ μὲν γὰρ ἡ γῆ τῶν ἀθάπτων βαρβάρων
ὕλην παρεβλάστησε τῶν δένδρων πλέον,
πῇ δ' ἡ θάλαττα τῇ φορᾷ τῶν λειψάνων
ὀχλουμένη τε καὶ κατεστορεσμένη
ἐξ ἀλλοφύλων αἱμάτων φοινίσσεται·
καὶ νῦν Ἐρυθρὰ κυρίως ἀκούεται,
καλῶς βαφεῖσα τῇ βαφῇ τῶν βαρβάρων.
ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν Φαραὼ τὸν δεύτερον
βλέπουσαν αὐτὴν καὶ νέον σε Μωσέα,
τὰς τῆς Ἐρυθρᾶς εἰκονίζειν ἐμφάσεις·
καὶ νῦν ἔχουσιν εἰς σοροὺς τὰ κύματα
μνήμην ἔνυγρον καὶ ταφὴν Αἰγυπτίαν.
οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς ἐνδεεστέραν βλέπειν
πρὸς τὴν παλαιὰν τὴν νέαν τιμωρίαν.
ᾄσωμεν οὖν τὸν ὕμνον οὐκ ἐν τυμπάνοις

ore, ignem ex iaculis, combustus est repente barbarus, statimque cinis factus est utiliter, ut ignis qui ligna immerentia combusserat. (480) quippe alius post alium mittebat nuntios, qui ad eum afferrent mala velut manipulos: a terra enim ad mare, et ad terram pariter a mari, erat calamitatum tempestas. ita igitur passus est novam tempestatem (485) in terra ratus fluctuare mentes. non aliter quam secum depraeliantibus undis in unam tandem partem calamitates confluunt. illic enim terra ex inhumatis barbaris silvam ferebat plus quam ex arboribus: (490) hic autem mare dorso gestans cadavera nuper conturbatum et nunc sedatum ex alienigenarum purpurascit sanguine. et nunc vere et proprie rubrum audit, tam bene tinctum tinctura barbarorum. (495) oportebat enim, ut puto, Pharaonem alterum mare ipsum cum videret, teque novum Mosem, ut vivam Erythraei referret speciem; et nunc hi quoque habent pro tumulis undas, humida monumenta et sepulcra Aegyptia. (500) aequum enim non erat ut esset inferior illa antiqua haec nova ultio. canamus igitur hymnum, non cum tympanis incondita perstrepentes,

ἄρρυθμα βομβήσαντες, ἀλλ' ἐν ὀργάνοις
τῶν ἔνδον ἡμῖν μυστικῶς ἡρμοσμένων.
καὶ νεῦρα μὲν τείνωμεν ἐψυχωμένα
καὶ πλῆκτρα γλώσσας καὶ τὰ χείλη κύμβαλα,
αἰσθήσεων δὲ πενταχόρδῳ συνθέσει
τὸν ἄκρον εἰς τὸν πρῶτον εἴπωμεν τόνον
οὕτω γὰρ ἡ μὲν ὄψις ἡ τῶν ὀμμάτων
πᾶσαν καθαιρεῖ βλαπτικὴν θεωρίαν·
ἡ δ' αὖ νοητὴ τῶν ἀκουσμάτων πύλη
ἤχοις ἀτάκτοις οὐκ ἀνοίξει τὰς θύρας.
οὐδ' αὖγε τὴν ὄσφρησιν ἠπατημένην
ἥδυσμα πικρᾶς ἡδονῆς ὑφαρπάσοι,
καὶ γεῦσις ἔσται μὴ φθορᾶς παραιτία
ἀλλ' εἰς τροφὴν ἄφθαρτον ἠὐτρεπισμένη.
ἁφαῖς τε ῥευστῶν λημμάτων ἐλευθέραις
τὰ χριστάδελφα ψηλαφήσωμεν μέλη,
ὅπως ὁ πάσης ἀρχιτέκτων οὐσίας,
τὸ πανσθενὲς στήριγμα τῶν ὁρωμένων
καὶ τῶν ἀδήλων ἡ πεπηγμένη βάσις,
ὁ παιδαγωγῶν συμφερόντως τὴν φύσιν
καὶ σωφρονισταῖς ἐκφοβῶν διδασκάλοις
τὴν νηπιώδη τῶν παθῶν ἀταξίαν,
καὶ νῦν στρατεύσας τοὺς πυραυγεῖς συμμάχους
κατὰ σκοτεινῶν ἀντιτάξοι βαρβάρων,
δείξοιτε Τίγριν καὶ τὸν Ἴστριον πόρον,
ὡς πρὶν τὸ Νείλου ῥεῖθρον, ἡματωμένους

503 ἐξ ὀργάνων P 505 ἐμψυχωμένα P 513 ἠπατημένη codices et ed

sed cum organis intus in corde nostro mystice temperatis; (505) et nervos intendamus animae, fiantque plectra linguae et labia cymbala. et sensuum pentachordo coniunctorum altum in primis efferamus canticum. ita enim visus, qui est ex oculis, (510) ab omni emundabitur noxio spectaculo; itemque intellectualis auscultationum porta inordinatis sonis non aperiet valvas; nec ab olfactu pariter decepta suavitatem amarae voluptatis adtrahet; (515) gustus autem non erit corruptionis causa, sed ad escam incorruptibilem intentus; et tactu a fluxis rebus captandis immuni Christi fraterna membra contrectabimus. ut ille totius artifex substantiae, (520) fortissimum fulcimentum visibilium et invisibilium stabile fundamentum, qui utiliter erudit naturam et flagello magistro exterret stultam passionum perturbationem, (525) nunc quoque suos educens rutilantes milites tenebricosis ex adverso sistat barbaris; Tigrisque et Istri demonstret alveos, ut quondam Nili flu-

ὅπως μεθυσθῇ συγγενῶν ἐξ αἱμάτων
ὁ βάρβαρος νοῦς δυστυχῶς γεγευμένος.
αὔξοι δὲ τὴν σὴν εὐσεβῆ φυτουργίαν,
τὸν δεσπότην θάλλοντα τοῖς θείοις κλάδοις·
θύρας τε πολλὰς ἐξανοίγοι τοῖς λόγοις
νικῶντος αὐτοῦ πανταχοῦ τοὺς βαρβάρους.
Ἐνταῦθά μοι νῦν τὸν βραδύγλωσσον λόγον
τὸ συμπέρασμα τοῦ σκοποῦ περιγράφει.
τῷ σῷ δὲ τέκνῳ, τῷ νεωτέρῳ κράτει,
τούτους προσειπεῖν εὐτρεπίζω τοὺς λόγους.
Νίκη, φάνηθι· νῦν λαβεῖν σε νυμφίον
ἔξεστι τοῦτον, ᾧ τὰ δῶρα τῶν γάμων
δέδωκας ἤδη τὴν σφαγὴν τῶν βαρβάρων.

530 γεγενσμένος P.

men, cruentatos. ut, inquam, inebrietur suae gentis cruoribus (530) barbarus infeliciter saturatus, tua vero crescat pia plantatio, despota, qui germina divinis surculis; portasque multas reseret sermonibus, ipso vincente quacunque ex parte barbaros. (535) atque hic meo tardiloquo sermoni finis de re proposita praescribitur. tuum vero filium, pubescentem maiestatem, hisce aggredior dictis alloqui. prodeas Victoria: nunc sponsum accipere (540) te decet istum, cui pro donis nuptialibus nuper dedisti cladem barbarorum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΗΡΑΚΛΙΑΣ

ΗΤΟΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΛΕΙΑΝ ΠΤΩΣΙΝ ΧΟΣΡΟΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΩΝ.

Α.

Ἀγαλλιάσθω πᾶς χορὸς τῶν ἀστέρων
τὸν ἀστρόδουλον δεικνύων πεπτωκότα
καὶ τὴν ἑαυτοῦ πτῶσιν ἠγνοηκότα.
οὐκ ἔστεγε γὰρ ἡ κτίσις τιμωμένη,
κἂν δυσσεβηθεὶς ὁ κτίσας ἠνείχετο.
νῦν πανσέληνος ἡ σελήνη λαμπέτω
τοῦ Χοσρόου λήγοντος, ἐγγυωμένη
Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν.
καὶ νῦν ὁ τρισμέγιστος ἡλίου πόλος,
λούσας ἑαυτὸν τῇ καθάρσει τῶν φόνων,
βοᾷ λαλεῖ σοι τὴν σφαγὴν τοῦ Χοσρόου.
Θεοῦ βεβήλους ἐκφυγὼν ὑποψίας

EIUSDEM

HERACLIAS

SIVE DE EXTREMO CHOSROAE PERSARUM REGIS EXCIDIO.

I.

Exsultet chorus omnis astrorum, astrorum servum cecidisse demonstrans suumque casum ipsum ignorasse: non illum enim texit culta creatura, (5) quamvis impie profanatus creator sustineret. nunc in suo plenilunio luna resplendeat, deficiente Chosroa, laeta despondens Persas non ultra deificaturos res creatas. et nunc, o maxime solaris orbis, (10) bene lotus et expiatus a caedibus clama, tibique annuntia cladem Chosroae, deus haberi abhor-

σκίρτησον, αἰθήρ· ὁ κρατῶν Περσοκράτης
ὁ πυρσολάτρης ἐζυφώθη Χοσρόης.
πάλιν κάμινος Περσικὴ καὶ δευτέρα
δροσίζεται φλὸξ Δανιὴλ τῷ δευτέρῳ,
ἀνωφερὴς δὲ καίπερ οὖσα τὴν φύσιν
χεῖται κατ' αὐτῶν, καὶ διώκει καὶ φλέγει
τοὺς τὴν πονηρὰν ἐκπυρώσαντας φλόγα.
πάλιν λεόντων ἠγριωμένων στόμα
εἰς γῆν δι' ὑμῶν Περσικὴν ἀνεφράγη.
πάλιν παροινεῖ δυσσεβῶς ὁ Χοσρόης
καὶ πῦρ θεουργεῖ καὶ θεὸς φαντάζεται,
ἕως σὺν αὐτῷ καὶ τὸ πῦρ ὑπερβράσαν
σὺν τῷ θεουργήσαντι συγκατεφθάρη.
πάλιν παροινεῖ, καὶ μεταίρει τὴν κτίσιν,
Ξέρξῃ τε τῷ πρὶν ἀντερίζει, καὶ θέλει
πῇ μὲν πετρῶσαι τὸν βυθὸν τοῖς λειψάνοις,
πῇ δ' αὖγε τὴν γῆν κυματῶσαι τοῖς λύθροις.
γιγαντιᾷ δὲ καὶ τυραννῆσαι θέλει,
καὶ τὸν πρὸ πάντων εἰκονίζει Βαλτάσαρ,
χραίνων τὰ θεῖα τῷ μολυσμῷ τῆς μέθης,
ἕως κατ' αὐτοῦ δάκτυλος θεηγόρος
τῇ δεξιᾷ σου χρώμενος χειροχράφῳ
ψήφου μελαίνης ἐξεφώνησε κρίσιν.
λήγουσι λοιπὸν αἱ βροχαὶ τῶν αἱμάτων,
φεύγει τὸ ῥεῦμα τῶν ἀειρρύτων φόνων·
ἡ γῆ βιαίοις οὐκ ἐνοχλεῖται τάφοις,

18 κεῖται ed

rens ex impia suspicione. aether, exsulta: imperans Persarum tyrannus ignicola obtenebratus est Chosroes. (15) rursus Persica fornax atque iterum irroratur flamma pro Daniele altero, quae quamvis in altum natura tendat sua, tamen procumbit, instansque illos adurit qui flammam iniquam succenderunt. (20) rursus leonum os rabide furentium per te contra terram est adapertum Persicam. rursus insanit sceleratus Chosroes, et ignem facit deum, seque deum simulat; donec cum ipso etiam superincursus ignis, (25) cum ipso qui fecit ignem deum, extinctus est. rursus, inquam, insanit et res creatas invertit, Xerxique antiquo aemulatus conatur qua pelagus opplere cadaveribus, qua contra terram inundare sanguine. (30) ut gigas vero furit seque praestat tyrannum et unum prae omnibus repraesentat Baltasarem, conspurcans res divinas ebrietatum profanatione, donec in ipsum digitus diviniloquus, tuam ad exarandum mutuatus dexteram, (35) nigri lapilli protulit sententiam. iam demum cessant sanguinis rivi, sistitur fluxus caedium perennium, terra violentis non exagitatur sepulcris, mare non sor-

Θάλαττα λύθρων οὐ μιαίνεται χύσει.
τῶν αἰχμαλώτων οὐ βρύει τὸ δάκρυον·
ἀργεῖ τὸ λοιπὸν ἡ πλοκὴ τῆς ἀγχόνης·
οὐδεὶς μετ᾽ ὄξους ἐκκενώσας αἰθάλην
τὴν ῥῖνα ποιεῖν ἐκβιάζεται στόμα.
τὰ δένδρα νεκροῖς οὐ βαρεῖται φορτίοις.
πλήρεις ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις·
ἄπους, ἄχειρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα·
οὐδεὶς ἀμοιβὴν συμφορᾶς ἀντιστρόφου
τὴν χεῖρα κιχρᾷ τῶν ποδῶν ἀντεργάτιν.
ἀλλ᾽ οὐρανός, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀνήρ, νέφη
καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω
κροτεῖ σὺν ἡμῖν τοῦ θεοῦ τὰ σκάμματα,
ἑνὸς πεσόντος καὶ σεσωσμένων ὅλων.
Νῦν τὸν πυρανγῆ Χοσρόην ἑωσφόρον
ἔγνω ζοφώδη, καὶ πλάνητας οὐκ ἔχει
τοὺς ἑπτά, φησιν, ἀλλ᾽ ὅλους τοὺς ἀστέρας.
νῦν πάντας αὐτοὺς ἐμπεσὼν τῷ Ταρτάρῳ
βλέπει σκοτεινοὺς ἐξ ἀνάγκης ἑσπέρους,
καὶ τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀστοχήσας ἐλπίδος,
οὓς ζῶν ἐτίμα, δυσσεβεῖ τεθαμμένος.
Ποῦ νῦν ὁ λῆρος τῶν ἀεισφαλῶν Μάγων;
ποῦ τῶν ἐν ἄστροις ὀργίων τὰ σκάμματα;
ποῖος πεσόντα Χοσρόην ὡροσκόπει;
πάντως ἔδοξεν ἐμπεσεῖν τῷ τοῦ Κρόνου·
τέκνον γὰρ ὁρμαῖς ὁ σφαγεὺς ἀνῃρέθη.

47 ἀγχυεροφόου P

det fusis cruoribus. (40) nec scatent iugiter captivorum lacrimae. torpent iam tandem feriati restes et laquei. nemo cum aceto exhausta fuligine nasum cogitur vocare ad oris officium. non arbores gravantur mortuorum pondere. (45) integrae constant singulis membrorum iuncturae; nemo pedes manusque mutilus deprimit colla, nemo ad compensandam ex adverso calamitatem manu utitur ad officia pedum adiutrice. at caelum terra, ignis, aqua, aër, nebulae, (50) omnisque rerum quae sursum et deorsum sunt, ratio, dei nobiscum scammata concelebra: cecidit unus, et omnes sunt servati. nunc rutilantem Chosroes Luciferum sentit esse obscurum, eique sunt errantia (55) non solum septem, ut aiunt, astra, sed omnia. nunc omnia illa demissus in Tartarum tenebricosas videt necessario vesperas; atque a spe deiectus in ipsis posita, quae vivus adorabat, exsecratur mortuus. (60) ubi nunc semper mendacium Magorum deliria, ubi deducta ab astris orgiorum scammata? quotusquisque extincti Chosroae notavit dies, pro certo statuit moriturum

Ὅμηρε, τὸν πρὶν μηδαμῶς Ἡρακλέα
θεὸν προσειπεῖν ἀξιώσῃς ἀσκόπως.
τί γὰρ τὸ κοινὸν ὠφέλησε τοῦ βίου
κάπος φονευθεὶς ἢ λέων πεπνιγμένος;
θαύμαζε μᾶλλον, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἕνα,
τὸν κοσμορύστην εὐλόγως Ἡρακλέα.
κατῆλθεν οὗτος ἄχρι τῆς Ἅιδου θύρας,
τὴν λύτταν ἦγξε τοῦ κυνὸς τοῦ παμφάγου,
Ἄλκηστιν ἐξήγειρε τὴν οἰκουμένην,
ἀνεῖλε τὸν δράκοντα τὸν μιαιφόνον,
καθεῖλεν ὕδραν μυριαύχενον βλάβην,
ῥυπῶντα τὸν πρὶν ἐξεκόπρωσε βίον,
ἔπνιξε τὸν λέοντα τὸν κοσμοφθόρον,
καὶ νῦν προῆλθεν Ἡρακλῆς τῷ πράγματι,
λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τὰς πόλεις ὅλας.
παρῆλθεν ἡ γῆ τῆς ἀφεγγοῦς ἑσπέρας·
τὸ φῶς ὑπέστη, καὶ διέστη τὸ σκότος·
καὶ δεύτερος νῦν κοσμοποιεῖται βίος,
καὶ κόσμος ἄλλος καὶ νεωτέρα κτίσις.
καὶ νῦν ὁ Νῶε τῆς νέας οἰκουμένης
κιβωτὸν εὗρε τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν,
καὶ πᾶσαν ἔνδον ἐντεθεικὼς τὴν φύσιν
ἀφῆκεν αὐτὴν εἰς ἔνοπλα τάγματα
τῷ κατακλυσμῷ Χοσρόου φρουρουμένην·
σχεδὸν γὰρ εἰπεῖν πᾶσα σὰρξ διεφθάρη
ἐκ τῆς χυθείσης παγγενοῦς ἁμαρτίας·

lapsu temporis: at illum nati furor homicidam sustulit. (65) Homere, priscum illum nusquam Herculem deum vocare oscitanter praesumpseris. ecquid enim boni vitae societati attulit aper mactatus aut suffocatus leo? hunc admirare potius, velut unum inter homines (70) mundi liberatorem, verius dicendum Herculem. hic usque ad portas penetravit Inferi; rabiem compressit canis omnia devorantis; Alcestim excitavit ibi commorantem; draconem occidit crudelissimum; (75) hydram prostravit multorum capitum pestem; destercoravit vitam fluentem sordibus; leonem suffocavit mundi corruptorem: et nunc vere opus consummavit Hercules, aureis decerptis malis, id est urbibus. (80) discessit terra caliginosae noctis; lux est subinducta, et disiectae sunt tenebrae: et iam altera instauratur vita, et mundus alter et nova creatura. atque iste novae terrae novus Noë (85) arcam sibi esse sensit suum cor. totam ille intus includens naturam emisit ipsam in armatas acies, a Chosroae diluvio bene custoditam. ut enim ita dicam, omnis caro corrupta erat, (90) ex cuiuscunque generis peccatorum colluvie, donec oli-

ἕως ἐλαίας ἠλεμένην κλάδον
λαβὼν ἔσωσε τοῦ βίου τὰ λείψανα.
Ποῦ νῦν Ἀπελλῆς, ποῦ λαλῶν Δημοσθένης,
ὅπως ὁ μέν σου σωματώσας τοὺς πόνους,
ὃ δ' αὖ τὰ νεῦρα τῶν λογισμῶν ἁρμόσας,
ἔμπνουν ἀναστήσωσι τὴν σὴν εἰκόνα;
Ὦ Σκηπίων, σίγησον· ἐγράφη νόμος
τοὺς σκηπιῶντας Ἡρακλείωνας λέγειν.
κοινὸν τὸ δόγμα· νῦν ἀκινδύνως μόνον
ἔξεστι δούλοις νομοθετεῖν πρὸς δεσπότας.
κύρωσον, ὦ κράτιστε, τὸν νόμον τύπῳ.
ἔχεις συνειδός, οὐκ ἔχεις ὑποψίαν·
ἔχεις ἄμετρα μαρτυροῦντά σοι βέλη,
ἔχεις συνεργοὺς ἐμφύτους τὰ τραύματα,
ἔχεις ἀγῶνας εὐφραδεῖς συνηγόρους,
ἔχεις ἀγῶνας εὐγενεῖς ταχυγράφους,
οἳ τὸν νόμον γράψουσιν οὐ γραφῇ νόθῳ
ἀλλ' ἐξ ἐρυθμῶν, ὡς προσήκει, γραμμάτων·
τὸ σὸν γὰρ αἷμα τοῖς γραφεῦσιν ἀρκέσει.
Πλούταρχε, σίγα τοὺς παραλλήλους γράφων.
τί πολλὰ κάμνεις καὶ στρατηγοὺς συλλέγεις;
τὸν δεσπότην ἔκφραζε, καὶ γράφεις ὅλους.
ἤδη γὰρ ὁ Πλούταρχος ἐξᾶραι θέλων
τὸν τοῦ Φιλίππου καὶ πρὸς ὕψος ἁρπάσαι,
ἔσπευδε δεῖξαι πᾶσιν ὡς ἐναντίαι
κατεῖχον αὐτὸν ἀντιπράττουσαι τύχαι·

91 ἠλεμένης? 97 ὦ] ὁ ed

vae ramo, a quo misericordia, manu sumpto servavit vitae reliquias. ubi nunc Apelles, ubi facundus Demosthenes? ille quidem ut tuos configurans labores, (95) hic autem tuae mentis vires exprimens spirantem constituant tuam imaginem. Scipio taceto. scripta lex est: Scipiades Heraclionae dicuntor. commune est decretum: nunc solum tuto (100) licet servis statuere legem in despotas. confirma, o fortissime, legem tuo typo. tibi testis est conscientia, non est suspicio. tibi fidem innumerae faciunt sagittae; tibi sunt insiti suffragatores vulnera; (105) tibi sunt agones diserti patroni, tibi sunt agones nobiles tachygraphi, qui legem scribent ficticiis coloribus, sed rubricatis, ut est conveniens, litteris: tuus enim sanguis sufficiet scribentibus. (110) sileas, Plutarche, parallelorum scriptor. cur undique tanto studio duces colligis? despotam eloquere, et de omnibus scripseris. iamdiu Plutarchus cum vellet extollere filium Philippi ipsumque in altum efferre, (115) contendit omnibus ostendere quod adversa ei semper obstiterit fortuna.

οὐκ ἠγνόει γάρ, δεινὸς ὢν λογογράφος,
ὡς εἴπερ αὐτὸν εὐτυχοῦντα συγγράφοι,
δώσει τὸ νικᾶν ἀντ' ἐκείνου τῇ τύχῃ.
ἀλλ' εἶχεν, ὦ Πλούταρχε, τῆς τύχης πλέον
ὁ σὸς στρατηγὸς δραστικοὺς τοὺς συμμάχους.
τίς δὲ στρατὸν γέμοντα Περσικοῦ φόβου,
παρ' οἷς τὸ φεύγειν ἦν ἀκίνδυνος μάχη
φύσις τε λοιπὸν ἐξ ἔθους ἐγίνετο,
ἔπεισεν ὅπλοις καὶ καθώπλισε λόγοις,
καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς δειλίαν μεθαρμόσας
εὐτολμίαν ἔδειξε τὴν ἀτολμίαν,
εἰ μὴ τὸ σὸν φρόνημα καὶ τὸ σὸν κράτος
ἤγειρεν αὐτούς, ὡς ἀκινήτους λίθους
τὴν γῆν βαροῦντας τοῖς ἀκάρποις φορτίοις;
Ποῦ τῶν Ἀθηνῶν οἱ πρὸ τούτου ζωγράφοι,
οἱ τὸν στρατηγὸν Τιμόθεον ἐν ταῖς μάχαις
κοιμώμενον γράφοντες, εἶτα τὴν τύχην
ἐκεῖθεν ἔνθεν ἐνδιδοῦσαν τὰς πόλεις;
δέον γὰρ αὐτοῖς νῦν ἐναντίως γράφειν,
τὴν μὲν τύχην σοι πανταχοῦ κοιμωμένην,
μᾶλλον δὲ τοῖς σοῖς ἀντερίζουσαν πόνοις,
σὲ δὲ στρατηγὸν διπλοκινδύνου μάχης,
καὶ πρὸς τύχας καμόντα καὶ πρὸς βαρβάρους.
Πόθεν μετῆλθεν εἰς βαφὴν ἐναντίαν
ἡ τῶν τριχῶν σου χρυσομίμητος κόμη;
ἔβαψεν αὐτὴν ἡ χιὼν τῶν φροντίδων.
καὶ ποῦ μετέστη τῶν μελῶν ἡ λευκότης;

non ignorabat enim, scriptor cum esset callidus, quod si eum fortunatum scriptis tradidisset, ab ipso ad fortunam transtulisset victoriam. (120) verum habuit, Plutarche, quod fortunam superat, tuus ille dux commilitones strenuos. quis vero exercitum plenum timore Persico, (cui fuga de more erat pugna sine periculo et mos iam in naturam transierat) (125) quis suasit ad arma, et armavit sermonibus, et timore, qui eis inerat, immutato in alacritatem convertit socordiam? quis, nisi tua sapientia et tua potentia collegit ipsos, qui velut immobiles lapides (130) terram gravabant inutili pondere? ubi illi veteres Athenienses pictores, qui ducem Timotheum inter praelia abdormientem pinxerunt, et prope fortunam hinc illinc ipsi tradentem urbes? (135) opus enim eis nunc esset contra pingere fortunam quidem tibi prorsus abdormientem vel potius tuis obsistentem laboribus: te vero ducem in duplicis periculi bello contra fortunam connitentem et contra barbaros. (140) unde conversa est in colorem contrarium capillorum tuorum auro similis coma? infecit ipsam nix sollicitudinum. et quo ille abiit

πύρωσις αὐτὴν ἀντανεῖλεν ἡλίου.
ἀπεικὸς οὐδέν, ἀλλ᾽ ὅμως στοχάζομαι,
ἐν τῷ διαχεῖσθαι τοὺς ἱδρῶτας τῶν πόνων
ἡ λευκότης μετῆλθεν εἰς τὴν καρδίαν.
Οὐκ ἤρκεσάν σοι πρὸς τυράννους αἱ μάχαι,
οὓς ἡ παναλκὴς ἐξεπόρθησε κρίσις
θᾶττον λογισμοῦ, καὶ σχεδὸν πρώτης τύχης,
εἴ πέρ τις ἔστι καὶ τυραννίδος τύχη·
οὐκ ἤρκεσάν σοι φροντίδων πολυτρόπων
ἐμφυλίων τε καὶ ξένων καὶ βαρβάρων
ἄλλαι μετ᾽ ἄλλας συμπλοκαὶ καὶ συγχύσεις.
οὐκ ἤρκεσάν σοι τοῦ στρατοῦ τὰ πράγματα,
ἀλλ᾽ εἰς τοσαύτην εὐσεβῶς ἁπληστίας
ὄρεξιν ἦλθες ὥστε καὶ τῶν ἐγκάτων
ἐντὸς παρελθεῖν τῆς ἀθέσμου Περσίδος.
Ποίους στρατηγοὺς ἢ Σταγειρίτας ἔχων
ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτυχούντων βαρβάρων;
οὐ τὰς ἀπείρους τῆς ὁδοῦ διαστάσεις
ὁ σὸς λογισμὸς ἐννοῶν συνεστάλη,
βλέπων μάλιστα καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης,
τὸν πλοῦτον, ἐκρεύσαντα πρὸς τοὺς βαρβάρους.
οὐ μητρὸς οἰκτος πυρσὸν ἔμφυτον πνέων
ἐπέσχεν ὑμᾶς· οὐ τὰ τέκνα σου τότε,
οἱ ψυχαγωγοὶ μαργαρῖται τοῦ βίου,
στοργῇ δεθέντα φυσικῇ παρεκράτουν.

προ φ σ
150 πρὸ τῆς? 158 παρελθειν PV 168 ψυχικῇ P, ψυχικῆ ed

membrorum candor? sustulit ipsum solis adustio. (145) adfirmare quidem possim, sed tamen coniicio, quod in effundendis inter labores sudoribus totus ille candor ad cor pertransierit. tibi satis non fuerunt in tyrannos bella, quos omnipotens profligavit iudicium (150) cogitatione citius et prope prima fortuna, si qua tamen est vel in tyrannide fortuna. tibi satis non fuerunt variarum sollicitudinum ex civibus, ex exteris, ex barbaris aliae cum aliis implicitae et mixtae curae. (155) tibi satis non fuerunt exercitus munia, sed in tantam pietatis studio aviditatem appetentiamque venisti, ut etiam in intimas partes penetraveris abominandae Persidos. quos vero duces aut Stagiritas habens (160) in terram processisti fortunatorum barbarorum? non immensas itineris distantias tua mens recogitans contracta est, praesertim cum videres etiam nervos belli, divitias, defluxisse ad barbaros. (165) non matris pietas insitam flammam excitans tum te distinuit, non item tui filii, pretiosae margaritae, praesidia vitae, etsi vehementi amore devin-

οὐκ εὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους,
οὐ τὰς δι᾽ ἡμᾶς ἀντιπραττούσας τύχας,
εἰ χρὴ καλεῖν με τὰς ἁμαρτίας τύχας.
ἀλλ᾽ ὡς ἄσαρκος, καὶ μόνος δοκῶν ἔχειν
ἢ σῶμα χαλκοῦν ἢ σιδηρᾶν καρδίαν,
ἀπῆλθες, ἐστράτευσας, ὡπλίσω πάλιν
εἷς ἀντὶ πάντων. ὦ φιλάνθρωπος ζέσις
πάσης ἀνάγκης δραστικῆς ὑπερτέρα.
Ποίαν, στρατηγέ, χειρὸς ἔκτασιν φέρων,
ποίαν δὲ μέχρι τῶν νεφῶν εὗρὼν βάσιν,
σεαυτὸν ἐξέτεινας, ὥστε σε φθάσαι
καὶ τὴν πρὸς ἄκρον ὑπερηρμένην τύχην
τοῦ πυρσολάτρου Χοσρόου κατασπάσαι;
ἢ δῆλον ὡς ἡ χεὶρ μὲν ἐκ τῶν ἰκμάδων
τῆς εὐσεβείας εὐκόλως ἐτείνετο,
πέτρα δέ σοί τις οὐρανῶν ὑπερτέρα
ὁ Χριστὸς ἐγγὺς εἰς βάσιν παρίστατο,
δι᾽ οὗ τὸν ἐχθρὸν ἐν κακοῖς ἐπηρμένον
ἐκ τῶν νεφῶν καθεῖλες ἐν τῷ Ταρτάρῳ.
Ποίαν παρῆλθες μὴ τεθλιμμένος τρίβον
τῆς γῆς ἁπάσης δυσσεβῶς πεφλεγμένης;
τὸ πῦρ γὰρ εἰκῇ προσκυνῶν ὁ Χοσρόης
οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν ἀλλ᾽ εἰς τὸ φλέγειν.
πῶς οὖν παρῆλθες τὰς ἐρήμους ὡς πόλεις,
εἰ μὴ δι᾽ αὐτῆς τῆς νοουμένης πύλης
ἐλθὼν ἐδείχθης ἁπλανὴς ὁδοιπόρος;

v. 171 om codices

ctum retardarunt. non reformidasti tumultuantes morbos, (170) non tibi nostra causa obsistentem fortunam, si mihi fas est vocare peccata fortunam. sed veluti non constares carne, et solus haberes aut corpus aeneum aut cor ferreum, discessisti, unaque simul factus es dux et miles, (175) unus pro omnibus. o fervens humanitatis vis omni necessitate fortiori fortior! quales, o dux, supinas ferens manus, quamque usque ad nubes protendens basim te ipsum extulisti, ut praeverteres (180) et ad fastigium evectam fortunam ignicolae Chosroae prosterneres? at plane constat quod manus a vaporibus tuae pietatis facile intendebantur; petra vero tibi caelis sublimior (185) aderat prope ad basim Christus, cuius ope inimicum in malis superbientem a nubibus deiecisti in Tartarum. quale perfecisti non defatigatus iter per omnem terram impie combustam? (190) ignem enim, quem temere colebat Chosroes, non ad servandas sed ad urendas res adhibuit. quidnam igitur deserta peragrasti ut urbes, nisi quia per eam, quae mente concipitur portam

Ὢ νῦν ἀληθῆ δεικνύων τὴν πορφύραν·
πορφύρεται γὰρ εἰς βαφὴν αἰωνίαν
ἱδρῶσι τοῖς σοῖς εὐσεβῶς ἡμαγμένη.
μένει δὲ λευκή, καίπερ οὖσα πορφύρα·
καὶ τῇ νέᾳ στίλβουσα καλλιεργίᾳ,
ὅσον φορεῖται, μειζόνως λαμπρύνεται.
Χαῖρε, στρατηγὲ κοσμικοῦ γενεθλίου·
τὸν σὸν γὰρ ἆθλον πᾶσα χώρα καὶ πόλις
ἔμπρακτον οἶδε τοῦ βίου γενέθλιον.
τὸν πεντάπλουν εἰς ἄκρον ἤνυσας δρόμον
ἱδρῶν, ἐλαύνων, ἀντεγείρων, συντρέχων,
ἕως καθεῖλες παραβάτην Χοσρόην.
κατεπλάγησαν οἱ πρὸ σοῦ διφροστάται
ἐν τῇ τοσαύτῃ τοῦ δρόμου παρεκτάσει
ὁρῶντες ὑμῶν τοὺς τροχοὺς βεβηκότας.
καὶ πᾶς ὁ τῆς γῆς δῆμος ἐκ τῶν τεττάρων
ὕμνησε πλευρῶν ἐν θεάτρῳ τῷ βίῳ·
κοσμοῦσι πάντες σοῦ φανέντος τὴν πόλιν,
ἄνθη δὲ συλλέξαντες ἐψυχωμένα
στέφουσιν ὑμᾶς ταῖς προσευχαῖς ὡς ῥόδοις.
τὰς κοσμικὰς γὰρ ἐξανοίγει σοι θύρας
ὁ τῶν ἀγώνων βραβευτὴς καὶ δεσπότης,
δι' ὧν προελθὼν παγγενὴς νικηφόρος
ἔχεις ἄχραντον τὴν ἀφ' ὕψους εἰκόνα.
Οὕτως ἁπλήστως ἐκχυθεὶς πρὸς τοὺς λόγους
στέργω δι' ὑμᾶς τὴν καλὴν ἁπληστίαν.

209 ἡμῶν P

egressus apparuisti tutus peregrinator. (195) o vere nunc ostentans purpuram! purpurascit enim ex immortali colore, cum tuis sudoribus sit pie cruentata; manetque candida, quamvis sit purpura, et novo fulget opere exornata: (200) nam quo magis usu teritur, nitet magis. salve, dux, per quem mundus renascitur: tuum enim certamen omnis urbs et regio vitae natalem sensit esse efficacem. quintuplicem perfectissime perfecisti cursum, (205) sudans, impellens, incitans, concurrens, donec deiecisti armatum Chosroam. obstupuerunt ante te aurigae, quod in tanta cursus extensione viderent tuas rotas non esse imminutas. (210) tum vero omnis mundi natio ex quattuor partibus tibi plausit in theatro vitae. omnes suam ornant te apparente civitatem, et floribus collectis vitalibus, coronant te precibus tanquam rosis. (215) tibi enim mundi late portas adaperit certaminum arbiter et dominus, ad quae processisti victor in omnibus, tenens intactam desursum imaginem. sic in sermones effusus inexplebiliter (220) per te tam pulchram

τί πρῶτον εἰπών, ποῖα συγγράφων μέσα,
τῶν ἐσχάτων σου δράξομαι προοιμίων;
ἀντεμπλοκὴ γὰρ συγκροτεῖται καὶ μάχη
τῶν σῶν ἀγώνων νῦν ὁμοῦ μεμιγμένων,
καὶ μῖξις ὥσπερ γίνεταί μοι καὶ στάσις,
ὥσπερ ῥεόντων τῶν ποταμῶν τῶν ὀμβρίων
ὁ πόντιος ῥοῦς ἵσταται μεμιγμένος.
οὕτω γὰρ ἐκβλύσαντες ἐξ ἑνὸς πόρου
τῶν σῶν ἱδρώτων οἱ ποταμοὶ μεμιγμένοι
ὠθοῦσι καὶ σφύζουσιν ὥσπερ ἐκ βίας
ἄλλος τὸν ἄλλον, ἐκδραμεῖν ἠπειγμένοι
καὶ ταῖς ἀβύσσοις ἐντεθῆναι τῶν λόγων.
καί πού τις αὐτῶν εἴπερ ἐμβριθεστέρῳ
τάχει προκύψει πρὸς τὸν ἄλλον, εὐθέως
ὁ νοῦς μεταστὰς ἡδέως μερίζεται,
ὡς ἐξ ἀνάγκης λοιπὸν ἐστενωμένος
εἴργειν ἑαυτοῖς τὴν φορὰν τῆς ἐξόδου,
ἕως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγαῖον στόμα
λύσει τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.
ὅμως ἁπλώσας ῥιψοκινδύνῳ θράσει
τὸν νοῦν, ἐπ' αὐτῶν νήχομαι τῶν πραγμάτων.

226 ὄμβρων codices 231 τὸν. ἄλλον P, τῶν ἄλλων ed
239 λύσῃ cod

inexplebilitatem prosequor. at quid primum dicam, quae scribam in medio? an ex ultimis tuis sumam initium? hinc enim inde conflatur conflictus et pugna ex tuis agonibus una simul commixtis. (225) ac mihi quaedam veluti cietur turba et seditio, sicuti ex fluentibus imbre adauctis fluviis maris unda remanet immixta. ita enim educti ex una scaturigine sudorum tuorum fluvii permixti (230) subsilientes instant, tanquam ex impete alius post alium adacti currere, et in abyssos sermonum scribentes trudere. ac si quis forte ex ipsis magis contento cursu incumbit in alterum, repente (235) mens abrepta dulciter dividitur, ut ex necessitate demum pressa angustiis inhibeat omnibus exitus vias, donec tua mens et os tuum fontis instar perenne solvat tanta sermonum impedimenta. (240) at nunc audaci et exporrecta impavidus mente natare ipsa inter gesta instituo.

B.

Ῥώμη, δίκαζε τὴν ἰσόρροπον κρίσιν·
πολλῶν στρατηγῶν εὐπορήσασα φράσον
ποίῳ δοκεῖ σοι συμβαλεῖν τὸν δεσπότην;
μόνος τετάχθω, φησίν, οὐκ ἔχων ἴσον.
Ἤδη μὲν οὖν ἔσβεστο τῆς τυραννίδος
τὸ πῦρ ὁ Φωκᾶς, ἡ καταιγίς, ἡ μέθη,
ὁ τῶν καθ' ἡμᾶς συμφορῶν πρωτεργάτης,
ἢ τῶν ἐν ὕπνοις φασμάτων τιμωρία,
ὁ τὰς καθ' ἡμᾶς αἱματώδεις ἐκχύσεις
ἔχειν νομίζων εἰς τρισάθλιον κράτος,
τῆς γῆς τὸ κῆτος, τὸ πρόσωπον Γοργόνος.
οὐχ εἶλες αὐτοὺς ὡς ὁ Περσέως πλάνος,
ἀλλ' ἀντιτάξας τῷ φθορεῖ τῶν παρθένων
τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς ἀχράντου παρθένου·
αὐτῆς γὰρ εἶχες τὴν βοηθὸν εἰκόνα,
ὅτε προσῆλθες τῇ βορᾷ τοῦ θηρίου.
καθεῖλες αὐτόν, οὐ κρεμασθεῖσαν κόρην
μίαν σεσωκώς, ἀλλὰ τὰς πόλεις ὅλας.
Τοιοῦτον οὐκ ἦν, κἂν γενέσθαι τις λέγοι,
τὸ πρὶν φονευθὲν κῆτος ἐξ Ἡρακλέους,
οἷον καθεῖλεν Ἡρακλῆς ὁ δεσπότης
κῆτος, τύραννον, οὐ μίαν φθεῖρον πόλιν,
ἀλλ' ἐκθερίζον τὴν πολιτείαν ὅλην.

τὸ ον
11 ὁ προσωπογόργονος P

II.

Roma, diiudica aequa lance iudicium: quae tot abundasti ducibus, eloquere, cui tibi videtur comparandus despota? solus ponatur, inquit, non habens aequalem. (5) iamiam extinctus erat tyrannidis ille ignis, Phocas, ille turbo, illa temulentia, nostrarum primas calamitatum artifex, de visis inter somniandum carnifex; qui nostri sanguinis effusiones (10) in sua rebatur esse miserrima potestate, illud terrae cetos, illa facies Gorgonis. non tu illum occidisti, ut de Perseo est fabula, sed obiecisti corruptori virginum tremendam effigiem intemeratae virginis. (15) eius enim habuisti adiutricem imaginem, quando occurristi voracitati belluae: ipsum occidisti, neque appensam puellam unam servasti, sed civitates universas. tale non fuit, quamvis fuisse quis dixerit, (20) cetos quod iamdiu mactatum fuit ab Hercule, quale occidit Hercules despota cetos in tyranno, non unam corrumpens urbem, sed totam

πλὴν μισθὸς ὑμῖν ἐστὶν εὐτρεπισμένος,
οὐ μῦθος ἵππῳ τῆς φθορᾶς ἀνωτέρω·
μῦθος γὰρ οὗτος καὶ κεχρωσμένος ψόφος,
εἰ μή τις, ὡς σύ, γνωστικοὺς ἔχων τόνους
ἀλληγορήσει τὴν σποράν τῶν ἀρσένων
ἄφθαρτον εἶναι τῇ μεταδόσει τοῦ γένους,
ἄλλου μετ' ἄλλον ζωπυρούντων τὴν φύσιν.
οὐχ οὗτος ὑμῖν, μηδὲ τοιοῦτον λάβοις
μισθὸν δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὀχήματος τύχοις
ζωῆς τρεχούσης εἰς ὁδοὺς ἀφθαρσίας.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τοῦ δήμου θράση
συνεκτραπέντα τοῦ τυράννου τῇ μέθῃ
ἔνοικον εἶχε τῶν μελῶν ἀταξίαν,
σχεδὸν δὲ πάντας τοὺς πολίτας ἡ πόλις
πεφυρμένους ὤδινε Κενταύρου δίκην
(τετμημένοι γὰρ καὶ κακῶς μεμιγμένοι
πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἠσχολοῦντο συγχύσεις),
ἰατρὸς ἐλθὼν κυρίως γαληνίας,
καὶ τὰς ἀτάκτους ψηλαφῶν ἀρτηρίας,
σφύζουσαν αὐτὸς οὐ παρεῖδες τὴν νόσον,
καὶ τμητικῇ μὲν οὐδαμῶς διαιρέσει
οὐδ' αὖγε τοῖς στύφουσιν ἐχρήσω τόνοις,
μαλακτικῷ δὲ καὶ λαλοῦντι φαρμάκῳ
ἔπεισας αὐτοὺς ἐκ μόνης εὐταξίας
τὸ θηριῶδες τοῦτο μὴ νοσεῖν πάθος,

γρ. μετ' ἄλλον
30 ἄλλου μετ' ἄλλου P, ἄλλον μετ' ἄλλου ed
οι
32 τυχῃς cod Vat

late evertens rempublicam. atqui praemium tibi est paratum, (25) non fabulosus equus corruptioni non obnoxius. fabula haec enim est et canorae nugae, nisi quis forte, ut tu, mentis intendens aciem hoc ita interpretetur, virile semen incorruptibile esse in transfusione generis, (30) altero alterius reintegrante naturam. non hoc tibi praemium, neque talem accipis mercedem pro nobis, sed currum adsequeris vitae currentis in viam immortalitatis. audax iam tandem ingenium populi (35) abreptum a tyranni temulentia domesticis assueverat membrorum dissensionibus; et iam prope omnes cives civitas deformatos pariebat, Centauris similes (divisi enim et male inter se commixti (40) suis vacabant fovendis confusionibus), cum tu medicus accedens, verus Galenus, atque inordinatas attrectans arterias, micantem intus morbum non neglexisti: at nunquam sectionibus amputationibusque, (45) nec item adstringentibus usus es remediis. sed emollienti eloquii pharmaco persuasum eis fecisti, ex bono tantum ordine hanc belluinam non nocere infirmitatem;

ἄνω δὲ μᾶλλον τὴν λογικὴν ἔχειν φύσιν,
κάτω δὲ ῥῖψαι καὶ καλῶς ἐκλακτίσαι
τὸ κτηνόμορφον τῆς ἀταξίας τέρας,
μή πως παρατραπεῖσα τῆς τετριμμένης
ἡ φατνιῶσα τῶν φρενῶν ἀταξία
τὸν νοῦν ἑαυτῇ συμπλανώμενον λάβῃ.
οὕτως ἄριστα τοὺς διεστῶτας τρόπους
τῶν δημαγωγῶν συμβιβάζεις ταγμάτων,
καὶ σύνθετόν τι ζῷον ἐξ ἐναντίων
συνθεὶς λογισμῶν εἰς ἕνωσιν ἥρμοσας,
καὶ τοὺς ἀποσκιρτῶντας ἀλλήλων τρόπους
εἰς ἓν συνῆψας, καὶ κατώρθωσας μόνος
ὃ μὴ κατορθοῦν εὐπόρησεν ἡ φύσις.
τούτῳ θέλοντες τῷ μείστῳ πράγματι
μνήμην συνάψαι συμφερόντως ἡ πόλις
γράφουσιν ἡμῖν τῇ κάτωθεν εἰκόνι·
εἰ τὴν ἄνω γὰρ ἄλλον εἶχες ζωγράφον.
Ἐπεὶ δὲ πάντας, οἰκοδεσπότου δίκην,
τοὺς ἔνδον ἡμῶν ἐξεχέρσωσας τόπους,
καὶ τὰς ἐνοίκους τῶν παθημάτων φλέβας
τῷ σῷ κενώσας εὐσεβεῖ καθαρσίῳ
τῆς ἔνδον ὠμότητος εἶρξας τὴν βλάβην,
ἐκτὸς δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῆς Θρᾴκης νέφη
χειμῶνας ὑμῖν ἐξανέστησε μάχης,
καὶ πῇ μὲν ἡ Χάρυβδις ἡ Σκυθότροφος

49 ἔχει ed 65 εἶχε P vv. 69—132 desunt codici P

et quo magis superne rationalem habet naturam, (50) magis inferius deiicere et bene calcitrare pecudiforme dissensionis monstrum, timendumque ne aberrans a trita via quae circum praecordia stabulatur discordia, mentem secum ipsa tandem in errorem trahat. (55) sic optima ratione discordes sententias inter primores ordinum concilias, et mixtum quoddam animal ex contrariis formans consiliis ad unitatem adducis. sic dissentientium invicem ingenia (60) in unum contraxisti, et solus emendasti quod emendare nequisset natura. volentes pro tali opere maximo memoriam ponere convenienter cives tuam nobis hic deorsum pingunt imaginem: (65) sursum enim habuisti pictorem alterum. postquam autem nostra, ut paterfamilias, rimatus intus emundasti viscera, et domesticis imbutas morbis venas tua evacuisti piissima purgatione, (70) intestinae cruditatis coërcitis damnis. tum extra obortae ex Thracia nebulae procellas tibi suscitarunt belli; et qua Charybdis Scytharum

σιγᾶν δοκοῦσα λῃστρικῶς ὠδοστάτει,
πῇ δ' αὖ συνεκθέοντες οἱ Σκλάβοι λύκοι
τῇ γῇ συνῆπτον τῆς θαλάττης τὸν σάλον,
καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν αἵμασι πεφυρμένος
ὁ ῥοῦς ἐρυθρὸς ἐκ βίας ἐγίνετο,
κἀκεῖθεν ὥσπερ ἀντερίζουσα πλέον
ἀντιπρόσωπος ἡ δυσάντητος θέα
τῆς Γοργόνος προσῆκτο τῆς τοῦ Περσέως,
καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἦν ὁμοῦ πεφυρμένος,
σὲ δὲ στρατηγεῖν ἦν ἀνάγκη τῆς μάχης,
τυχὼν μὲν ἄλλος ἐν τοσαύτῃ συγχύσει
οὐκ ἂν κυβερνᾶν ῥᾳδίως ἠνέσχετο,
ὑμῖν δὲ δόξαν ὥστε πᾶν τὸ φορτίον,
εἴπερ δυνηθῇς, ἀντὶ πάντων βαστάσαι,
ἀπηγόρευσας τῶν σεαυτοῦ φροντίδων
καὶ σὰς ἐποίου τὰς ἁπάντων φροντίδας.
καὶ πολλάκις τὸ τόξον ἐντεῖναι θέλων
βαλεῖν τε τὴν Χάρυβδιν, εἰς τὴν Γοργόνα
τὴν πετροποιὸν τῶν θεατῶν εἰκόνα
στραφεὶς ἐπέσχες τὴν βολὴν ἠπειγμένην.
καὶ δὴ κατ' αὐτῆς ἀντιβάλλοντες βέλος
ἀνθεῖλκον ὑμᾶς οἱ φιλάρπαγες λύκοι.
χρόνῳ δὲ μικρῷ συγκροτῶν ἑκατέρεις
μίαν κατ' αὐτῶν τριπλοκίνδυνον μάχην.
Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τῆς ἀνάγκης τὰ ξίφη

94 ἀντιβάλλοντας? 96 ἑκατέρεις ed

altrix tacere simulans grassabatur clanculum; (75) qua vero turmatim ruentes Sclavi, ut lupi, simul terram miscebant et mare, ac ex ipsorum sanguine contaminata unda vim passa fiebat rubra. procul autem, tanquam ad pugnandum aemula, (80) nobis contra truculentior aspectu Gorgon est obiecta Gorgone Persei. et iam universus orbis erat conturbatus, te vero ad bellum exire erat necessitas. alter fortasse in tanta rerum confusione (85) haud facile hoc totum gubernare valuisset. tibi vero visum, quod totius oneris sarcinam quam belle posses gestare pro omnibus. tum valedicto tuis sollicitudinibus tuas effecisti omnium sollicitudines. (90) ac saepe telum cum velles intendere, et Charybdim in Gorgonem immittere, imaginem vertentem spectatores in lapides, conversus cohibuisti contortum iaculum. quippe in ipsam mittentes alia ex parte spicula (95) te retraxerunt lupi rapacissimi. ac brevi futurum haec animo versans dixisti unum in ipsos bellum, sed triplicis periculi.

κοιναῖς καθ' ἡμῶν προσβυλαῖς τεθηγμένα
ταῖς σαῖς μερίμναις ἐν βραχεῖ διηρέθη,
χειμὼν δὲ λοιπὸν οὐ μόνον τῶν πραγμάτων,
καὶ τῆς φορᾶς δὲ τοῦ χρόνου κατεκράτει,
ἐν ᾧ μάλιστα ταῖς μερίμναις εἰσόδους
τῆς νυκτὸς ὠδίνουσιν αἱ παρεκτάσεις,
γνώμης ἐγίνου τὰς ἀπ' ἄκρον ἡλίου,
ὡς ἦν ἐφικτόν, ἐκτεμεῖν περιστάσεις·
πηγὴν γὰρ ᾔδεις τῶν κακῶν τὴν Περσίδα.
καὶ δὴ τὸ πρᾶγμα σχηματίζων ἁπλάσω
σαυτὸν παρασχεῖν τοῖς πρὸ ἄστεως τόποις,
οὐχ ὥς τι τερπνόν, καὶ μάλιστα τοῦ χρόνου
χειμῶνος ὄντος, εὐπορεῖν εἰθισμένους,
ἀλλ' ὥστε τοῖς σοῖς μηδαμῶς βουλεύμασι
τὰ τῶν πολιτῶν συμπλέκεσθαι πράγματα,
μηδ' αὖ γενέσθαι βλαπτικοῖς κατασκόποις
ἔκδηλα τῶν σῶν σκεμμάτων τὰ δόγματα·
καλύπτεται γὰρ ὡς νέφει κατάσκοπος
ὄχλῳ παρεισδύς, καὶ δυσεύρετος μένει.
ἐκεῖσε γοῦν, κράτιστε, συλλέγων ὅλον
τὸν νοῦν σεαυτοῦ καὶ σχολῇ σοφῇ τρέφων,
πάσας ἀνέγνως διατάξεις τῶν νόμων
τὰς ἐξ ὅπλων καὶ πραγμάτων ὡρισμένας.
ἀλλ' ἦν τὰ κρυπτὰ τοῦ σκοποῦ σου δόγματα
λόγων ἀφορμαὶ τοῖς λαλεῖν εἰθισμένοις,

123 τοὺς λαλεῖν εἰθισμένους ed

itaque postquam tot furentes gladii in nos uno impete facto constricti (100) tua cura sunt celeriter divisi, iam tandem hiems non operas tantummodo, sed etiam cursum contrahebat temporis. tempus erat quo potissimum curis introitum noctis praebent longae extensiones. (105) tum cogitasti ut instantes ab ultimo Oriente, quantum fieri posset, calamitates averteres: fontem enim malorum sciebas esse Persidem. et iam rem animo molitus simulasti te ipsum conferre in suburbia, (110) non ut qui deliciis, cum praesertim tempus instat hibernum, in more habent diffluere, sed ne tuis ullatenus consiliis civium intermiscerentur negotia, neque fieret perniciosis speculatoribus (115) aperta tuarum cogitationum voluntas. absconditur enim, velut nube, explorator clam turbae immixtus, et inventu est difficilis. ibi igitur totam colligens, o fortissime, tuam mentem, et otio sapienti nutriens, (120) omnes relegisti constitutiones legum circa res bellicas et civiles praefinitas. sed ex occultis tuae mentis consiliis loquendi occasio capta est a garrulis, queis lu-

παρ' οἷς ὀλισθήσασα τῆς ἔσω θύρας
ἡ γλῶττα φεύγει καὶ βοᾷ πλανωμένως.
ὅμως συνεῖδες ταῦτα συγγνώμην ἔχειν·
ἔδοξε γάρ πως ἐξ ἀνάγκης εὐλόγου
τοῦ πρὸς σὲ φίλτρου δυσφορεῖν ἡ κοινότης,
οὐκ ἐκ φθόνου τὴν γλῶτταν ἠρεθισμένοι
(τοῖς βασκάνοις γὰρ οὐ φθονοῦνται φροντίδες)
ἀλλ' οὐ στέγοντες τὴν ἀπουσίαν βλέπειν,
κἂν πολλάκις τυχώσιν ὠφελημένοι.
Ἐνταῦθα τὸν πρὶν Ἠλίαν μιμούμενος.
καὶ ταῖς ἐρήμοις ἐμβάτευων ἐτρέφου
οὐ βρῶσιν, ὡς ἔδειξας, ἀλλὰ φροντίδας·
οὐκ ἦν γὰρ ἔργον πολεμικῶν συνταγμάτων
ὃ μὴ μετῆλθες τῇ σχολῇ τῶν σκεμμάτων
τυπῶν, προτάττων, εὐτρεπίζων, προσγράφων,
καὶ σχηματουργῶν τῆς μάχης τὰς εἰκόνας
ἄλλοις, σεαυτῷ, τῷ στρατῷ, τοῖς ἔθνεσιν,
ὡς ἄν τις εἴπῃ περιβαλὼν ἐν συντόμῳ,
πρὸ τῶν ἀγώνων τοὺς ἀγῶνας συλλέγων
καὶ τὴν νίκην δρῶν ἐντελῶς πρὸς τῆς μάχης.
Ἄλλοι μὲν οὖν γράψουσιν, οἷς δοκεῖ φίλον,
ὄρη, φάραγγας καὶ στενὰς διεξόδους,
καὶ τὰς πετρώδεις ἐξοχὰς καὶ δυσβάτους,
δι' ὧν παρῆλθες ὡς πνοὴ ταχυδρόμος,

136 ἔργων codices et ed ib. πολεμικῶν P, μαχίμων ed
137 μετῆλθε codices et ed

brica extra septum dentium (125) effugit lingua, et falsa garriens clamitat. attamen nosti haec esse digna venia: visi enim sunt iuste et necessario ob quoddam in te philtrum id aegre ferre cives non autem ex invidia linguam acuere (130) (invidi enim curis non invident), sed quod nequirent tuam absentiam ferre, quamvis saepe tuam opem essent experti. tu priscum interea imitatus Eliam, atque in eremis degens, vescebaris (135) non cibo, ut videbaris, sed curis, (nulla enim erat res bello parando necessaria, quae non occuparet tuae mentis ostium) formans, disponens, apparans, describens, et repraesentans varias belli imagines, (140) tibi atque aliis, militibus et gentibus, atque, ut quis omnia complectens dixerit, ante praelia recensens praelia et ante pugnam referens plenam victoriam. at scribent alii, queis haec sunt cordi, (145) montes et valles et angustos exitus, et scopulosos vertices et impervios, quos pertransisti, ut spiritus celerrimus, quosque nec

ὡς οὔτε πέτραις ἐκ βελῶν ἀφιγμέναις
ἔνεστι βάλλειν, οὔτε μὲν ὀρύγμασι
τὴν γῆν ὑπογλύφοντας ἑλκύσαι κάτω.
ἀλλ᾽ εἰσὶ τείχη τοῖς ἐναντίοις ὄρη,
τὰς κλεῖς ἔχοντα τῆς ὁδοῦ πεφραγμένας,
ἠβουλόμην δὲ καίπερ ὢν βραδυγράφος
τὴν συλλογήν σου τῶν στρατευμάτων γράφειν,
τὴν εἰς ἅπαν γῆς ἐσκεδασμένην μέρος,
βουλαῖς δὲ ταῖς σαῖς ἐν βραχεῖ συνηγμένην.
οἱ σοὶ γὰρ αὐτοὺς ἦγον ἑκτικοὶ λόγοι,
ὥς εἴ τις ἄλλος ἐκ μιᾶς ὑδραργύρου
σύρει τὰ χρυσᾶ συλλέγων σπαράγματα.
πλὴν ταῦτα σιγῶν καὶ τὸν Εὐφράτου πόρον,
δι᾽ οὗ τρέχων παρῆλθες Εὐφράτου πλέον,
τὴν δραστικήν τε καὶ μετ᾽ ἔργων ἐμπόνων
ὡς ἐν παρέργῳ συμφορᾶς τοῦ δ᾽ ὁ βίος,
εἴγε προσήκει συμφορᾷ παρεικάσαι
τὴν εὐσεβοῦντι δεσπότῃ πορθουμένην,
ἢ δυσσεβοῦντι Χοσρόῃ σεσωσμένην,
ἤδη πρόσειμι τῇ Δαραρτάσει πόλει.
ταύτην δέ φασι Περσικῶν ὁρισμάτων
εἶναι βορείαν, τὴν δὲ πρὸς Νότον θέσιν,
ὅσον πρὸς ἡμᾶς, ἀντικειμένως ἔχειν.
καὶ τὸν κατ᾽ αὐτῆς ἐν βραχεῖ παραδρόμῳ
καμπτῆρα τῷ τρέχοντι μορφώσω λόγῳ.

152 ἔχονται ed, ἔχοντας P 157 οἱ σοὶ] ὅσοι codices et ed
162 τε add P

saxis ballistis immissis fas est oppugnare, neque item foveis (150) subtus humi effossis prosternere. ita plane montes sunt hostibus moenia: fauces tenent itineris praestrictas. atque hic ego vellem, quamvis rudis scriptor, ut exercitum collegeris describere, (155) et ut in omnem terrae partem dispersum tuis consiliis in unum statim contraxeris: ita enim ipsos coëgit tua conciliatrix oratio, ut si quis alter unius ope hydrargyri auri ramenta contrahens colligat. (160) sed haec omitto, atque Euphratis transitum quem traiecisti ipso Euphrate citius, illamque magnam, quae post labores improbos velut in parergo vitae obtigit calamitas, si tamen licet calamitati id conferre, (165) quod dicas melius a pio despota esse eversum quam ab impio Chosroa servatum. atque iam accedo ad civitatem Darartasim, quam dicunt habito ad Persica confinia respectu borealem esse, ad Austrum vero esse sitam, (170) quantum ad nos, atque e regione oppositam: et brevi in ipsam

Τὸν Ἀρτασὴρ γάρ, δοῦλον ὄντα τὴν τύχην,
τυραννικῷ λέγουσι καὶ θρασεῖ ξίφει
Πάρθους ἀποστήσαντα τοῦ τότε κράτους
εἰς αἰχμάλωτον ὕνπερ ἥρπασε θρόνον,
ἀντενθρονίζειν ἐν κακοῖς τὴν Περσίδα.
χρόνους δὲ συλλέγουσιν, ὡς φασί, δέκα
σὺν ἓξ διαδραμόντας ἑξηκοντάσιν,
ἐν οἷς τὸ πικρὸν τοῦδε τοῦ σπόρου γένος
ἐξ αἱμάτων ὤδινεν αἱμάτων γόνον.
ἐν γὰρ τοσαύτῃ τοῦ χρόνου παρεκτάσει
ἐναλλαγὴν οὐκ ἔσχε τῆς μιαιφόνου
σειρᾶς ἐκείνης ἡ δυσέκλυτος δέσις,
ἀλλ᾽ ἐκ τέκνων εἰς τέκνα συμμετεπλάκη
ὁ δεσμὸς οὗτος ἐμφραγαῖς πεφυρμένος,
καὶ πᾶς παρ᾽ αὐτοῖς δυσμενὴς βροτοκτόνος
ἔσπειρε τέκνον εἰς γονὴν πατροκτόνον,
κἀκεῖνος αὖθις ὡς ἐχίδνης οὐσίαν
τὸν κλῆρον ἀντέπεμψεν εἰς τοὺς ἐγγόνους.
καὶ ῥοῦς ἐχεῖτο τοὺς φόνους ἐπιρρέων,
ἕως πλατυνθεὶς εἰς ἀμέτρητον χύσιν
ἔστηκεν ἐνθεὶς εἰς βυθὸν τὸν Χοσρόην·
ἔδει γάρ, οἶμαι, τῆς Ἰοκάστης τὸν βίον
ζηλοῦντας αὐτοὺς τῷ παραλλήλῳ φθόνῳ
πρὸς τὰς ὁμοίας συμφορὰς ἀνατρέχειν.
ἐκεῖνος οὖν ἔκτιζε τήνδε τὴν πόλιν

φ
190 ἐκγόνους P 102 χύσιν P

excursu deflectens gyrum conficiam festinante sermone. quippe Artaserem, qui fuit servus origine, per vim atque audaciam ferunt stricto ense (175) ab eius, cui suberant, potestate Parthis abductis ad servilem, quem arripuit, thronum, rursus in malis locasse thronum Persidis. annos autem qui supputant, aiunt sexdecim supra sexaginta iam excurrisse, (180) ex quo crudele huiusce seminis genus a caedibus in caedes prolem peperit. in tanto enim temporis spatio nullam passus est vicem sanguinariae huius catenae nexus insolubilis, (185) sed ex natis in natos insertus est strictius hic nodus, cruentis inquinatus caedibus. itaque omnis ex ipsis homicida barbarus natum progenuit sui seminis parricidam; et ille rursus, tanquam viperae substantiam, (190) suam transmisit hereditatem ad nepotes. atque ita rivus manavit in caedes perennis, donec diductus ad immensam effusionem stetit immissus in gurgitem Chosroae. oportebat enim, puto, ut qui Iocastae vitam (195) pari inter se studio invidiae aemularentur, in pares calamitates concurrerent. ille

εἰς πύργον ἄκρον, εἰς ἀπόρθητον τόπον,
εἰς τεῖχος, ὡς ἔδειξε, τῆς ἁμαρτίας.
ἐκεῖ γὰρ εἶχε Χοσρόης καὶ τοὺς Μάγους
καὶ τοὺς ἑαυτοῦ προστάτας τοὺς ἄνθρακας,
δεινῇ κρατηθεὶς εἰκότως ὑποψίᾳ,
μὴ τοὺς σεβαστοὺς αἰχμαλώτους ἁρπάσῃς.
ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐλθὼν ὥσπερ ἀστραπῆς τάχος,
καὶ τὸν ἐπ᾽ αὐτοῖς σχηματουργήσας φόβον
(φόνον γὰρ αὐτὸς οὐδὲ βαρβάρων θέλεις,
εἰ μὴ καθ᾽ αὑτῶν ἀσπάσοιντο τὰ ξίφη),
στήσας τε πολλὰς μηχανὰς τῶν ὀργάνων,
κριούς, χελώνας, πετροπομποὺς σφενδόνας,
φράξας τε τὴν φάλαγγα καὶ τείχει νέῳ
τὸ τεῖχος αὐτῶν ἐμπερικλείσας ὅλον,
ἅπαντας ἔνδον εἶλες ἐκ μόνου φόβου.
Πρῶτον μὲν οὖν, κράτιστε, τῶν σκύλων ὅλων
ἀπηνθράκωσας τοὺς θεοὺς τῆς Περσίδος,
δεκτὰς ἀπαρχὰς τῷ θεῷ σου προσφέρων
τὰ τῶν προπάππων Χοσρόου κειμήλια.
σβεννὺς γὰρ αὐτοὺς ἔφλεγες τὸν Χοσρόην,
οὐχ ὥσπερ ἐχθρὸς τοῦ πυρὸς τῆς οὐσίας
(ὅλος γὰρ εἶ πῦρ τῷ θεῷ συνημμένος)
ἀλλ᾽ ὡς ἐλευθέραν τε καὶ σεσωσμένην
θέλων προσάξαι τῷ θεῷ καὶ τὴν κτίσιν.
ἀπηλλάγη γὰρ καὶ τὸ πῦρ μολυσμάτων

199 εἰς P, ὡς ed 210 καὶ] τῷ codices et ed 213 μὴν ed

igitur hanc ipsam urbem condidit in modum excelsae turris, loco inexpugnabili, tanquam murum, ut apparuit, peccati. (200) ibi enim habebat Chosroes et Magos et sibi adscitos praesides carbones: in fortem adductus, ut par est credere, suspicionem, ne quos colebat, captivos abduceres. tu vero accedens, tanquam vis fulminis, (205) terrorem ipsis undique repraesentasti: non enim caedes barbarorum volebas, nisi in te prius gladios constringerent. eductis autem multis machinarum organis, arietibus, testudinibus, saxa iacientibus fundis, (210) et munita phalange novo scutorum muro, eorum moenia late circumclusisti, omnesque sunt intus deprehensi sola formidine. hoc igitur primum spoliis dedisti initium; in carbones redegisti deos Persidis, (215) acceptas deo tuo offerens primitias avita Chosroae cimelia: illos enim extinguens combussisti Chosroam, non quod sis hostis igneae substantiae (omnis enim ignis est deo succensus), (220) sed quod liberam et liberatam velles offerre deo etiam creaturam. vere enim liberatus est ignis

τῇ προσκυνήσει μᾶλλον ἐξυβρισμένον,
ἔχει δὲ τιμὴν τὴν καλὴν ἀτιμίαν,
τῇ σῇ καθαρθὲν εὐσεβεῖ καθαιρέσει,
καὶ συμφερόντως δυστυχεῖν ἠνέσχετο,
καλῶς τεφρωθὲν ἢ κακῶς ἀνημμένον.
Οὕτως ἐκεῖνο πᾶν τὸ πῦρ κατασβέσας,
ἀφῆκας οὐδέν, πλὴν ὅσον λαλεῖν ἔδει,
σπινθῆρα μικρὸν εἰς τὸ φλέξαι Χοσρόην.

a profanationibus, cui adoratio fuerat contumelia; et nunc honoris habet loco pulchrum dedecus, (225) quod tua se sentiat pia destructione purgatum; et lucro apponit illatum sibi damnum, potius bene extinctus quam male accensus. sic totum illum ignem extinxisti, nil prorsus reliquisti nisi, ut ita dicam, (230) parvam scintillam ad comburendum Chosroam.

IOSEPHI MARIAE QUERCII

IN GEORGII PISIDAE CARMINA

MONITA ET ADNOTATIONES.

DE EXPEDITIONE PERSICA

MONITUM.

Luctuosissimum ac pene deploratum fuisse rei publicae statum tum cum, extincto Phoca, Heraclius regno potitus est, unanimi omnium scriptorum consensione confirmatum est. nimirum cives inter se divisi intestinis flagrabant odiis, et mutuis caedibus madebant; Abares in proxima loca recepti et veluti civitatis iure donati, sed animo semper agrestes et crudeles, novas in dies turbas ciebant; barbari e Scytharum genere in Romanas provincias undique confluentes incredibiles calamitates in unum comportabant; ac Persae quidem Mesopotamia universa, Syria, Aegypto, Palaestina et Phoenicia occupatis, Chalcedonem usque delati, tam dira Cpolitanis minabantur, ut parum abfuerit quin totum imperium una cum ipso nomine penitus deleretur. igitur in tanta temporum calamitate et nequitia imperatorem desiderabat res publica, qui plurimum polleret pietate consilio, et militari scientia. huiusmodi plane virum, qualem rerum condicio postulabat, ac verum heroa Homericis heroibus longe anteferendum et ipso Alexandro maiorem fuisse Heraclium contendit Pisida in hisce tribus *Acroasibus,* in quibus de prima in Chosroam huius nominis secundum Persarum regem expeditione agit. equidem fateor me ad maiorem animo concipiendam de Heraclii virtute opinionem ex huiusce poëmatii lectione fuisse excitatum, quamvis mecum ipse reputarem esse fortasse nonnulla, quae ex ingenio scribentis ornata et poëseos coloribus illustrata plus nimio mentem animumque percellerent. non enim est negandum Pisidam plerumque uti stilo turgido et inflato, ac tum praecipue ampullari in arte, cum Heraclium et Sergium laudat, quamvis saepe tamen profiteatur et auribus inculcet, se non modo quid falsi Heraclii laudibus nunquam addere, sed nonnihil potius ex ipsis deterere (*Acroas.* 1 43). ceterum, ne de malis ecclesiae loquar, utinam, quam fuit regni Heraclii gloriosum initium,

fuisset et finis; et quantum ipse imperator fuit in debellandis Persis fortis et accensus, tantum etiam de Mahumedanis reprimendis, statim ac in perniciem Christiani nominis erumpere coeperunt, sollicitus exstitisset! verum quod ad Pisidam spectat, quae ipse nobis hic refert, *αὐτόπτης* quidem narrat: fuit enim comes Heraclii in hac prima expeditione, ut ex variis locis harumce Acroaseων patet clarissime. quare non videtur ei fides deneganda in iis quae in primo bello Persico acta fuisse memorat. certe Theophanes, qui res ab Heraclio gestas persequitur, non modo testem adhibet Pisidam, sed eiusdem verba et sententias in suam rem transfert tanta fiducia, ut eius integros iambos suae narrationi intexere atque consuere non dubitaverit; quod ex nostris adnotationibus fiet manifestum. bellum, quod Pisida describit, prope fines Persicos ultra montem Taurum, anno imperii Heraclii 12, Christi 622 actum est. Heraclio autem in urbem post annum reverso noster Georgius, qui imperatorem fuerat secutus, de re feliciter gesta hoc tripartito libello, ut videtur, gratulatus est, quem in plenum suae erga ipsum observantiae veritatisque testimonium ei laetus obtulit: ait enim Acroas. 3 379: *σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω.* atque haec quidem, ut alia plurima, non poëtice tantum, sed pompose splendide et *πανηγυρικῶς* dicta esse facile quisque intelliget. ac, ut mea plane est sententia, sive materiem sive formam spectes operis, panegyricus inscribi et vocari merito posset hoc poëmation. nimirum iam diu ante Pisidam in more receptum erat ut poëtae, quibus ad longum poema conficiendum pares vires non erant, poematia scriberent, quae modestiore titulo ornata *panegyricos, carmina et silvas* vocabant. fidem faciunt apud Latinos silvae Statii, varia carmina Claudiani, et panegyricus Corippi; quae omnia parum aut nihil differunt ab acroasibus Pisidae. *ἀκροάσις* quidem proprie sonat *auscultatio*, perraro tamen haec vox eo sensu usurpata invenitur. at sophistae, cum quid magnum se esse dicturos pollicerentur, *ἀκροάσεις ἐπαγγέλλειν* et *ποιεῖσθαι, quid dignum, quod audiretur, enunciare et tradere* dicebantur: unde patet *ἀκροάσεις* fuisse sophistarum *declamationes* et de quacunque re illustres expositiones, quod late demonstratur a Cresollio *in Theatro Vet. Rhet. lib. 2 c. 5.* sed hunc plane titulum adhibuit Pisida, non quod sophistarum more ingenii sui vires extolleret, sed quod iamdiu usus invaluerat ut huiusmodi poematia *ἀκροάσεις*, id est *recitationes*, vocarentur, eo quia saepe in magna populi frequentia, et coram iis ad quos laudes ipsae pertinebant, recitabantur.

IN EXPEDITIONEM PERSICAM ADNOTATIONES.

Acroas. 1 v. 1. *τὰς ἀΰλους*] id est *φύσεις, οὐσίας* vel *τάξεις*, *immateriales substantias*, hoc est angelos, quos dum *materia expertes* vocat poeta, materiem terrestrem, qua nostra corpora constituuntur, et ipsis excludere voluisse certum est: eodem enim sensu *ἀΰλους* hic appellat, quo alii scriptores ecclesiastici ipsos *ἀσωμάτους* nominarunt. secutus est enim veterum patrum sententiam, qui circa angelorum substantiam definiendam haesitantes, omni materia expertes nunquam, sed vel caelestibus vel aëreis corporibus praeditos dixerunt. rem luculentissime demonstrat Ioh. Lamius in Dissert. contra Burnetium, quae adiecta est Epist. 7 Mich. Glycae inter *Delic. Erudit. p.* 200. ita autem visum esse Pisidae, constat ex *v.* 167 *et seq. Hexaëm.* ibi enim qua ratione describeret angelos ignorans, *ἀδήλους οὐσίας* eos appellavit; et ibid. v. 903 *ὕλην ἄϋλον*, *materiem immaterialem*, eosdem nominavit, ut materia quidem, sed subtili et a communi ac terrestri plane diversa, eos constare declararet, quod mox v. 4 confirmat.

4. confer *Hexaëm.* 902.

5. vide quae de verbo *δεικνύειν* adnotavimus ad *Hexaëm.* 168.

6. *Hexaëm. v.* 164: *διαφλέγων μὲν καὶ πυρῶν τὴν αἰθέρα.*

7. simili modo dei immensitatem describit *ibid.* 895 *et seqq.*

21. Persarum impietatem circa idolorum cultum exagitans, ludit in voce *γνήσιον legitimum* et *νόθον spurium*. legitimum est vera religio, spurium est superstitio. ad verbum verteres: *quibus* lex est *pro legitimo* retinere quae sunt spuria, et spurium ubique admiscere legitimis. vide *infra v.* 32. ceterum Persas reprehendit quod divinae veritati, quam ex sacris scripturis haustam receperant, superstitionum tenebras offuderint. neque enim infitiandum videtur ethnicos historiam sacram ad impias fabulas detorsisse; quod Augustinus Steuchus in suis *de perenni philosophia* libris luculenter ostendit. ac plures quidem ex ss. patribus idem antea evicerant. hinc Graeci philosophi *κλέπται καὶ λησταί* passim audiunt apud Clementem Alex., qui *Strom.* 5 *p.* 360 *eos a Mose et prophetis praecipua dogmata non grate accepisse* concludit. sed perspectissime cum Pisidae sententia consonant, quae Theophylactus Simocatta habet p. 142 7 ed. Boun.

24. antiquissimis temporibus Persas veneratos esse solem ex multis auctorum testimoniis colligitur. ea religio retenta est a Parthis, qui Persarum imperio potiti sunt. equum autem soli

gratissimam hostiam immolabant. causam adsignat Ovidius *Fast.* 1 386. vide Brissonium de reg. Pers. princip. lib. 2. nemo tamen, quod sciam, dixit quod Pisida affirmat, equum apud Persas habitum esse deum. Herodotus quidem *lib.* 7 *p.* 401 equos quosdam Iovi sacros in Perside fuisse narrat. nec ab Herodoto dissentit Iustinus, qui lib. 1 10 5 equos soli sacratos habuisse Persas testatur. sed cum Pisida fere concordat Curtius, qui 3 3 pompam et ordinem, quo agmen Darii procedebat, describens ait: *currum deinde Iovi sacratum albentes vehebant equi. hos eximiae magnitudinis equus, quem solis appellabant, sequebatur.*

26. ne huius quidem ritus ullum inveni vestigium. verum si Pisidae auctoritas non est omnino contemnenda, quem rerum sui temporis ignarum nunquam dixero, id ita accipiendum puto ut equum Persae, si bene eis res eveniret, adorarent, si vero male, virgis caederent.

32. ignem et aquam ad haec usque tempora Persas adorare testantur, qui de Persarum moribus in suis ὁδοιπορικοῖς scripserunt. quam autem antiquis legibus ea esset inter eos recepta et constituta religio, praeter Herodotum et Strabonem aliosque veteres scriptores, tradunt Brissonius *loc. cit.* et Thomas Hyde *de vet. Pers. relig. c.* 8. qui tamen non est audiendus in eo, quod assumit veteres Persas ex Abraham veram religionem petiisse, ignique et soli civilem tantum cultum exhibuisse; quae sententia ut nova et falsa disertissime refutatur a Montfauconio *Antiquit. illustr. tom.* 2 *part.* 2 *p.* 395. facile enim Hydaeo concesserimus unius omnipotentis dei cognitionem habuisse Persas, dummodo ipse contra, superstitiosum fuisse cultum quo eius maiestatem prosequebantur, non deneget. nam, ut aiebat Clemens Alex. *Cohort. p.* 57, *ἀγάλματα μὲν θεοῦ οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν ὥσπερ Ἕλληνες, οὐδὲ μὴν ἴβιδας καὶ ἰχνεύμονας καθάπερ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ὡς φιλόσοφοι.* quae esset Persarum religio, paucis exposuit Herodotus 1 131.

41. quid hic agat Celticus Rhenus, plane non video. atque ego sane mallem, quid voluerit Pisida, me nescire fateri, quam inanibus coniecturis te detinere. verum ne vitio mihi vertas, quod alioquin garrulus hic obmutescam, ita ariolor. Celticum Rhenum nominans Pisida funestam illam cladem fortasse designat, quam Sigebertus, Rheno traiecto Hunnis in Franciam irrumpere conantibus intulit circa annum Chr. 570. vide *de rebus Franc.* scriptores, qui relatam a Sigeberto insignem cladem describunt. itaque magis strenue contra Persas se gessisse Heraclium in Oriente quam contra barbaros Sigebertum in Occidente forsan innuit poëta; nisi etiam malis non ad Sigebertum sed ad Dagobertum Franciae regem respexisse, qui quo tempore Heraclius cum Persis pugnabat, Saxones primum et deinde Scla-

vos tanta virtute animique constantia devicit, ut gravi vulnere accepto, ipso speciosior sanguine et ipso periculo factus augustior, hostium terga praecidere nunquam destiterit. QUERC. quem latebat Nonni (46 56) Ῥῆνος ἀσημάντοιο θεμιστοπόλος τοκετοῖο et quae Gesnerus attulit ad Claudian. Rufin. 2 112.

51. Erasmus *in Adagiis p.* 862. τύχη Εὔριπος, et Pindarus *Pyth.* 3: ὄλβος δ' οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται.

58. confer. *Hexaëm.* v. 348 *et seq.*

60. codex in margine habet πάντας [πάσας?]. inutilis emendatio: nam vox πάντας respicit ad φύσεις. de sermonis vi ad res quascunque exornandas accommodata noster etiam *in Abaricis v.* 169 *et seq.*

64. ludit, ut patet, in verbo γράφειν, quod aeque scribere ac pingere significat.

66. sumpta occasione ab eloquentiae facultate, quam de re quacunque diserte et concinne posse dicere recte decernit, ita in laudes Homeri excurrit, ut eum potius carpat eo quia verae virtutis, qualis heroem decet, non habuerit cognitionem, siquidem eam quam ipse Homerus exhibet herois imaginem, tanquam minus aptam Heraclio repraesentando respuit, et quae sit unica virtus quae virum faciat illustrem, quaeque in Heraclio maxime enituit, exponit. at de Homeri laudibus quid oportet dicere? videsis Dionysium Halicarnasseum *de compos. verb. tom.* 2 *p.* 51, qui Homerum vocavit κορυφὴν ἁπάντων καὶ σκοπόν, ἐξ οὗ πως πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι. celebre autem est Ovidii elogium *Amor.* 2 9 25, quod cum Pisidae laudibus concordat: *adiice Maeoniden, a quo, ceu fonte perenni, vatum Pieriis ora rigantur aquis.*

68. iuvenum mentes ex Homeri lectione ali et fecundari dicens, eius poëmata etiam Christianis in deliciis fuisse, ni fallor, demonstrat.

70. Galaton pictor, Aeliano *Var. Hist.* 13 22 auctore, Homerum repraesentavit ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους; quam picturam forsan innuit noster.

72. Homerum non habuisse perfectam virtutis cognitionem videtur adserere. ipsum virtutes non seiungendas διττοῖς μερίζειν τῶν λόγων νοήμασι ea de causa opinor dicit, vel quia, ut Plutarchus *lib. de aud. poët.* ait, διὰ μὲν Ἰλιάδος ἀνδρείαν σώματος, διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας ψυχῆς γενναιότητα παριστᾷ, et sic virtutem activam a contemplativa disiungit; vel quia omnia quae tradit Homerus non tam ad mythicum sensum, quem statim praeferunt, quam ad ethicum intus latentem sint expendenda, ut idem Plutarchus *ibid.* et Maximus Tyrius *Dissert.* 16 luculenter probant. sed primo nobis magis adridet sententia quam Maximus confirmat. quamvis enim ille Homerum summopere suspexerit, illud tamen videtur concedere quod Pisida reprehendit, nullum

plane esse inter tot Homericos heroas quem omni virtutum genere cumulatum deprehendas, sed τὰς ἀρετὰς νενεμημένας κατ' ἄνδρα, τὴν μὲν ἀνδρείαν κατὰ τὸν Αἴαντα, τὴν δὲ ἀγχίνοιαν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, τὸ δὲ θάρσος κατὰ τὸν Διομήδην, τὴν δὲ εὐβουλίαν κατὰ τὸν Νέστορα. itaque si quis viri, qui sit omnibus numeris absolutus, ideam velit habere ex Homero, omnes hasce virtutes in singula capita distributas in unum redigat oportet; quod sane non infitiatur Maximus: nam οὕτως ait εἰκόνα ἡμῖν ὑποτίθεται χρηστοῦ βίου καὶ ἀρετῆς ἀκριβοῦς. videsis etiam Plutarchum in *Orat. post. de fort. Alexandri p.* 343.

74. quam in natura boni definienda fuerint Graeci inter se dissentientes et incerti, patet ex solo Ciceronis libro *de finibus.* itaque si neque sequioribus temporibus ullam certam definitamque ea de re habuerunt scientiam celeberrimi philosophi, mirandum plane non est eam non esse tam cito assecutum Homerum, siquidem nonnisi χρόνου δείξαντος Plato et Aristoteles ad hanc vitae lucem protracti suos libros ediderunt, in quibus methodo quadam scientifica, prout illis facultas tamen fuit, ethices praecepta tradiderunt, atque ex solo bono, tanquam ex uno fonte, omnes virtutes emanare demonstrarunt. ex hisce omnibus patet Pisidam nonnihil voluisse de gloria Homeri deterere, eosque confutare qui eum omnis scientiae patrem et magistrum appellabant. confer Gisberti Cuperi *Apotheosim,* in qua poëtarum principis laudes cumulatissime recensentur, et Friderici Reimanni *Iliadem,* in qua eiusdem vitia sive maculae deteguntur. in codice Vaticano imperita manus voci χρόνου vocem τόνου superius scripsit.

75. καὶ τῶν, id est ἐχόντων. consule, si placet, Aristotelis Ethica, qui prae omnibus subtilius et enucleatius de omni virtutum genere disseruit.

76. si Homerus Heraclium cognovisset, suos heroas, ut decet, omni virtutum laude cumulatos, non uno aut altero tantum titulo conspiciendos exhibuisset.

79. en quae esset virtus Heraclii, animi integritas perfecta, quae virtutes omnes complectitur.

81. sub quadriformi, sed tamen unico aspectu pingendum fuisse Heraclium et verum quemcunque heroa dicit Pisida ad quattuor virtutes respiciens, quae vulgo *cardinales* vocantur. ita *in Hexaëm.* 170 τετραμόρφους vocat angelos, ut eorum perfectionem designet, siquidem τετράμορφος Pisidae a τετραγώνῳ Aristotelis nihil differt, cui *Moral. Nicomach.* 1 vir ille fortis est ὅγε ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου.

82. v. Iliad. 1 249.

85. μελουργία pro μελιτουργία. Heraclii bonitatem et clementiam, quae virtus maxime principem decet, sub apum mellisque allegoria commendat.

88. idem iambus occurrit in *Hexaëm.* 1658.

90. confer hos versus cum *Hexaëm.* 453 *et seq.* ibi enim divinam clementiam eodem fere modo describit.

95. vox *δραστικόν* non in neutro tantum sed etiam in aliis generibus pro substantiva usurpata invenitur: sic *δραστική* pro *δραστικὴ δύναμις* vel *συμφορά*.

102. elegans metaphora, qua se poëta comparat agricolae. sulci sunt iambi, aratrum stilus, semina verba et sententiae. forsan ad antiquam Graecorum scribendi rationem respexit, quae *βουστροφηδόν* dicebatur: ut enim arantes cum bobus solent, primo a dextra ad sinistram versus stilum ducebant veteres, atque ubi ad sinistram paginae oram devenissent, dextrorsum pergebant, tum vero iterum ad sinistram recurrebant. ita vere sulcos repraesentabant lineae, quae *αὔλακες* ea de causa dictae inveniuntur. Anonymus qui Panegyricum Berengarii imp. conscripsit ab Hadriano Valesio editum, dixit lib. 3 55: *fortia iussa cito scribae sulcate papyro.*

104. allegorice, opinor, noctem nigram vocat Persas, quos etiam in fine *Abaricorum* v. 526 *σκοτεινούς* appellat, non tantum ad damna abluenda quae terris, quam ad ea quae religioni inferebant. quippe Chosroa legatis ab Heraclio missis responderat *οὐ φείσομαι ὑμῶν, ἕως ἂν ἀρνήσησθε τὸν ἐσταυρωμένον, ὃν λέγετε θεὸν εἶναι, καὶ προσκυνήσητε τῷ ἡλίῳ.*

106. Persae iam a Constantini temporibus Romanis infesti eorum provincias invadere nunquam destiterunt. sed multo acrius inter eos bellum exarsit sub Mauricio et Phoca, quorum Heraclius in imperio successor fuit. anno enim 599 Persae, Euphratem transgressi, ut ait Theophanes *p.* 247, *πᾶσαν τὴν Συρίαν καὶ Παλαιστίνην αἰχμαλώτευσαν;* anno autem 617 Chalcedonem, quae contra Cpolim erat, ceperunt, cum iam innumera, quae ferri non possent scelera, patrassent. vide Chron. Paschale p. 704 ed. Bonn.

112. expedire ut bella per se gerat princeps, omnes fere consentiunt de rebus politicis scriptores.

124. varias sententias, quas circa belli gerendi rationem retulit, *ἀναιτίους* pronuntiat, volens, opinor, Crispi, qui gener fuit Phocae, temeritatem excusare, qui Heraclio eius opem petenti respondit, *οὐκ ἐξὸν βασιλεῖ καταλιμπάνειν βασιλείαν καὶ ταῖς πόρρω ἐπιχωριάζειν δυνάμεσιν* rem narrat Nicephorus patr. *Brev. Hirt. p.* 5.

129. coniecturam modo adductam videtur confirmare, quasi Heraclio dubitandum fuisset de eorum fide qui ei erant a consiliis, unde ipse merito omnem suam spem in deo collocavit, et de suo in Persidem profectu secum consultus deliberaverit.

132. minimum discrepant ceteri historici, Theophanes, Cedrenus, Zonaras et Nicephorus, qui omnes adfirmant Heraclium anno imperii sui 12, Christi 622, cum iam Pascha celebrasset, statim in Persidem perrexisse.

139. in codice solitus censor σεβάσμιον in σεβασμίαν voluisset immutari.

140. imaginem ἀχειροποίητον describit, de qua videndus Gretserus *de Imag. non manuf. tom.* 15 *p.* 199; a quo equidem in eo dissentio, quod putet imaginem, qua munitus Heraclius in Persidem irrupit, fuisse archetypam Camulianensem: at paullo ante *p.* 198 ex Menologio ipse noverat ne Sergio quidem patriarchae licuisse eam retinere, et visione quadam perterritum coenobii cuiusdam virginibus, a quibus illam abduxerat, reddidisse. quomodo igitur eandem imaginem Heraclius secum asportasset in Persidem? equidem censeo imaginem, quam habuit imperator, non fuisse Camulianensem sed aliam ex archetypa Edessena accuratissime efformatam: satis enim aperte, ut mihi videtur, Pisida Edessenam, quae a Christo Iesu linteo impressa, et ad Abgarum missa dicitur, hic designat, subiiciens eam *fuisse sine pictura ab ipso verbo figuratam;* quod quidem de solo Edessena traditum accepimus. nam de Camulianensi unde, et quomodo fuerit efformata, plane non constat: et quamvis inter ἀχειροποιήτους imagines celebretur, non desunt tamen qui putent Edessenam tantummodo eo nomine recte insigniri, reliquas autem, ne Camulianensi quidem excepta, ex ea omnes fuisse expressas et exscriptas. verum cum Edessena imago non ante annum Christi 944 translata fuerit Cpolim, patet Heraclium non αὐτόγραφον sed ἀπόγραφον in expeditione Persica secum circumtulisse. quid quod Cedrenus *p.* 406 salvatoris imaginem non manufactam ex Africa secum adduxisse Heraclium narrat? num haec quoque fuit Camulianensis, ut Gretsero placet? minime vero, sed eadem illa, ut nuper diximus, ex Edessena expressa. fateor tamen non multam fidem adhibendam esse Cedreno, qui non satis diligenter, ut in comperto est, Theophanem exscripsit; quo quidem vitio laborat etiam Zonaras. Theophanes enim *p.* 250 dei matris, non verbi divini imaginem habuisse Heraclium refert, tum cum primum ex Africa Cpolim venit, ut melius explanabitur ad *Heracliad.* 2 14. sed dubium omnino tollit ipse Pisida, qui in proxima Acroasi v. 87 satis aperte declarat non εἰκόνα sed ἀπεικόνισμα τοῦ θεογράφου τύπου fuisse effigiem qua usus est Heraclius. ratum igitur firmumque sit, imaginem a religioso imperatore in Persidem allatam fuisse ἔκτυπον Edessenae: Camulianensem autem ad praesidium urbis ab eo fuisse relictam, quod ex *Abaribus* clarius apparebit.

144. Theophanis, qui Pisidam non sequi sed exscribere videtur, verba suis quaeque locis respondentia subtexere iuvabit,

ut nostri poëtae auctoritas fiat firmior et sensus magis perspicuus. *λαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν χερσὶν τὴν θεανδρικὴν μορφήν, ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' ἐν εἰκόνι ὁ πάντα μορφῶν καὶ διαπλάττων λόγος ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν, ὡς ἄνευ σπορᾶς κύησιν ἤνεγκεν.* ita Theophanes *p.* 254. videsis *Hexaëm.* 1160, ubi virginis sanctissimae partum ex fabuloso vulturum partu sine semine verisimiliorem nobis facere contendit Pisida.

148. in cod. *μένοι.*

149. phantasiastae haeretici ex Eutychianorum familia, dicti etiam Iulianistae ab Iuliano Halicarnassensi, qui falsa eorum dogmata excogitavit, et Gaianitae a Gaiano Alexandrino, qui Iulianum secutus est, Christi corpus a momento impolluti conceptus non solum incorruptibile esse verum etiam increatum adfirmabant, ut ait Timotheus *de Sectis* apud Cotelerium *Mon. Eccl. Graec. tom.* 3 *p.* 410.

150. Theophanes ibidem *καὶ τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων.*

155. idem ibidem Heraclium Cpoli profectum in Ciliciam pervenisse tradit, sed nullam de tempestate, quam Pisida describit, mentionem facit.

157. de Heraeo promontorio, quod ad meridiem contra Chalcedonem erat, plura in Petro Gyllio *de Bosph. Thrac. lib.* 3 *c.* 2 et in Du-Cangii *Cp. Christ. lib.* 4 *p.* 176. quod ad nos attinet, ex Pisida observabimus primum huic promontorio nomen revera fuisse *Ἡραίαν*, non *Ἡραῖον*, ut a quibusdam Graecis invenitur appellatum; secundo ita fuisse dictum eo quod olim *Ἥρας Iunonis* aede esset insigne, id quod etiam Codinus in *Antiq. Cpol.* admonuit; denique Heraclium Heraei profanum nomen in aliud Christiana pietate illustre commutasse, quamvis quae fuerit nova loci denominatio ex Heraclii praescripto non constet. ad vocem *Ἡραίας* supple *ἄκρης.*

161. *πλάνην* hic, ut supra, idololatriam vocat. quomodo autem Heraei promontorium vocari iusserit, quamve religionem in eo constituerit, neminem prodidisse mirabar, cum Pisida dicat poenam esse laturos qui tantam rem silentio praeterirent. atque eo mirabar magis, quod iam ante Heraclium fuerat Heraei promontorium a Graecis ad Christianam religionem deflexum: nam etiam Procopii tempore, ut ipse testatur *de Aedif.* 1 3 *ἱερεῖον* vocari coeperat. *κἀν τῷ Ἡραίῳ, ὅτι Ἱερεῖον καλοῦσι τὰ νῦν.*

167. iuvat hic repetere vel subintelligere versum, qui supra est ordine 101: *ἡ τῶν καλῶν σου τερπνότης ἀπήγαγεν.* poëta alludens, ut saepe alibi, ad cursus Circenses, ait sibi timendum ne dum nimio spatio procul a meta vagatur, quis propius accedens ipsum antevertat. sensus est: *iterum in digres-*

sionem me currentem tui consideratio abduxit; sed nunc inceptum cursum rursus currere festino, ne nimis digrediar.

168. videtur quodammodo habuisse in mente illud Agathonis apud Athenaeum lib. 5 p. 185: τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα, τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

180. πετραῖον πάγον poëtica circumlocutione pro scopulo dixisse Pisidam censeo, quamvis codex, qui nullibi grandes litteras exhibet, habeat *Πετραῖον.*

197. legerem ἐφεῖλκες.

205. eunuchos ἐκτμηθέντας apud se tenere a Persis didicerunt Romani imperatores. Persae enim primi omnium videntur mares evirasse; unde Petronius *Satyric. c.* 119: *Persarum ritu male pubescentibus annis surripuere viros.* vide Herodotum *lib.* 8 *p.* 492. cubiculariorum munere ut plurimum fungebantur in aulis principum eunuchi, quibus ipsius regis committebatur custodia. de eunuchorum dignitatibus apud imp. Cpolitanos vide Constantinum Porphyrogenitum *de caeremon. Aulae Byzant.* 2 52 *p.* 412.

227. legerem σοφός τις ἦν, ne claudicet versus.

242. nemo alius prodidit memoriae id quod non sine aliqua venustate poëtica et multa cum adulationis illecebra refert Pisida, Heraclium ita pedem in scopulum offendisse ut sanguis e digito effluxerit et ipse martyr evaserit.

244. mallem ἀπηκόντισεν.

Acroas. 2 v. 1. non aliam, opinor, ob causam Demosthenem compellat Pisida, nisi ut ostendat eam esse Heraclii virtutem integritatemque, ut sui conscius nihil timeret quid de eo quisque diceret. quod sane Philippo Macedonum regi aliter evenit, qui teste Plutarcho *in Demosth. p.* 855 ἔφριττε τὴν δεινότητα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ῥήτορος. nimirum tanta fuit Demosthenis παρρησία, quod ex eodem Plutarcho intelligitur, ut Athenienses ad id quod vellet concitaret, Philippo regi timorem iniecerit, et magnam pecuniarum vim a Persis dono acceperit, ut in causis dicundis staret contra Macedonas; quod quidem ei vitio vertit Aeschines ut Diodorus Siculus narrat *Bibl. lib.* 17 *p.* 163.

2. Demosthenes sua dicendi vi aliis timendus non parum suis rebus timuit, cum Philippus Boeotiam occupasset: *abiecto* enim *clipeo* ῥίψασπις turpiter fugit in bello ad Chaeroneam gesto; cum autem paullo post nuntii Athenas venissent de morte Philippi, ipse prodiit splendide amictus, et coronatus. Plutarchus *ibid.*

7. redit ad navigationem Heraclii, de qua in fine superioris Acroaseos.

8. subaudi *o imperator.*

10. Heraclius in Ciliciam recta contendit: non enim est dubitandum, quas noster nominet Pylas, eas esse quae in histo-

riis celeberrimae sunt, et Armeniae et Ciliciae vel Syriae Pylae vocantur, ut in Strabone *lib.* 14 *p.* 994: *αἱ πύλαι λεγόμεναι ὅριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων.* Theophanes p. 254 de more consentiens cum Pisida ait: *ἀπάρας δὲ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἐξῆλθεν κατὰ τὰς λεγομένας Πύλας, πλοῦ τὴν πορείαν ποιησάμενος.* at Nicephorus patriarcha a Pisida et Theophane discedens Heraclium per Pontum Euxinum navigasse et in Armeniam provectum, inita cum Turcis societate, per Lazorum provinciam in Persidem descendisse narrat. sed perperam omnia permiscet, et primam cum secunda Heraclii expeditione confundit. ac optime quidem Petavius observavit *in notis ad Nicephorum,* ea quae ab historicis Byzantinis narrantur, adeo esse perturbata et tam praepostere descripta, ut narrationum et annorum seriem accurate deductam frustra ab illis exspectes; quo quidem vitio maxime laborat Breviarium Nicephori.

11. tanta celeritate longum iter confecit Heraclius ut hemerodromus a Pisida appelletur: *hemerodromi* enim apud Graecos dicti, qui *totum diem cursitantes* non fatigarentur; vel ut Livius lib. 31 24 adfirmat, *hemerodromus vocant ingens uno die spatium emetientes.* de triplici hemerodromorum genere Lipsius *tom.* 2 *p.* 300.

25. alludit ad illud Homeri *Iliad.* 2 204: *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.* quam sententiam laudant omnes de rebus politicis scriptores, quibus persuasum est monarchiam ceteris regendorum populorum modis antecellere.

28. saepe damna intulit *ἀταξία,* quae est *rerum ab ordine deflexio.* maximum corporis politici vitium idcirco exaggerat Pisida, quia iamdiu eo morbo laborabat imperium, cum eo potitus est Heraclius, qui res in summa calamitate constitutas, quantum potuit, restituit.

42. Claud. Aelianus in Tacticis *c.* 51 monet *ὅτι παραγγέλματα ἡγεμονικὰ δεῖ σύντομα εἶναι, εἶτα μὴ ἔχοντα ἀμφιβολίαν.*

44. militis otium aliorum esse negotium innumeris testimoniis confirmant historiae. unum producam ex Tacito, qui de Pannonicis legionibus ita scribit: *intermiserant solita munia. et principio lascivire miles, discordare, pessimo cuique praebere aures; denique luxum et otium cupere, disciplinam et arma aspernari.*

47. Heraclii in militari disciplina peritiam confirmat etiam Theophanes *p.* 254: *τούτους δὲ γυμνάζειν ἤρξατο καὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐξεπαίδευσεν.*

78. imperatoribus coram populo prodeuntibus acclamationes semper fiebant. huiusmodi votorum salutationumque exempla exstant in historiis et in nummis antiquis. Constantinus Porphyrogenitus lib. 2 p. 364 ita a proceribus acclamatum fuisse

Heraclio tradit: *εὐτυχῶς τῇ πολιτείᾳ Ἡράκλειε Αὔγουστε τουμβικας· Ἀναστασία Αὔγουστα τύμβικας* etc. quae verba ter repetita recte verterunt Constantini editores: *feliciter imperio Heracli Auguste tu vincas, Anastasia Augusta tu vincas.* elegantiores acclamationum formulae, quibus Christianos imperatores salutabant milites, recitantur ab eodem Constantino Porphyrog. *p.* 375.

80. vexilla et hastas milites demittebant, humi sternebant, invertebant, inclinabant, vel ad obsequium erga principes vel ad animi tristitiam significandam; quod etiam nunc in militari disciplina observatur. de hoc more plura *in notis* ad Constantinum nuper laudatum *p.* 80 et 129. Pisida ex poëtica licentia *tropaeorum* pro *vexillorum* vertices coram Heraclio demissos fuisse tradit.

81. vexilla, qua erant colorum varietate facile quacunque ex parte conspicienda, praeconum officio ad militaria munia obeunda fungebantur. quod quidem Romani vexilla proponere dicebant, ut colligo ex Caesare *Bell. Gall.* 2 20: *vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret.*

82. codex mendose habet *κύρηκες*.

87. *ἀπεικόνισμα* Edessenae imaginis *exemplar.* vide *Acroas.* 1 140. Pisida eo semper contendit, ut Heraclium a ducibus Homericis una aut altera tantum virtute conspicuis, ut *Acroas.* 1 66 et 72 observatum est, nobis plane diversum repraesentet, videlicet omni virtutum genere cumulatum. hactenus de eius pietate, militari scientia, animi magnitudine et prudentia, nunc de eius eloquentia, qua semper praestantissimum facit. quae laus quanta sit, norunt qui ex historiis acceperunt quid in summo duce possit dicendi facultas. talem autem hic Heraclium nobis proponit qualem Homerus *Iliad.* 9 443 fecit Achillem, ad quem Phoenix missus dicitur *μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.* vide Leonis *Tact. c.* 2.

88. commentarii loco allocutionem Heraclii ex Theophane *p.* 254 subiiciam; quam ut iamborum Pisidae paraphrasim esse facilius intelligas, quae Theophanes ipse ex Pisida suae historiae intexuit, distincta exhibebo: *τούτῳ πεποιθὼς "τῷ θεογράφῳ τύπῳ" ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων, πιστὰ δοὺς τῷ λαῷ ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσηται καὶ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναρμόσηται· ἐβούλετο γὰρ τὴν ἐξουσίαν οὐ φόβῳ ὅσον ἐν πόθῳ ἔχειν. "εὑρὼν δὲ τὸν στρατὸν εἰς ῥαθυμίαν" πολλὴν καὶ δειλίαν ἀταξίαν τε καὶ ἀκοσμίαν, καὶ "εἰς πολλὰ τῆς γῆς μέρη ἐσπαρμένους," συντόμως πάντας εἰς ἓν συνήγαγεν· καὶ "πάντες ὡς ἐκ μιᾶς συμφωνίας" ὕμνησαν τὸ κράτος καὶ τὴν ἀνδρείαν τοῦ βασιλέως. αὐτὸς δὲ τοῖς λόγοις τούτοις ἐπίρρωννύων ἔλεγεν. ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ καὶ τέκνα, ὡς οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ κατεπάτησαν ἡμῶν τὴν χώρην, καὶ τὰς πόλεις ἠρήμωσαν, καὶ θυσιαστήρια κατέκαυσαν, καὶ τὰς*

τραπέζας τῶν ἀναιμακτῶν θυσιῶν αἱμάτων μιαιφόνων ἐπλήρωσαν, καὶ "τὰς ἀδέκτους τῶν παθῶν ἐκκλησίας ἐν ἡδοναῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάτοις." atque haec sane allocutio respondet perfectissime praeceptis, quae in Leone imp. *c.* 12 72 leguntur: Pisida enim ea omnia, quae ad militarem disciplinam pertinent, a Leonis *Tacticis* videtur hausisse. sed cum Leo annis fere trecentis post nostrum inclaruerit, probabilior fit sententia eorum qui Leonem dicunt sua Tactica ex veterum scriptorum commentariis compilasse, quae Pisidae etiam temporibus pervulgata fuisse non est dubitandum. vide Fabricium *Bibl. Graec.* 6 368.

90. ad Phocae sacrum imperium fit allusio, cuius tyrannidi lenitatem et clementiam suam Heraclius opposuit. Phocas enim odio haberi, dummodo timeretur, non curavit; Heraclius autem contra amari maluit quam timeri. optime sane: nam ut Cornelius Nepos definivit in *Dione: nullum est imperium tutum nisi benevolentia munitum.*

97. caritatis tanta vis est ut divinam iustitiam placet et calamitates avertat. εὖ τεθέντες νόμοι sunt sanctissima dei decreta de puniendis sceleribus. quid autem sit ἐκβιάζειν τοὺς νόμους, vide *in Hexaëm.* 430 et 442.

106. vide *Acroas.* 1 24 et 32.

107. damna a Persis illata, caedes et profanationes in tota Syria perpetratas retulimus ex Theophane et Chronico Pasch. *Acroas.* 1 106.

108. λύτρα αἱμάτων *pretia sanguinis* vel *victimae cruentae* sunt caedes editae a barbaris in ecclesiis, in quibus Christiani incruentum sacrificium de more offerebant. verum fortasse Pisida etiam respicit ad id quod narrat Theophanes *p.* 252 anno post Christum natum 616 evenisse: τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὸν Ἰορδάνην, Παλαιστίνην καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν πολέμῳ, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν ἐν αὐτῇ διὰ χειρὸς τῶν Ἰουδαίων, ὡς φασί τινες, μυριάδας ἐννέα· αὐτοὶ γὰρ ὠνούμενοι τοὺς Χριστιανούς, καθὰ ἠμπόρει ἕκαστος, ἀπέκτεινεν αὐτούς.

111. vide *supra Acroas.* 1 104.

112. in ora codicis pro ἐκθερίσαι, quae est optima lectio, est ἐξορύξαι.

115. *Psalm.* 136 9: μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφίει τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. Pisida aperte discedit ab iis qui hunc Psalmum Ieremiae mallent adscribi.

116. codex habet οὕτω.

122. Pisidam αὐτόπτην haec scripsisse patet ex verbo ἰδεῖν. nec est plane negandum eum in hoc primo bello Persico secutum esse Heraclium, quod magis patebit ex Acroas. 3 131, 345 et 353.

127. Theophanes loco saepe citato: πάλιν δὲ τὸν λαὸν πρὸς γυμνασίαν πολεμίκην ὁπλίζων, τάξεις δύο ἐνόπλους ποιησάμενος,

σάλπιγγές τε καὶ φάλαγγες ἀσπίδων, καὶ λαὸς τεθωρακισμένος ἵστατο.

136. dubitabam an ex Theophane pro τὰ πράγματα reponerem τὰ τάγματα. ait enim p. 255: ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς συνέστησαν τὰ τάγματα, συμβάλλειν ἀλλήλους ἐκέλευσεν. ὠθισμοί τε βίαιοι καὶ συγκρούσματα πρὸς ἀλλήλους ἐγίνοντο, καὶ σχηματισμὸς τοῦ πολέμου ἐδείκνυτο. versionem nostram probabunt, qui ex Leonis *Tact. c.* 7 norunt quid ἔσφιγξαν hic significet: ait enim τὸ σφίγγεσθαί ἐστι τὸ πυκνοῦσθαι, ἵνα καὶ κατὰ πλευρὰν καὶ κατὰ ὦμον ἀλλήλοις ἐγγίζωσιν.

141. si umbratilis haec fuit pugna et vere σκιομαχία, et ut mox ait poëta, δίχα αἱμάτων, cur μετὰ πολλῶν αἱμάτων exserti gladii ostenduntur? certe hic cubat mendum: nam et versus ipse claudicat. forsan legendum μεστά, quasi dicat tantam fuisse irruentium vim ut videretur undique sanguis effluere, quamvis nulla inde caedes subsecuta sit.

143. Theophanes *p.* 255: καὶ ἦν ἰδεῖν φρικτὸν θέαμα φόνου χωρὶς καὶ κινδύνου, καὶ πρὸς φόνους σύννευσις αἱμάτων δίχα, καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τοὺς τρόπους, ὅπως ἕκαστος ἐκ τῆς ἀκινδύνου σφαγῆς λαβὼν ἀφορμὰς ἀσφαλέστερος μένοι.

153. quae fuerint ex veteris disciplinae regulis σχήματα et κινήσεις, iuxta quas variae immutationes conversiones inflexiones revolutiones et restitutiones fiebant a militibus, ut a latere, a fronte, a tergo ingruentium hostium impetum sustinerent, videsis in Aeliani Onosandri et Leonis Tacticis, et in Rigaltii *Gloss. Tact.* ad vocem σχήματα, qui ex ipso Aeliano et Leone mandata a ducibus dari solita militibus elegantissime ex Graeco vertit.

160. τόνους perspicuitatis gratia reddebam *acies*, Italice *le file:* at poëta, cum exercitum maris undis comparasset, allegoriam persecutus per κυμάτων τόνους fluctuationes intelligit, Italice *le ondate.*

162. duplici ratione praescribebantur mandata militibus, voce et nutu. ita Leo imp. *Tact. c.* 7: ἐθίζεσθαι δὲ αὐτοὺς δέον πρὸς ταῦτα φωνῇ ἢ νεύματι διὰ σημείου τινὸς οἷον κινεῖν καὶ ἵστασθαι.

165. legerem διαφορά vel διαφοράς.

167. supple Ὀρφεύς, de quo similia in *Abaribus* v. 105.

170. *Act.* 2 3: *et apparuerunt illis dispertitae linguae, tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* saepe exaestuat poëta in laudibus Heraclii, cuius eloquentiam passim commendat.

178. vide *Acroas.* 1 46 et 127.

188. tua pietas et tuus erga nos affectus ad quaecunque pericula alacriter subeunda nos impellit.

191. medicum sophistam vocat, quasi diceret sapientem. sapiens autem medicus recte cum Pisida definitur, qui studio

coniungit experientiam, a qua medicinae origo et profectus. ac tota quidem medicina quondam una et simplex arserat, quam postea in plures diviserunt, manuum ministerio aliis demandato.

193. confer Hippocratem *de ulceribus,* quibus plane curandis tria, quae ex eodem auctore indicat Pisida, celebrantur a veteribus, videlicet purgatio sectio et ustio. si enim remedia nihil proficerent, ultima spes in ustione posita erat, ut patet ex ipsius Hippocratis Aphorismo: *ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται· ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται· ὅσα δὲ πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίητα.*

198. *φιλοβλαβὴς νόσος* vertebam *inhumanitatis morbus,* quo maxime laborabat exercitus Heraclii: nam Phoca regnante, qui odia et civiles dissensiones fovebat, una pene erat militaris disciplina de exercendis caedibus et rapinis. *φιλοβλάβεια* igitur est animi feritas, quam caritatis Christianae proposito exemplo studuit domare. Heraclius, ut ex seqq. iambis fit manifestum, et ex Theophane, qui *p.* 255 ita paucis rem declarat: *οὕτω δὲ καθοπλίσας πάντας παρήγγειλεν ἀδικίας ἀπέχεσθαι.*

208. quos ex equestri militia ad pabulandum vel ad explorandum Heraclius praemiserat, eos tanquam venatores *εἰς ἄγραν* immissos nobis repraesentat Pisida; qua retenta allegoria Saracenos, qui ab equitibus capti sunt, quod feri essent animo voce et cultu corporis, feras appellat.

214. *ἦμερον* pro *ἡμερότης.* rem breviter, sed minus distincte sic narrat Theophanes *p.* 255: *γενόμενος δὲ ἐπὶ τὰ μέρη, προτρέχον πλῆθος ἱππέων λάθρα ἐπιπεσεῖν τῷ βασιλεῖ διενοεῖτο. οἱ δὲ προτρέχοντες τοῦ βασιλέως τούτοις συναντήσαντες τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν δεσμώτην ἤγαγον πρὸς τὸν Ἡράκλειον καὶ τούτους τρεψάμενοι πολλοὺς ἀνεῖλον.*

218. Saraceni vel Arabes Scenitae multis iam ante Heraclium annis innotescere coeperant, sed cum circa haec tempora magis inclaruerint, hinc opinor factum ut historici tradiderint eos Heraclii anno 12 primum ex Arabia in Romanorum exitium erupisse. *ἐξῆλθον,* ait Constantinus Porphyrog. *de administr. imp.* part. 2 c. 16, *οἱ Σαρακηνοὶ μηνὶ Σεπτεμβρίῳ τρίτῃ ἰνδικτιῶνος δεκάτης εἰς τὸ δωδέκατον ἔτος Ἡρακλείου.* at Pisida satis perspicue nos edocet iamdiu e suis finibus egressos Saracenos Romanis fuisse detrimento. nuper enim audivimus dicentem *καὶ πολλάκις βλάψαντα τὴν παροικίαν.* iuvat etiam ex eodem Pisida observare perperam Saracenos, qui ex Arabia, cum Turcis, qui ex Scythia profecti sunt, a quibusdam confundi. nondum enim, cum primum Heraclius ad Ciliciae pylas venit dimicaturus cum Chosroa, Turcae cum Saracenis foedus inierant; quod sane contigit, postquam idem Heraclius Turcarum ope adiutus secundo bello Chosroam profligavit. tunc enim Turcae alacriores facti et suis rebus fidentes ultra pervagati in Syriam usque pervenerunt,

et Saracenis ab Heraclio divulsis et in fidem receptis, simul omnes Mohameto duce conspirantes Asiam et Africam pene totam maximis calamitatibus afflixerunt. vide supra v. 10.

220. recte Saracenorum naturam attingit, qui populationibus intenti et *λῃστρικόν* vitae genus ducentes non ex militari disciplina hostem aggredi, sed latronum instar clanculum irrepere, et praeda, si liceret, facta se recipere consueverunt. Bochartus in *Phaleg lib.* 2 *c.* 2 Saracenos a latrociniis esse dictos contendit, quia سرق *Saraka* Arabice est *latrocinari.*

222. *in poem. de Resurrect.* 8 58 ita de diabolo: *κλέψας τὸ πρῶτον μειζόνως ἀντεκλάπη.*

224. de clementia Heraclii in ducem Saracenorum nihil in Theophane.

238. innuit benignitate Heraclii factum ut aliquis Saracenorum dux ei se adiungeret; quod videtur confirmare Theophanes *p.* 257, dicens quosdam Saracenos ad Gazacum sub Heraclio militantes Chosroam fregisse.

241. cum utrinque parati essent ad pugnam, Persae lunam et solem, Romani deum adorant. ex militari disciplina milites, antequam dimicarent, sacris operabantur. vide Leonem imp. *c.* 14: *de iis, quae die belli agenda sunt.* *ἔργον ὀργάνων καὶ κυμβάλων* idem ac *ὄργανα καὶ κύμβαλα.* animadvertendum hic et alibi apud Pisidam cymbala et tympana reiici tanquam instrumenta profana. quare cum in definienda talium instrumentorum forma et diversitate discrepent eruditi, standum hic omnino auctoritati Suidae, qui ita statuit, *κύμβαλα θυμελικὰ παίγνια.*

242. ad spurcissimam Persarum libidinem demonstrandam veterum testimonia undique collegit Brissonius *de regno Pers. lib.* 2 *p.* 293. nempe illi quasi mulierculis carere neutiquam possent, eas non modo ad canendum in conviviis adhibebant, verum etiam in militaribus expeditionibus deducebant. earum autem varia erant munia, sed omnia turpia. celebrantur enim *μουσουργοί, αὐλητρίδες, ψάλτριαι, κιθαρίστριαι, ᾠδικαί, ὀρχηστρικαί,* de quibus plura in laudato Brissonio. ad rem illud tantum addam, quod ex Parmenionis ad Alexandrum epistola refert Athenaeus, inter impedimenta Darii repertas esse *παλλακίδας μουσουργοὺς τοῦ βασιλέως τριακοσίας εἴκοσι ἐννέα.*

245. organa musica, quibus canebat Heraclius, erant puri mentis affectus. videsis pentachordi descriptionem in fine *Poem. de bello Avar.*

249. lunam, praeter solem, coluisse Persas adnotavimus supra *Acroas.* 1 32. at hic Pisida de luna tantum facit mentionem, ut sibi viam sternat ad id quod de eclipsi lunari dicturus est in fine huiusce Acroaseos et in principio sequentis.

253. labarum puto intelligere, militare vexillum monogrammate ☧ distinctum, quod ab omnibus fere imperatoribus post Constantinum Magnum, qui illud invexit, retentum est. ille enim primus imperatorium vexillum ad crucis exemplar, sibi caelitus ostensum, in verae crucis formam commutavit, addito Christi nomine, duobus Graecis elementis expresso, ut est apud Eusebium in eius vita *lib.* 1 *c.* 25. quod signum cum deformidasset impius Iulianus et abrogasset, teste Sozomeno 5 16, statim restituerunt Gratianus et Valentinianus, ut auctor est S. Ambrosius *lib.* 2 *de Fide sub fin.;* eoque deinde sunt usi plures alii imperatores, quibus certe accensendus Heraclius. vide *Du-Cang. de inf. aevi numism. c.* 20.

256. in ms erat *ἐπί*. Heraclius e Cilicia profectus, ac Tauri iugis superatis, in Ponticam provinciam intravit, ut postea ex Armenia in Persidem, si ita res postularet, irrumperet; quod quidem in secunda expeditione ei feliciter evenit. primum enim bellum, de quo hic sermo est, prope Ponticae regionis terminos nec procul a Tauri montibus actum est.

260. huius strategematis similia exempla videsis in Frontino 1 2 et 3 11.

262. lege *αἰνετῆς*, quod metri ratio postulat, *πλαστουργία* est *fictio,* qua utitur solerter dux tam ubi cavendus quam ubi opprimendus hostis est, ut ait Frontinus *in praef. Strateg.*

264. ita forsan suum iter conficiebat Heraclius, ut figuram, quae *τάξις πεπλεγμένη* ab Aeliano c. 48 vocatur, exprimeret. cum enim ea esset huiusmodi ut spiralem lineam referret, atque ita saepe frontem ostenderet, facile imperitos Persas potuit decipere, qui ita procedentem exercitum putarent consistere. ac mox quidem poëta ait ex obliquo et transverso itinere Heraclii hostem fuisse deceptum.

271. Leonis imp. illud est monitum c. 9 10: *περιπατοῦντος τοῦ στρατοῦ ἡγείσθω ἡ σὴ ἐνδοξότης.* iuxta quod praeceptum Pisida praeeuntem inducit Heraclium, qui cum repente agmen converti iussisset, e primo factus est novissimus. sed possis etiam pro *novissimus* reddere *secundus,* quasi Pisida Heraclium hic comparet aurigae, qui in cursus contentione a posteriore superari et relinqui ex industria voluerit. vide infra v. 285.

275. *πλαστουργίαν* et *ὑπόκρισιν*, qua Heraclius usus est, *σοφήν* vocat, ut *supra* v. 267 *αἰνετήν*, ut nominis invidiam ab Heraclio submoveat: neque enim fictio neque simulatio digna res est viro integro et forti. sed Pisida has voces adhibuit eo quia non suppeterent aliae, quae et imperatoris solers in bello consilium ostenderent et metri legibus etiam accomodarentur, siquidem Graecis, quorum tanta fuit in dicendo copia, uno tantum vocabulo *στρατηγήματα*, quae solerter a duce gererentur, dixerunt; cuius vim vocis cum vellet Frontinus *Praef. Strateg.*

explicare, στρατηγήματα esse dixit, *quae in arte solertiaque posita sunt imperatoris.*

278. sequentes comparationes a spectaculis Circensibus depromptae sunt. venatorum, quibus cum ursis leonibus pantheris aliisque feris bestiis res erat, unde bestiarii dicti sunt, mira fuit dexteritas pedum totiusque corporis, ut praesens mortis periculum evaderent. cuius crudelissimae venationis et sanguinariae voluptatis tristem admodum descriptionem nobis reliquit Cassiodorus *Variarum lib.* 5 *epist.* 42. vide etiam Panvinium *de Ludis Circens.* 2 3.

280. Heraclii dexteritas cum aurigae dexteritate comparatur. summa enim erat aurigarum ars et industria in equis et curribus flectendis ad metas, ne posterior priorem anteverteret. si enim nimis quis metam evitasset, qui tum sequebatur auriga, inter metam et priorem breviori spatio delatus ex secundo primus efficiebatur, quod *eripere* Latini dixerunt. vide Panvinium 1 14.

281. λοξάς subintelligi τρίβους coniicio ex superiori versu 268.

284. παραβάτην duplici sensu vocat Persam, tum quia locum aptiorem ad pugnam praeoccupaverat, tum etiam quia a religione Christiana defecerat. παραβάτης enim est tam is qui currum moderans alios praevertit, quam qui legem violavit. ecclesiastici scriptores passim Iulianum imp. ἀποστασίας scelere famosum παραβάτην et τὸν ἐν ἀθέοις appellant. ac Pisida iterum sic vocat Chosroam in *Heracliados Acroas.* 1 206. Ceterum hi duo iambi ita citantur in Suida: τὸν παραβάτην συμβαλὼν πλασμῷ ξένῳ πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάτην. vertuntur autem sic: *parabaten cum ficto hospite committens ante pugnam in adversarium immisisti.* equidem nec lectionem nec versionem recipiendam censeo. primus enim versus, ut hic effertur, suo caret numero; interpretatio autem adposita vocibus πλασμῷ ξένῳ a germano sensu, ni fallor, abhorret: nam nec πλασμός adiectivum nec ξένος substantivum nomen est, sed contra. Aemilius Portus difficultatem sensisse videtur: ut enim Kusterus ibidem adnotat, maluisset legere πλαστῷ ξένῳ. verum ut ego coniicio, πλασμός idem est ac πλατυσμός *planities*, in quam coniecti sunt Persae ab Heraclio, qui a tergo circumiens edita loca occupaverat. hanc autem planitiem ξένην *peregrinam, extraneam* vocat recte Pisida, quia procurrentes Persae in loca devenerant inimica. verum Suidas in altero versu habet ἀντιστάτην *adversarium*, qui videri possit ille *fictus hospes*, quem nos excludimus. certe codex non ἀντιστάτην, sed ἀντιστάδην habet, cuius quidem vocis, quamvis nulla suppetant exempla, sensus tamen, ut mihi videtur, elucet. ait enim poëta Heraclium coëgisse Persas in adversam partem secedere. itaque εἰς ἀντιστάδην idem est ac εἰς ἀντικρύ, εἰς κατεναντίον.

288. Theophanes *p.* 285: *τοῦτο μαθόντες οἱ βάρβαροι εἰς ῥαθυμίαν ἦλθον τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς τούτου εἰσόδου.*

292. *καίριον* res est maximi momenti et fatalis. Homerus *Iliad.* 8 84: *μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι, maxime letale vulnus est.*

301. vide *Acroas.* 1 32 et 2 254.

303. de Xerxis expeditione contra Graecos videndus Herodotus *lib.* 7 et Diodorus Siculus *lib.* 11. Pisida hanc digressionem instituit opportune, ut ex regis Persarum insania Heraclii imp. in re militari peritia et prudentia clarius elucescat.

305. Diod. 11 2. Herodotus quoque *p.* 391 diligentissime narrat ut fuerit mons Athos perfossus, et *p.* 394 ut Hellesponto fuerit pons superstructus.

306. non immerito stultus Xerxes dicitur, qui praeter ea quae ab eo insipienter gesta fuisse observat Pisida, innumerabiles copias, quas undique collectas secum adduxerat, sibi impedimento futuras non praeviderat.

309. quamvis Xerxes in animo haberet de tota Graecia triumphare, nihil tamen ardentius exoptabat quam Spartanos opprimere, quos ceteris esse fortiores intellexerat. Demaratum enim, qui Spartanorum rex fuerat, tunc exsulem apud se deriserat, quod interrogatus an Graeci tantis belli viribus resisterent, libere respondit: *Λακεδαιμόνιοι μοῦνοι οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους, δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλλάδι.* Herod. *lib.* 7 *p.* 412.

310. Isocratis sententiam *in Panegyr.* videtur paucis expressisse Pisida. eius verba haec sunt: *ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ὑπερηφανίας ὥστε μικρὸν μὲν ἡγησάμενος ἔργον εἶναι τὴν Ἑλλάδα χειρώσασθαι, βουληθεὶς δὲ τοιοῦτον μνημεῖον καταλιπεῖν ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν.*

311. hunc versum sic legimus in Suida v. *τέλμα: χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τοὺς λίθους.* nobis certe placet potius iuxta codicem legere *ῥευματοῖ* quam *τελματοῖ* cum Suida. cum enim Pisida alludat ad fossam quam fieri iussit Xerxes, ut mons Athos a continente abscinderetur, ipse non *τελματοῦν τοὺς λίθους in coenum aut in paludem saxa convertisse,* sed *ῥευματοῦν fluidam reddidisse terram,* opinor, dicendus est. ita enim melius *ἐναντιώσεων* vis et ipsa rei veritas exprimitur. tanta enim fuit fossae latitudo et vastitas, ut Herodoto teste binae triremes e latere sibi iunctae permeare et remis impelli potuerint. Aristoteles *Poët.* 3 11, disserens de formis quibus orationis conficitur numerus, ac per *ἀντίθετα* illum maxime constitui decernens, inter *ἐναντιώσεων* exempla, quae profert, Isocrateum illud loco supra citato laudat: *οὐ πρότερον ἐπαύσατο, πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν, ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζοῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας.* elegantem Isocratis *λέξιν* etiam Cicero est

imitatus dicens *de finibus lib.* 2: *ut si Xerxes cum tantis copiis, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulavisset terramque navigasset.* sed revertor ad Suidam, vel potius ad interpretem, quem sane nollem τὰ ῥεῖθρα vertisse *fluvios:* patet enim Pisidam non fluvios, sed ῥεύματα maris fluctus hic indicare.

313. huius ἀντιθέσεως vim satis non assequor: quantum enim ἔκπληξις et ἐκπληξία inter se differant, non video, cum nulla alibi huius vocis ἐκπληξία exstant exempla. verum si statuamus ἐκπληξίαν idem esse ac ἐμπληξίαν, quam dicunt esse *obstupescentiam,* morbum scilicet quo quis repente perculsus nec videt nec audit, sensus erit, Lacedaemonios et Graecos immani bellico apparatu Xerxis non fuisse territos sed obstupefactos.

315. ἀντοροθετεῖν, ex ἀντί, ὅρος et τίθημι, est *fines* vel *terminos* rerum stabilitos *invertere;* sic ὁροθεσία est *terminorum designatio,* ἀντοροθεσία esset terminorum destructio. vide *supra* ad v. 310 testimonium Isocratis, ad quod videtur Pisida intendisse.

317. de aqua, quam Persae ut deum colebant, videsis *Acroas.* 1 32. ὕδωρ πάτριον recte vocat Pisida: nam Persae solem et lunam, ignem et aquam, ut θεοὺς πατρῴους habebant et invocabant. ita Darius apud Curtium 4 10: *dii patrii, primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me iam transactum est, precor nequis Asiae rex sit quam iste tam iustus hostis, tam misericors victor.*

318. cum pontem in traiectu Hellesponti primum constructum tempesta dissolvisset, δεινὰ ποιούμενος Ξέρξης, ut ait Herodotus *p.* 396, τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδίων ζεῦγος.

320. ταῦτα, supple εἰς vel μετά: cum enim Xerxes verberibus mare multasset, iussit architectos iterum iungerent Hellespontum. itaque illi statim pontem validis armamentis intextum superstruxerunt: ποιήσαντες δὲ ταῦτα ὕλην ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν· κατανάξαντες δὲ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα καὶ οἱ ἵπποι. haec Herodotus *p.* 395; ex quibus patet cur Pisida a terrestri tramite aquam sectam fuisse dicat.

323. vide supra 310.

325. expeditionis Persicae exitum infelicem designat: ut enim breviter narrat Diodorus 11 36, Ξέρξης πυθόμενος τήν τε περὶ τὰς Πλαταιὰς ἧττταν καὶ τὴν ἐν τῇ Μυκάλῃ τροπὴν τῶν ἰδίων .... τεθορυβημένος προῆγεν ἐπ' Ἐκβατάνων ποιούμενος τὴν πορείαν. sed illud non est hic praetereundum, quod Xerxes cum ex Attica per Boeotiam Thessaliam Macedoniam et Thraciam, eadem scilicet qua venerat via, ad Hellespontum properasset, naves conscendere et Abydum traiicere coactus est: τὰς γὰρ σχε-

δίας οὐκ εὗρεν ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. Herodotus *p.* 497.

338. Heraclius, ut ex Pisida colligimus, cum a loco dimovisset barbaros, aditum sibi certe fecerat, ut si vellet, posset intrare, sed, ut videtur, eo anno non intravit. vide *supra* v. 261.

345. Theophanes *p.* 255: φοβηθεὶς δὲ μὴ διὰ τῆς Ἀρμηνίας εἰς τὴν Περσίδα ὁ βασιλεὺς εἰσβαλὼν ταύτην ταράξῃ, οὐκ εἶχεν τὸν ἑαυτοῦ λογισμὸν βεβηκότα, ὅ τι δράσοι. unde confirmatur Heraclium nondum in Persidem irrupisse, sed timorem tantum iniectum fuisse barbaris, ne si se inde moverent et in Ciliciam excurrerent, imperator contra statim per Armeniam, qua patebat aditus, in Persidem penetraret.

350. similitudo, ut opinor, desumpta ex machina militari, quae *onager* dicebatur. onagrum describit Ammianus Marcellinus 23 4; quem a scorpione nihil differre statuit. at Vegetius 4 22 onagrum a scorpione distinguit, deque eius vi haec habet: *onager dirigit lapides, sed pro nervorum crassitudine et magnitudine saxorum pondera iaculatur: nam quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more contorquet.* ἄστατος vertimus *titubanter positas* ex laudato Marcellino 24 4, ubi iterum de onagro sermonem instituit. at si quis non ad onagrum aut scorpionem, sed ad saxa quae ex edito loco demittebantur, malit nostrum respexisse, per me sane licebit. memini enim eundem Vegetium 4 8 dicere: *maxima saxa pondere, formaque volubili in propugnaculis digeruntur, ut demissa per praeceps non solum obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confringant.*

357. Persae tandem sequi Heraclium coguntur. Theophanes *loc. cit.* ὅμως ἠναγκάσθαι ἀκολουθεῖν ὀπίσω τοῦ Ῥωμαίου στρατοῦ. Pisida videtur Xenophontem legisse: ita enim hic ait Ἀναβάσ. *lib.* 3 *p.* 157: οὐκ ἂν οὖν θαυμάζοιμι εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ οἱ δειλοὶ κύνες, τοὺς μὲν παριόντας διώκουσί τε καὶ δάκνουσιν, ἢν δύνωνται, τοὺς δὲ διώκοντας φεύγουσιν, εἰ καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ἀπιοῦσιν ἐπακολούθοιεν.

364. κλοπήν Persarum conatus appellat, quod illi noctu Romanos aggredi cogitarent. Leo imp. 14 7 *p.* 181 hostium machinationes odiosa appellatione σοφίσματα nuncupat, ut puto ex Herodoto, qui saepe inimicorum σοφίσματα καὶ μηχανάς memorat. at si audiendus est eruditissimus Brissonius lib. 3 in Persarum animos plane non cadebat illud Virgilianum: *dolus an virtus, quis in hoste requirat?* aperto enim Marte, ait, hostem opprimendum putabant, ac turpe prorsus arbitrabantur esse victoriam furari. consuetudini autem et patriis Parthorum institutis alienum fuisse *noctu dimicare* tradit Plutarchus *in Crasso.* quare veterem illam Persarum militarem disciplinam tempore Heraclii prorsus fuisse immutatam dicendum est.

366. Theophanes *ibid.* *κλέψαι μεριμνῶν τὸν πόλεμον, καὶ διὰ νυκτὸς ἀφεγγοῦς τούτοις προσβαλεῖν.*

368. idem *ibid.*, Pisidae locum affundens, *πανσελήνου δὲ οὔσης τῆς νυκτὸς ἀπεκρούσθη τοῦ σκέμματος, καὶ τὴν πρὶν αὐτῶν σεβασμίαν αὐτῶν ἐδυσφήμει σελήνην· ἡ δὲ σελήνη ὑπέστη κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα ἐκ τοῦ συμβεβηκότος.*

371. a solis lunaeque defectu, quoties id fieri contigit inter se pugnantibus populis, sumpta fuisse hinc inde a ducibus auguria luculenter confirmant veteres historiae, ex quibus exempla adducere nostrum non esse putamus. hoc tamen ad rem dicemus, quod Herodotus *lib.* 7 *p.* 395 refert: cum, Xerxe a Sardibus castra movente, sol defecisset, *εἴρετο τοὺς μάγους, τὸ θέλει προφαίνειν τὸ φάσμα· οἱ δὲ ἔφασαν ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων, λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ σφέων.* hisce prorsus similia narrat Q. Curtius 7 10: cum enim Alexander ad Granicum vicisset Darium, luna defecit. rex Aegyptios vates ea de re quid sentirent, expromere iubet: at illi affirmare *solem Graecorum, lunam esse Persarum: quoties illa deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi; veteraque exempla percensent Persidis regum, quos adversis diis pugnasse lunae ostendisset defectio.* cum igitur tanta esset hac in re Persarum religio et confirmata sententia, nil mirum eos ab incepto destitisse perterritos, et fraudem intentatam abrupisse, ne adversis diis viderentur velle dimicare. atque hinc etiam patet, cur Pisida dicat Persas habuisse lunam *ὡς ἐναντίαν, ut contrariam,* ut *non suam,* cum tamen ipsam stare pro Persis omnium esset pervulgata opinio.

374. deprecabantur Persae ne luna ad augmentum accederet: quo enim maior, et longior fuisset defectio, graviora sibi mala impendere verebantur.

Acroas. 3 v. 7. ita supra *Acroas.* 2 255 solem vocavit Heraclium. vide infra v. 99.

9. aperte, ut mihi videtur, Persarum stultitiam reprehendit, qui Magorum vaticinationibus et oraculorum responsis fidentes lunam pro ipsis stare putabant, ut nuper observavimus 2 376. Christianos autem non ridicula vatum et Phoebadum deliria pro certis indubitatisque habere ostendit, sed veritate niti scripturarum, cuius tanta vis est et lux, ut omnes effusae mentibus tenebrae discutiantur. ceterum ludit, ut assolet, poëta, et nimio antitheseon studio saepe profana nomina ad res sacras transfert. sic nunc Apollini Pythio vel Delphico Phoebum *εὐσεβῆ religiosum* opponit, videlicet Heraclium, de quo ita loquitur ut nihil maius deo posset convenire.

11. Apollo Pythius *Λοξιὰς* a *λοξὸς obliquus,* quod ambigua et incerta daret responsa; qualia sunt illa decantata, quae reddita sunt Croeso Pyrrho aliisque Pythiam consulentibus. recte

enim, quod de Sibylla Cumaea Virgilius Aen. 6 99, de Pythia quis dixerit: *horrendas canit ambages, antroque remagit, obscuris vera involvens.* ὅρους *definitiones* Apollinis responsa vocat noster, eo quod pro verissimis haberentur, si recte a petentibus intelligerentur. ut enim est in Euripidis Oreste v. 329, τρίποδος ἀπόφασιν, ἂν ὁ Φοῖβος ἔλαχεν, ἔλαχε.

22. brevitatis gratia sic vertimus, aliquanto latius versiculi vim exprimentes. non enim licebat antitheseon festivitatem paucis verbis concludere. sed vera significatio haec est: *tanta erat barbari socordia, ut quoties quid aggredi auderet, trepidaret, et quoties in te procurreret, fugam caperet.*

23. Theophanes *p.* 255: τὰ ὄρη κατέλαβεν ὡς δορκάδες.

32. idem *ibid.* ὁρῶ τὴν καλλίστιχον καὶ σοφὴν στρατηγίαν ἀφ' ὕψους τῶν Ῥωμαίων.

36. cum sensus tum metri ratio postulat ut legatur ἔμεινε. συλλιθούμενος autem vertimus *scopulo similis*, quamvis Pisida quid maius ea voce significavit, ostendens Persas, qui trepidantes ad rupes confugerant, saxis et petris non modo similes, sed omnino συλλιθουμένους *petrefactos.*

37. duo sequentes iambi citantur a Suida in voce χρῶμα, nec ulla occurrit lectionis varietas, nisi quod ibi pro πάντως legitur πάντες. sed auctoritatem codicis sequendam esse suadet sensus. interpres Suidae ita vertit: *non sunt haec falso illata fuco: omnia enim veritatis verba simplicia sunt.* Pisida illud Euripidis v. 472 videtur imitatus: Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

39. *Luc.* 19 40: ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσι, οἱ λίθοι κεκράξωνται.

46. sensus, opinor, hic est. Persae terrore perculsi per montium iuga ita immobiles erant, ut non verus armatorum exercitus esse viderentur, sed potius exposita quaedam pictoris tabula armatos repraesentans.

48. confer geminas orationes *de fortuna vel virt. Alexandri*, in quarum prima Plutarchus acriter contendit Alexandrum non comite vel duce fortuna, sed εὐβουλίᾳ καὶ καρτερείᾳ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ σωφροσύνῃ παραπεμπόμενον, ad tantum imperium pervenisse. ingeniose quidem Plutarchus id studet confirmare: nihil tamen minus Alexandri gesta serio pensitanti non videbitur denegandum id quod innuit Pisida, fortunatum magis quam sapientem ducem Alexandrum exstitisse.

52. vera fortitudo non est impetus inconsultus, non praeceps audacia, non caeca temeritas, non insana quaedam ferocia, sed firmi animi vis prudentia et consilio temperata: ut Horatius monet Carm. 3 4 65.

61. iambus bis citatus a Suida in v. ξένας tanquam Pisidae, et in v. ὕλη tanquam incerti auctoris. interpres primum vertit *silvas suppeditans et tantas et admirandas*, et postea *tot et*

tam peregrinas materias suppeditans. ὕλη vox est πολύσημος, qua quaevis materies denotatur. equidem putabam ὕλας reddere per *dapes, convivia,* quasi Pisida regium coenae apparatum indicaret. nec deerant sane auctoritates, quibuscum meam versionem probatam facerem legentibus, ut ex solo Stephani thesauro intelligi licet. verum a Suida discedendum mihi non esse censui, qui aperte testatur Pisidam vocem ὕλη hic usurpasse pro *praetextu, speciosa causa, simulatione.* quamobrem, si ita placet, τὰ ὕλας idem esse ac ἀφορμάς, ut in superiori iambo 55, non erit dubitandum, quamvis fatear etiam alias interpretationes mihi non displicere.

63. Theophanes *loc. cit.* γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν τούτου δειλίαν, θαρρῶν ἐν τόποις ηὐλίζετο, ἀναπαύσεως πλήρης, ἐρεθίζων τοῦτον πρὸς πόλεμον.

74. lacunam habet codex. at in margine est φραγμός, qua voce lacuna plane expletur, sed genuinus inde sensus plane non elicitur. occurrebat statim legere ἄχθος ἀνεκτίζετο.

78. σκηνώματα barbarorum *tabernacula,* opinor, vocat κατ' ἀντίθεσιν *cacumina montium,* inter quos se abdiderant Persae, eaque ἐξέχοντα appellat, ut Heraclii tabernaculis opponat, quae in planitie erant constituta. dicit autem ea concidisse, quia Romani tandem coëgerunt Persas ut ad pugnam descenderent.

80. Theophanes *ib.* κατερχόμενοι δὲ λάθρα τοῦ ὄρους πολλάκις συμπλοκὰς μερικὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐν παντὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπροτέρευον, καὶ θάρσος ἐπὶ πλεῖον ὁ στρατὸς ἐλάμβανεν, ὁρῶντες τὸν βασιλέα παντὶ προπηδῶντα καὶ εὐτόλμως πολεμοῦντα.

83. praeclarum magni ducis exemplum propositum in Heraclio, qui primus se obiicit periculis et hostes aggreditur. eleganter Claudianus de 4 *cons. Honorii v.* 348 de officiis principis.

89. Onosander *c.* 42: ἰδών τις τὸν ἡγεμόνα πρῶτον ἐγχειροῦντα καὶ ὅτι δεῖ σπεύδειν ἔμαθεν, καὶ μὴ ποιεῖν ἠδέσθη, καὶ ἀπειθεῖν ἐφοβήθη· καὶ οὐκέτι ὡς δοῦλον ἐπιταττόμενον διετέθη τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἴσου παρακαλούμενον διετράπη.

99. solem saepe appellat Heraclium, tum ob eius animi praeclaras virtutes, tum ob insignem corporis speciem, quam ita describit Cedrenus *p.* 407: ὁ Ἡράκλειος ἦν τὴν ἡλικίαν μεσῆλιξ, εὐσθενής, εὔστερνος, εὐόφθαλμος, ὀλίγον ὑπόγλαυκος, ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὴν χροιάν, ἔχων τὸν πώγωνα πλατὺν καὶ πρὸς μῆκος ἐκκρεμῆ. vide infra v. 432 et supra v. 7.

116. vide *Acroas.* 2 90, 97 *et* 203.

118. ex hoc iambo et sequentibus 121 122 duos tantum confecisse videtur Cedrenus, qui *p.* 420 ait Heraclium, cum iam esset in Persidem iturus, μέλανα ὑποδήματα περιβαλόμενον, atque humi pronum, in magno templo opem sibi a deo implorasse, ὃν ἰδών, subdit, Γεώργιος ὁ Πισίδης μετὰ τοιαύτης ταπεινώσεως

ἔφη· ὦ βασιλεῦ, μελαμβαφὲς πέδιλον εἰλίξας πόδα βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων. sed plura de hoc testimonio Cedreni diximus in praefatione. μελαμπέδιλον, *nigra calceamenta* ad bellum, ut videtur, tulit Heraclius, ut sui status humilitatem etiam ornatu corporis vilissimo testatam faceret, et color ipse rebus tristibus esset conveniens; quod quidem Pisida satis explanat in duobus sequentibus versiculis. ceterum imperatores in more habebant pupurea πέδιλα gestare, quae cothurnum referebant; eaque passim a scriptoribus *calcei sandalia, ocreae* et *crepidae* vocantur. recte ea descripsit Procopius *de aedif. Iustiniani lib.* 3 *p.* 53: ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνου φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. vide Codinum *de Offic. Cpol. p.* 62 et Goar *in not. p.* 70, et Gretserum *ibid. p.* 269.

122. ποιῶν ἐρυθρόν, quae nuper diximus confirmat: ait enim Heraclium Persico sanguine velle suos calceos inficere, ut rubei fiant, qui erat color imperatoribus usitatus. ita sane Gregoras *lib.* 3 et Georgius Aeropolita in Chronico haec imperatorum calceamenta ἐρυθρὰ appellant.

131. en clarius testimonium Pisidae asserentis se in primo bellico Persico adstitisse Heraclio.

134. χάριν] ita codex: et non dubito reponendum χαράν.

136. δάκρυα ἄλυπα *lacrimae citra animi molestiam* et ex sola commiseratione obortae.

141. Aristoteles *Rhet.* 1 37: τὸ εἰθισμένον, ὥσπερ πεφυκὸς γίνεται· ὅμοιον γὰρ τὸ ἔθος τῇ φύσει· ἐγγὺς γὰρ τὸ πολλάκις τοῦ αἰεί ἐστι.

144. Theophanes *p.* 255: Πέρσης δέ τις πρὸ ὀλίγου χρόνου πρόσφυξ γενόμενος ἐν τῷ στρατῷ τοῦ βασιλέως ἐγένετο.

147. cur in perfidia fidum transfugam Persam dicat, intelligitur ex *v.* 173 *et seqq.*

154. Persa qui ad Romanos defecerat, sperans suos post tantam socordiam et ignaviam iam fortiter contra Romanos dimicaturos, in sua castra refugit ῥίψασπις, *clipeo abiecto;* quod erat turpissimum. hinc recte Suidas ait: ῥίψασπις est ὁ δειλός, qualis fuit Cleonymus, qui quod in pugna clipeum abiecisset, proverbio dedit occasionem, ut quilibet vilis Κλεωνύμου δειλότερος diceretur. vide Suidam in v. Κλεώνυμος.

156. sensus est. recogitans, quanta fuisset Romanorum vilitas et socordia, speravit victuros Persas.

157. Theophanes *ibid.* οὗτος ἀποδρὰς πρὸς τοὺς Πέρσας ἀπῆλθεν ἐλπίζων αὐτοὺς τὴν Ῥωμαίων στρατείαν ὀλέσαι.

165. idem *p.* 256: ἰδὼν δὲ αὐτῶν τὴν δειλίαν μετὰ δεκάτην ἡμέραν πρὸς τὸν βασιλέα ἀνῆλθεν. ad vocem δεκάτην supple ex Pisida καὶ τετάρτην. vide supra v. 150.

173. idem *ibid.* καὶ πᾶσαν ἀκριβῶς τὴν τῶν βαρβάρων ἐξεῖπεν ἀτολμίαν.

180. cf. Euripides in Helena *v.* 520. Curtius 5 5: *ignaviam necessitas acuit, et saepe desperatio spei causa est.*

184. Theophanes *ibid.* ὁ δὲ σοβαρὸς μηκέτι ὑποφέρων τὴν ἐν τῷ ὄρει διατριβήν, ἠναγκάσθη πρὸς πόλεμον ὁρμῆσαι.

198. οὐκ ἀνευτρέπιστος ex α, quae privandi vim habet, et εὐτρεπίζω. Theophanes *ibid.* sic eadem: ὁ δὲ βασιλεὺς προγνούς, καὶ συντάξας τὸν στρατὸν ὁμοίως εἰς τρεῖς φάλαγγας, εἰς τὴν μάχην προήγαγεν. ante haec enim Theophanes refert Persarum ducem diviso in tria agmina exercitu, nondum manifesto terris sole, paratum ad pugnam ex improviso apparuisse.

205. idem *ibid.* τοῦ δὲ ἡλίου ἀνατείλαντος καὶ τοῦ βασιλέως κατὰ ἀνατολὰς εὑρεθέντος, τοὺς Πέρσας ἐσκότιζεν ἡ τούτου ἀκτίς, ὃν ὡς θεὸν προσκυνοῦν.

206. vide supra *Acroas.* 2 265.

210. Theophanes *ibid.* ὁ δὲ βασιλεὺς ἐσχημάτισε τὸ λαὸν αὐτοῦ εἰς φυγὴν τραπέντας, καὶ λυσάντες ἐκεῖνοι τὰς φάλαγγας ἀκρατῶς διώκειν τούτους ἐνόμιζον. ἐπιστραφέντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι εὐψύχως τούτους ἐστρέψαντο, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον, ἐλάσαντες αὐτοὺς ἕως τοῦ ὄρους, εἰς κρυμνοὺς αὐτοὺς ἐμβάλλοντες καὶ τόπους δυσβάτους, καὶ πάντας αὐτοὺς συνέτριψαν.

223. codex exhibet emendationis loco κράτιστε.

226. Psal. 7 16: *incidit in foveam quam fecit.*

227. in codice voci ὅλους superinscripta est vox ἄλλους.

229. item καὶ αὐτοὺς in κ' αὐτοὺς immutandum esse monet censor, et quidem recte. ego vero pro εἴδη legendum puto εἶδεν, ut stet metri mensura.

231. de sole et luna, aqua et igne, qui erant Persarum dii, alibi diximus plura. vide *Acroas.* 1 32. animadvertendum tamen hic est in more fuisse apud Persas, ut cum quid adversum eis eveniret, contra suos deos irascerentur, eosque contumeliis probrisque afficerent, ac tanquam de sua fortuna parum sollicitos aspernarentur; id quod ex Herodoto patet narrante Xerxem mare flagellavisse; Pisida vero aperte idem hic affirmat et alibi. confer *Acroas.* 1 26 *et seqq., et Acroas.* 2 377.

240. Persas ad bellum exire mulierculis stipatos adnotavimus *supr. Acroas.* 2 247. at nobis ridicula semper visa est causa, quam eius consuetudinis tradidit Max. Tyrius Dissert. 14: ait enim Πέρσας δὲ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων.

251. Theophanes *ibid.* ἐν δὲ τοῖς κρημνοῖς αἰγῶν ἀγρίων δίκην ἐσκηνοβάτουν· πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐζώγρησαν, παρέλαβον δὲ καὶ τὸ τούτων στρατόπεδον καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν.

253. idem *ibid.* οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς ὕψος τὰς χεῖρας ἐκτεί-

ναντες τῷ Θεῷ εὐχαρίστουν, καὶ τῷ στρατηγήσαντι καλῶς βασιλεῖ συντόνως προσηύχοντο.

280. idem *ibid. οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν, νῦν τὰς σκηνὰς τούτων ἀσαλεύτους εὑρόντες ἐλαφυρολόγησαν.*

282. haec, opinor, dicta, ut Romanorum securitatem ante et post relatam victoriam demonstret. solebant enim Romani, cum datum erat signum, tentoria deponere, ut ad dimicandum essent magis expediti. Polybius *de Castram. Rom. in antiqq. Rom. tom.* 10 *p.* 984: *ὅταν τὸ πρῶτον σημαίνῃ, καταλύουσι τὰς σκηνάς.* itaque Pisida ait Romanos tam securo animo prodiisse ad pugnam, ut ne tentoria quidem antea demiserint; redeuntes autem statim arma proiecisse, ut omni cura soluti vires animumque epulis reficerent; quod erat ex militari disciplina servari solitum, ut ex Leone imp. 16 2 colligitur. Theophanes loco nuper citato aliter videtur interpretatus Pisidam: ait enim Romanos non ad sua tentoria reversos, sed ad Persica usque progressos esse, quae intacta invenerunt. quae interpretatio si magis arridet, dicendum est Romanos Persarum castris potitos, tanquam ad sua se recepissent, ibi securo animo quievisse.

283. *σκέπην*, opinor, ponit pro tota armatura gravi, qua se milites tegebant; quamvis *σκέπη* vere esset capitis tegumentum e pelle. Polybius *loc. cit. p.* 866: *προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ, ποτὲ δὲ καὶ λυκείαν ἤ τι τῶν τοιούτων ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν.* sed ut accipiam *σκέπην* pro armatura, facit addita notatio *πεπηγμένη*, quae scuto maxime convenit, cuius longam descriptionem instituens idem Polybius *p.* 874 ait: *ἐκ διπλοῦ σανιδώματος ταυροκόλλῃ πεπηγώς, ὀθονίῳ, μετὰ δὲ ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιείληπται τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν,* a qua descriptione sane non abludit illud Pisidae quod sequitur v. 286: *φόρτον ἐκ κτήνους.* recte autem scutum dicebatur *σκέπη*, quia tanta erat magnitudine ut totum pene militem obtegeret.

293. legerem *οὕτω*. hoc epiphonemate primi belli Persici narrationem claudit, dicens tantam fuisse Heraclii in re militari scientiam, ut non modo ea omnia quae a veteribus tradita fuerant omnino noverit, sed antiquorum etiam inventis plura addiderit non antea ab illis excogitata.

296. Theophanes *loc. cit. τίς γὰρ ἤλπιζεν τὸ τῶν Περσῶν δυσμαχώτατον γένος νῶτα δοῦναί ποτε Ῥωμαίοις.*

308. verti quasi legeretur *τυλουμένων*, ut puto legendum.

309. vide supra v. 61, quae circa vocem *ὕλη* et *ἀφορμὴ* attigimus.

311. Abares, gens fera et Romanis infensa, quoties vires ad inferenda damna receperant, interposita pacta non esse servata causabantur: hinc recte noster ait *ἐξ ἔθους*. plura, quae huc spectant, videsis in *poem. de bello Abar.* Pisida Abares

vocat *γένη πρὸς ἑσπέραν*, eo quod ipsi late pervagati iam ad Istrum consederant.

319. Theophanes *p.* 256 refert Heraclium rediisse Byzantium anno postquam inde contra Persas dimicaturus discesserat, sed causam reticet. Nicephorus Cpolitanus autem omnia perperam confundens de hac prima expeditione Heraclii nullam mentionem facit. haec tamen erant sedulo notanda, ne qua oriretur difficultas. patet enim ex Pisida Heraclium anno imperii sui 13, Christi 623 ex Armenia in Thraciam reversum, ut foedifragos Abares reprimeret; ac tribus post annis cum iidem Abares Cpolim diripere atque evertere moliti sunt, in Perside Heraclius degebat. vide *de bello Avar.* 246 *et seqq.*

324. codex hic habet versiculum, qui legendus mox venit sub numero 328: *οὕτω τὸ πιστόν*. nos tanquam *περισσὸν* reiiciendum esse putavimus.

336. Theophanes *ibid.* *ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν στρατὸν σὺν τῷ στρατηγῷ καταλιπὼν εἰς Ἀρμενίαν παραχειμάσαι, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ὑπέστρεψεν.*

340. saepe in ecclesiasticis auctoribus occurrit verbum *κατορθόω*, quo vita ad Christianae virtutis normam instituta significatur, ut hic in nostro. vide Suiceri *Thes. Ecclesiast.*

343. confer *supra v.* 182 *et seqq.* de Pisida in bello comitante Heraclium, quocum multa familiaritate, ut videtur, coniunctus fuit.

349. quid hisce iambis velit Pisida, non satis liquet. verum, ni fallor, hic adludit ad Severianorum haeresim, quae tot turbas excitavit in Oriente et Heraclio imperante adhuc vigebat. idcirco autem dicit esse detecta mysteria iniquitatis, quod Heraclius, ut opinor, hoc primo in Oriente itinere aperte deprehendit errores circa religionem inter Christianos disseminari a Persis, ut Romani inter se dissentientes novum Heraclio facesserent negotium, et Romanum imperium non tantum externis quam internis premeretur incommodis. quod sane fit manifestum ex v. 36 *et seqq. poem. contra Severum*; ubi plura nobis erunt dicenda de hoc impio haeresiarcha.

351. multiplex error vel hydra erat haeresis Manetis, quae ex Persarum deliramentis orta et late propagata varios induit aspectus sub Manete primum ipso, deinde sub Eutyche, demum sub Severo et aliis innumeris eorundem asseclis. at nunc Pisida hanc hydram unam tantum ait protendere cervicem, scilicet errorem Monophysitarum, Chosroa vires et animum suppeditante.

353. hinc videtur posse coniici Heraclium in Armenia degentem cum aliquo doctore Monophysita coram Pisida disputasse; ac propterea Pisidam dicere se mirari hoc hydrae collum non esse exsectum, postquam in Herculem, id est Heraclium, inciderat. hunc autem doctorem fuisse Paullum Severianum, quocum He-

raclius disputavit in partibus Armeniae, ut testatur Sergius in sua epistola ad Honorium, alibi probabimus in Monito ad poëma contra Severum.

355. vere vatem quis dicat Pisidam, qui Chosroae cladem praedixit.

357. *τὴν δίκην*] subaudi *κατά*.

362. Claudii Ptolemaei Pelusiotae opera, qui temporibus M. Aurelii Antonini in Alexandrina academia astronomiae et astrologiae studiis clarus vivebat, notiora sunt quam dici oporteat. Pisida hic Almagestum indicat, quo in libro Ptolemaeus pro sui ingenii medulo systema planetarum exponit.

365. subintelligitur, ut puto, *χρόνων*, fortasse etiam *μερῶν*, quod si placet, *ἐπ' ἐσχάτων* vertendum est *ab ultimis terrae* partibus; quasi noster facta allusione ad expeditiones Heraclii, quibus in penitiores Asiae partes penetravit, dicat eius regionis incolis tanquam novum Phosphorum apparuisse Heraclium.

368. quamvis diu multumque opera Ptolemaei versaverim nullibi mihi licuit invenire vaticinium, quod poëta, quam belle plane nescio, sed tamen in Heraclium transfert. itaque aut intercidisse locum, ad quem alludit Pisida, dicendum est, aut esse eiusdem ex quibusdam verbis interpretamentum. ceterum ne prorsus *ἀσύμβουλοι* hinc discedamus, detur coniecturae locus. itaque sic hariolor. Ptolemaeus cum plane nosceret quantum veteres astronomi, Eudoxus Eratosthenes Geminus Marinus et alii, inter se disparent in polari stella definienda, nec ipse alicuius opinioni facile assentiretur, fortasse alicubi dixit fore tempus quo polus alter, ac plane ab eo diversus qui tunc esse ferebatur, sapientum iudicio inter homines constitueretur. quae coniecturam confirmare possent, videsis in Petavii *Uranologio Dissert. Var. lib.* 3 *c.* 4 *et seqq.*

380. alludit, opinor, ad metrum iambicum, quo utitur; quasi dicat gesta Heraclii epico carmine melius et dignius tractari potuisse.

389. confer quae sequuntur cum *Hexaem.* 85 *et seqq.*

396. 1. *Cor.* 12 4.

407. Pisida veteres culpas Heraclii nominans tacitus videtur reprehendere illicitas nuptias, quas ille cum filia sororis suae contraxit. rem acriter exagitat Nicephorus Cp. *p.* 10; qui tamen illud addit, Sergio vehementer instanti ut scelestae nuptiae solverentur, Heraclium ita respondisse: *ὡς εἶ μὲν ἔχοι τὰ παρά σοι λεγόμενα· ὃ γάρ σοι χρέος ὡς ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ, ἤδη ἀποδέδωκας ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ λοιπὸν κείσεται τὰ τῆς πράξεως.*

412. *Reg.* 4 2 11.

415. *Exod.* 18 11. communis est patrum sententia Mosem in vertice montis extendentem manus cum virga fuisse symbolum Christi in cruce pendentis, quo manus suas in ligno pro nobis

expandente diabolus superatus est. Theodoretus *Quaest. in Exod.* 34: *τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν ἐπλήρου τὸν τύπον ἐκτείνων τὰς χεῖρας· ἐδείχθη τοίνυν καὶ ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις.*

418. *Exod.* 3 2. deum re vera vel dei filium, non angelum apparuisse Mosi diserte testatur Pisida, veterum patrum opinioni consentiens, quos laudat Calmetius *in suis Comment. in Exodum.*

419. deum in rubo loquentem fuisse verbum constans fuit antiquorum sententia. videsis S. Cyrillum Hieros. *Catech.* 10 et 11. at vero rubum incombustum dei incarnationem significasse nemo non affirmavit. rubus carnis erat symbolum, et ignis divinitatis: sicut autem ignis rubum, ita deitas humanitatem non consumpsit; unde duas in Christo esse naturas integras illaesas et inconfusas manifeste evincitur. quo sane respicit Pisida ad confutandas haereses sui temporis maxime intentus. dicens enim quod Moses *ἀπηκρίβωσε τὴν φλόγα ἐν βάτῳ, καὶ τὴν βάτον οὐ πεφλεγμένην*, duas in deo incarnato non confusas naturas Mosem cognovisse contra Monophysitas affirmat.

421. Pisida auctor est Mosem tam praesentem fuisse deo ut ipse deus Mosem, ut erat, carne vestitum viderit, et Moses etiam non spiritu sed *σαρκικῇ θεωρίᾳ*, vere, intuitive et oculis carnalibus deum conspexerit. disputatum quidem est saepius, quomodo deum viderint Moses Paullus et prophetae: S. Irenaeus *contra haereses lib.* 4 *c.* 20 neminem deum vidisse facie ad faciem, sicuti est, multis probat argumentis. non manifeste, ait, *ipsam faciem dei videbant prophetae, sed dispositiones et mysteria, per quae inciperet homo videre deum.* quae verba cum iis, quae de hac re tradit vetus inprimis auctor, sive Dionysius Areopagita, *de cael. Hier. c.* 4 3 mirifice conveniunt. Irenaeo consentiunt plures ss. patres, quos inter consulendus S. Augustinus *lib.* 12 *de Gen. ad lit. c.* 27 *et* 28, *et de Trinit. lib.* 2 *c.* 17 *et* 18, qui sanctos viros et prophetas non corporis sed mentis oculo, quantum homini fas fuit, divinam essentiam introspexisse asseverat.

431. *αὐτοῖς*] videlicet *τοῖς τέκνοις.*

432. de forma Heraclii confer versum 99 huiusce Acroaseos.

438. alludit ad equum solis, de quo *Acroas.* 1 23.

439. *σέβοντες* pro *σεβόντων*, scilicet *οἳ σέβουσι μετὰ χειρῶν ἀσεβῶς ἡπλωμένων.* Persas ita repraesentat incondite iactantes tendentesque ad caelum manus, ut opponat Christianis, qui manibus supra pectus in formam crucis modice expansis, ut in multis antiquis monumentis videre est, deum deprecabantur.

451. Persarum socordiam taxat, quos ubique non minus impios quam viles facit. ceterum in hisce ultimis versiculis in-

tendisse videtur ad illud *Psalmi* 113 15: *manus habent, et non palpabunt; pedes habent, et non ambulabunt ..., similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis;* quasi dicat Persas similes revera esse factos idolis, quae stulte adorabant.

455. recte invidiam ut monstrum a natura humana prorsus alienum describit. humanum est enim sibi aliisque bona desiderare; invidi est prosperis aliorum rebus tantum torqueri. *Horat. Epist.* 1 2 57.

450. Pisida, ni fallor, praevidit dissensiones et odia suscitatum iri inter filios, quos Heraclius ex Eudocia primum et deinde ex Martina Augustis susceperat.

452. *Odyss.* 12 256.

453. legerem *περιτρέχει*.

458. patet Heraclium dissidia inter filios oritura cognovisse, et quantum ipse potuit studuisse ut eorum animos fraterni amoris vinculo devinciret. sed invidia et regnandi ambitio, paterna monita ex animo natorum quam citissime delevit, ut historici testantur.

460. emendator hic iterum prodit, atque in hoc iambo pro *μνήμην διαρκῆ* reponi vellet *σοῦ τῇ φυλακῇ*, et in sequenti *τὰ πταίσματα* pro *τὰ πράγματα*. neutrum ex hisce lectionibus probavimus; gravior enim, ut nobis quidem videbatur, est sententia quam textus exhibet.

DE BELLO AVARICO

MONITUM.

Plures ac varias antiquis temporibus diversarum gentium migrationes esse factas, atque ex remotioribus septemtrionis partibus populos efferatis moribus profectos in meridionales regiones inrupisse, passim docent historiae, quibus fidem facit Strabo 5 *p.* 213 et Ammianus Marcellinus 31 5. verum nulli crebrius quam Scythae, qui et Sarmatae et Sauromatae quondam dicti sunt, nativis sedibus relictis emigrarunt. antiquissimis plane temporibus Scytharum reges virtute et belli artibus insignes multam ultra Tanaim fluvium regionem ad Thraciam usque subiugasse testis est Diodorus Sic. 2 *p.* 90. sed multo magis sequioribus saeculis inclaruere apud nos Scythae, qui sub vario gentium nomine totum late orbem terrarum occuparunt. omnes enim illi populi, quos iure et merito barbaros appellare solemus, quique cladem et necem Europae universae inferentes Romanum imperium penitus everterunt, e Scythiae finibus prosiluere. inde enim Alani et Vandali et Gepidae et Gothi et Sclavi et Bulgari et Hunni et Abares et Turcae aliaeque pestes erumpentes, caeli mitioris benignitate illecti, primum vicinas regiones, ac deinde etiam

longissime positas invadere, omnia vastare, alienis potiri, novos mores, ac leges ubique inferre, et in locis nullo iure occupatis iniustissime imperare. primi omnium tantam sensere cladem et perniciem Orientales illae partes, quae Romanorum imperatorum dicioni parebant: non enim aliunde quam ex illis locis patere ad nos potuisset aditus, neque, si Romanis vires ad resistendum suffecissent, in nos derivata esset tanta malorum colluvies. porro, si Ammiano Marcellino 31 1 fides est, magnus hic tristissimusque eventus praesagiis ac portentis fuerat praenuntiatus: cum enim Valente imperium tenente infausta omnia undique portenderentur, Graeci etiam quidam versus reperti sunt prope Chalcedonem in quadrato lapide incisi, futura plane pandentes, quos quidem referre iuvat, ut huic pëmatio lux affundatur.

ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσεραὶ κατ' ἀστυχορείας
τερπόμεναι στροφόωνται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ·
δὴ τότε Οὖνια φῦλα πολυσπέρμων ἀποροῦσι
Ἴστρου καμψιρόοιο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ,
καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην καὶ Μυσίδα γαῖαν.
Παιονίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
αὐτοῦ δὴ βιότοιο τέλος καὶ δῆρις ἐφέξει.
tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas
laetaque subsilient hilares per compita Nymphae
ac funesta dabit murus munimina thermis,
tunc Hunni innumeri variis e gentibus orti
traiicient amnis Histri speciosa fluenta
vastabuntque agros Moesos atque arva Scytharum.
ast ubi Pannoniam attigerint, maiora parantes
hos illic fatum et Martis violentia sistet.

sic eleganter Graecos versus reddidit doctissimus Henricus Valesius, a quo tamen discessimus in quarti versus lectione, quia ad mss codicum fidem, quos ipse laudat, legendum putavimus *δὴ τότε Οὖνια φῦλα*. at ille hic agi existimans de Gothis, non de Hunnis, *Οὖνια* reiecit, atque ex Socrate et Zonara restituens *μυρία φῦλα* vertere maluit *tunc fortes populi etc.* verum quis deceptum Valesium negabit, atque ibi contra id quod ipse ratus est, de Hunnis, non de Gothis sermonem esse non adfirmabit, si animadvertat ipsum Ammianum, quasi Graecam inscriptionem esset interpretaturus, ita statim subdere? *Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Maeoticas glaciale m Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit.* quis autem ignorat Hunnos vel Chunnos vel Thynnos, quae nomina idem sonant, generatim eos omnes populos fuisse appellatos, qui temporum variis intervallis in Europam turmatim se effuderunt; ita ut sicuti quondam antiquitus Scythae una omnes dicebantur, ita postea iidem omnes Hunni dicerentur? eius rei testis est

Agathias *de regno Iustiniani lib.* 5, qui cum Hunnos aliasque barbaras gentes, quorum varia erant nomina, circa paludem Maeotidem habitasse adfirmasset, ait: *οὗτοι δὲ ἅπαντες κοινῇ μὲν Σκύθαι καὶ Οὖννοι ἐπωνομάζοντο.*

Ac ter quidem Hunnos in Romanorum dicionem irrumpere conatos esse colligimus ex historiis, et tum demum in Pannonia, quae ab ipsis postea Hungaria dicta est, constitisse proditum est a plurimis scriptoribus. primam quidem Hunnorum eruptionem 13 anno imperii Valentis, Christi 376, factam esse tradit Orosius *lib.* 7 *in gest. Valentis.* damna vero, quae ex ea secuta sunt, enarrant praeter Orosium auctor *hist. Miscellae lib.* 12 *in Gratiano,* S. Hieronymus *Epist. in epitaph. Fabiolae,* Philostorgius 9 17, Priscus *in Excerptis de Legat. p.* 47, aliique, qui omnes e Scythia egressos barbaros in maximam Europae perniciem Hunnos appellarunt. eiusdem gentis in conterminas regiones altera emigratio secuta est Iustiniano 1 regnante, anno videlicet Christi 564. ac tum quidem populi, qui in commune exitium exciti tot mala Romanis rebus attulerunt, *Abares* dicti sunt et *Hunni Abares.* fidem faciunt Theophanes ad annum 787, Ado Viennensis an. 879, Aimanus Floriacensis et Sigebertus *in Chronicis,* qui omnes Abares cum Hunnis confundunt, eosque Hunnos et Abares fuisse appellatos aperte testantur. nominis etymologiam ex Hebraica lingua quidam repetentes Abares idem esse voluerunt, ac si quis eos *palantes, vagos* et Nomadum more *errantes* atque huc illuc *transeuntes* diceret. alii vero contendunt quosdam Hunnos Abarum nomine insignitos, quod robore corporis et animi fortitudine ceteris anteirent, ut siquis *robustos validosque et bene dispositos* vocaret. sed primam nominis originem Theophylactus Simocatta 7 8 videtur probare, dicens Hunnos, qui post alios in Europam confugerant, Abarum appellatione fuisse contentos: *λέγεται γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς Σκυθικοῖς τὸ τῶν Ἀβάρων ὑπεῖναι ἐντρεχέστατον φῦλον.* horum autem dux Chaganus vocabatur, eodem Simocatta testante ibidem illos ipsos Hunnos Abares se dixisse, suumque principem Chaganum honoris causa nominasse: *οὗτοι Ἀβάρους ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες, τὸν ἡγεμόνα τῇ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ φαιδρύνουσι.* anno denique Christi 888 et 889 Hunni ab Arnulpho imp. Occidentis contra Moravorum regem Zwatapolugum evocati, et a Leone philosopho imp. Orientis contra Bulgaros invitati, undique collectis viribus, multorum millium numero, suppetias laturi libenter concurrerunt: sed ea occasione arrepta totam Pannoniam occuparunt, quae deinceps Hungariae nomen adepta est. praestat de hoc Hunnorum adventu tertio legere Rheginonem abbatem Prumiensem *Chron. lib.* 2, Luitprandum *Hist. de reb. Europ. lib.* 1, Annales Fuldenses *tom.* 2 *Script. hist. Franc. ad a.* 892, Cedrenum *in Compend. hist.*, Sigebertum *in Chron. ad a.* 903, Ioh. Aventinum *Annal. Boio-*

rum lib. 4, Aeneam Silvium, qui postea fuit Pius II. pontifex, *Hist. de Sec. part. Asiae,* aliosque gentis feritatem crudelitatemque enarrantes unaque simul exsecrantes: nos enim, ut hic tantum de secunda Hunnorum irruptione verba faciamus, monet Pisida, qui horrendum facinus, quod anno Christi 626 de evertenda Cpoli Abares animo conceperant, versiculis non inelegantibus describit. verum cum ea omnia, quae nunc dicenda essent de Abaribus, commodius in notis ad singulos versus referri possint, a supervacaneo opere hic abstinendum ducimus. igitur Abarum originem breviter indicasse sufficiat; ac siquis adhuc plura cupit addiscere, adeat Francisci Foris Otrokocsi *Origines Hungaricas,* quo in libro Hunnorum Abarumque res summa eruditionis copia pertractantur.

Quod autem ad praesens poëma spectat, Sergio patriarchae esse inscriptum facile dignoscitur: namque ei statim in principio hoc quidquid est laboris sui offert Pisida, *v.* 12, ac deinde passim ipsum adloquitur. belli autem summam ducem fuisse deiparam virginem patet ex ipsis primis versibus aliisque operi intertextis: eius enim ope vere Cpolis est ab hostium incursione liberata, ut omnes scriptores Byzantini una simul cum Pisida testantur, qui eam solam contra Abares dimicantem repraesentat. sed Sergium quoque ipsum ut alium belli ducem praestantissimum ubique commendat, sed qui secundas ageret partes, nec nisi prece et lacrimis pugnaret, et virginis deiparae nutu ope et consilio totam rem militarem administraret, *v.* 230. igitur a principio usque ad *v.* 125 Abarum origo, feri mores et fraudes enarrantur: tunc Pisida bellum ipsum Abaricum exorditur, et facta ad Sergium invocatione multum in eius laudes excurrit, dicens *v.* 130: *ὦ πάντα πράττων.* nec sane immerito multum hac in re Sergio tribuisset noster Georgius, si modum servare nosset: constat enim Sergii custodiae una cum filiis urbem commendatam reliquisse Heraclium imperatorem tum cum contra Chosroam dimicaturus discessit; cuius rei testis est praeter ceteros Nicephorus patriarcha in Historia *p.* 11. Heraclius, Persis et Abaribus eodem tempore infestantibus, cum simul et fame et pestilentia res publica premeretur, *προσεκαλεῖτο Σέργιόν τε τὸν τῆς πόλεως πρύεδρον, ἔτι τε καὶ ἄρχοντας καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ μέρος, παρατίθεται αὐτοῖς τοὺς παῖδας, καὶ Βῶνον τὸν πατρίκιον ἐγχειρίζει τὰς τῶν πραγμάτων διοικήσεις.* at Pisida, quod quidem plurium ope et virtute confectum fuit, totum id voluit ad Sergii pietatem referre, ut tantummodo eo gemente et virgine deipara protegente, nullis vero humanis viribus adnitentibus, et urbem servatam et partam victoriam esse constaret.

IN BELLUM AVARICUM
ADNOTATIONES.

v. 1. Deiparae virginis ope praesentissima Cpolitanam urbem contra Abarum hostiles impetus fuisse servatam, cum Heraclius in Perside contra Chosroam pugnaret, anno videlicet imperii eiusdem 16, Christi vero 626, die 29 mensis Iulii, communis est scriptorum consensio. vide Chronicon Paschale *p.* 393, Theophanem *in Chronograph. p.* 264, Nicephorum patriarcham *in Brev. p.* 12, Anastasium Biblioth. *in Hist. Eccl.* ad annum Heraclii 16, et post hos Baronium ad annum 625. nec aliter rem actam esse tradunt geminae de bello Abarico narrationes, quas commentarii loco post hasce meas adnotationes adiiciam. itaque merito totam de barbaris victoriam beatissimae virgini acceptam refert Pisida. confer hos iambos cum inscriptionibus in templo Blachernarum positis, quas primus edidit Ducangius ad Zonar. t. 2 p. 65.

3. reponerem *γράφοι*.

12. Sergium a sanctitate morum et doctrinae saepe commendat. vide *Hexaem. in princ.*, ubi ipsum agricolae evangelico comparat, qui mentium campos suae eloquentiae et pietatis fontibus irrigat alitque. ita infra v. 531 Heraclium imp. eiusque filios *φυτουργίαν* Sergii appellat, quod omnes ipse erudiverit et Christianis moribus informaverit.

16. causam adventus Abarum in Europam recte indicat Pisida. Abares enim a Turcis victi, et usque ad Istri ripas progressi, ad Iustinianum primum ac postea ad Iustinum imperatores legatos miserunt; qui cum illis societatem inire e re esse putarunt, quod barbaros homines nequirent in officio continere. cum igitur omnibus sit manifestum Turcas montes Caucasios inter Pontum Euxinum et mare Caspium primitus incoluisse, patet Abarum quoque non multo longius fuisse sedem. atque hinc profecto est quod ii, qui de foedere ab Iustino minore cum barbaris facto agunt, et Abares Turcas et Turcas Hunnos vocent, nec satis firmi in gentium appellatione videantur, quia, ut dictum est in Monito ad hoc poëmation, omnes illae ferae nationes, quae in Europam immigrarunt, Scytharum vel Hunnorum nomine designabantur, ne Turcis quidem exceptis: testis est enim Theophanes, qui *p.* 207 sic ait: *Οὖννοι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, οὓς Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν, πρεσβεύουσι πρὸς Ἰουστῖνον.* atque iidem sunt quos Hunnos Sabiros et Abasgos vocat Procopius, *de bello Goth.* 4 3. Menander Protector *de legat. Iustini p.* 151 Turcas, et Theophylactus Simocatta 7 8 Sabiros et Abares appellant. ac Evagrius quidem, cuius auctoritas plurimi facienda est, quia eius saeculi est scriptor, Abares a Turcis divisos fuisse aperte

tradit *lib.* 5 1: *Ἔθνος δὲ Σκυθικὸν οἱ Ἄβαροι τῶν ἀμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἳ τοὺς γειτνιῶντας Τούρκους πασσυδεὶ πεφευγότες, ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἀφίκοντο .... μέχρις οὗ τὰς ἠϊόνας τοῦ Ἴστρου κατειλήφασι, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο.* Evagrio similia narrat Simocatta *lib.* 7 7. recte igitur Pisida Abares in contemptum *ἀποσπάδας recisos* vocat: ducta enim metaphora ab arborum amputatione, quam late prosequitur, dicit Abares esse avulsos et exsectos a Turcis velut ignobiles ac inutiles ramos. Henricus Stephanus *in Thes. linguae Gr.* ad vocem *ἀποσπάς*, cum animadvertisset *ἀποσπάδας* dici a Suida *τοὺς ἀποσπασθέντας avulsos, ἀποσπαδόντας* autem *τοὺς ἀποκοπέντας eunuchos* sive *castratos*, recte coniecit vocem *ἀποσπὰς* esse feminini generis, quod patet ex *seq. versu* 67, in quo Abares vocantur *ῥίζα τῆς ἀποσπάδος*, scilicet *ῥάβδου, radix avulsae virgae.*

18. Abares a Turcis pulsi cum ad Danubium usque pervagati essent, ab Iustiniano imp. contra alios barbaros populos in auxilium acciti sunt, et in Romanae dicionis fines recepti ac donis ingentibus honorati. rem fusius narrat Menander Protector *inter excerpta legat. p.* 99, Theophanes *p.* 143, atque ex eo Anastasius *Hist. Eccl. ad an. Iustini tertium.* cum autem ibi semel consedissent, non inde amplius eos eiiciendi Romanis imperatoribus fuit potestas. Corippus Africanus *de laud. Iust. min. lib.* 3 Abarum legatum multa iactantem, et munera sibi ab Iustiniano dari solita repetentem inducit, legato superbe loquenti iratum respondetem Iustinum. ita sane Iustinus locutus est tum cum primum ad imperium est evectus, non diffidens se suis viribus posse Abares a Romanorum dicione expellere: sed postea ipsum quoque, quamvis invitum foedera iunxisse cum invisis barbaris constat ex omnibus historiis.

23. scilicet ad ripas Danubii constitit, ut dictum est supra v. 16.

25. Abares cum primum ad amnem usque pervenissent, se eis Istrum non esse transituros iuraverant, ac Romani contra se trans Istrum non ituros promiserant. sed nulla fuit fides barbaris; unde tot orta inter utrosque dissidia et bella, Romanis autem damna maxima illata. Franciscus Foris Otrokocsi, quem in Monito laudavimus, nimius sane est *Originum Hungaric. part.* 1 *c.* 5 in defendendis Hunnis, quos ut ab omni invidia liberet, Romanos foedifragos facit, cum tamen constet nullo iure eos in alienam dicionem irrupisse, nec semel iuramenta et foedera dolo malo violasse, quod ex iis quae sub Heraclio imp. contigerunt clarius elucet.

30. recte *παντογείτων* appellatur Ister sive Danubius, qui

suo cursu Romani imperii fines ad septemtrionalem partem videbatur describere.

34. cum Pisida bene observasset Istrum fuisse leve praesidium et propugnaculum contra barbaros, quomodo Abares flumen transierint, mihi videtur indicare. equidem, ut ex eius verbis coniicio, hiemis tempore id factum esse censeo, cum Danubius gelu constringeretur. ita sane tempore Arcadii, ad quod tempus fortasse respicit Pisida, evenisse tradit Philostorgius *lib.* 11 8: *ὅτι τῶν Οὔννων, φησιν, οἱ μὲν τῆς ἐντὸς Ἴστρου Σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι καὶ διαφθείραντες πρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν Ῥώμην εἰσηλάσαντο, καὶ κατὰ πᾶσαν ἀναχυθέντες τὴν Θρᾴκην ὅλην τὴν Εὐρώπην ἐλῃΐσαντο.* ac simili prorsus ratione se in Europam penetrasse ipsi Abares gloriantur apud Corippum *lib.* 3. hinc Pisida, opinor, Danubium ipsum poëtice reprehendit, quod *ἀγράφῳ κρίσει, contra id quod erat sancitum,* terminos quos suo alveo dividere debuisset, gelu obduratus coniunxerit, *τοὺς ὅρους ἐπήξατο.*

36. molesti quidem Abares Romanis, quamdiu trans Istrum sunt commorati: saepe enim flumen traiicientes et per Romanas provincias excurrentes omnia vastabant. cum autem cisis Istrum pedem intulissent, ibique certam sedem habere coepissent, latior eis patuit via ad res Romanorum affligendas. Menander *in Exc. de legat. p.* 101 testatur Abares per legatos postulasse ab Iustiniano, *ἐφ' ᾧ σφᾶς περιαθρῆσαι γῆν, ὅποι τὸ φῦλον θήσονται τὰς οἰκήσεις.* ac tum quidem de occupanda Sirmio, amplissima ac celeberrima civitate, cogitasse ex eo apparet, quod in legatione, quam deinde ad Iustinum miserunt, iidem petierunt *ὥστε τὸ Σίρμιόν οἱ ἐνδοθῆναι, καὶ τὰ συνήθη χρήματα, ἃ Κουτρίγουροι καὶ Οὐτρίγουροι πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο βασιλέως, οἷα δὴ αὐτοῦ ἅμφω τῷ φύλῳ τούτῳ κατεχόντος. ibid. p.* 154. certe Iustinus, quoad potuit, obstitit: sed sub Tiberio tandem *τὸ Σίρμιον τὸ ἄστυ ἐν χερσὶν ἐγεγόνει τῶν Οὔννων· προῆλθον αἱ σπονδαί· αἱ δὲ συνθῆκαι ἐπονείδιστοι Ῥωμαίοις.* Menander *ibid. p.* 117. propterea Pisida exclamat *ὅσην δὲ λοιπὸν* etc. Abares enim non contentos Istrum traiecisse, ultra Savum etiam superstructo ponte vagatos esse liquet ex eodem auctore *p.* 128.

38. omnes post Iustinianum imperatores, videlicet Iustinus Tiberius Mauricius Phocas et Heraclius, conati sunt trans Istrum Abares compellere, sed frustra, quod viribus impares essent ad reprimendos barbaros, praesertim cum uno eodemque tempore eis esset dimicandum contra Persas, a quibus vexabantur; unde non semel ad incitas redacti Abarum opem implorare coacti sunt.

41. historici, quos tacitus laudat Pisida, quod ante se de rebus cum barbaris gestis scripserint, certe sunt Dexippus Atheniensis, Eunapius Sardianus, Priscus Penita rhetor, Menander Protector, Procopius Caesariensis, Agathias Murinensis schola-

sticus, Theophylactus Simocatta, aliique, quorum opera aut integra aut mutilata reperiuntur *in corpore Hist. Byzantinae.*

49. Abarum origine et bellorum causa inter barbaros, et Romanos indicata, quae mala Abares ipsi Heraclio imp., qui Phocae successit, comparaverint, enarrare aggreditur.

50. Phocam quocunque contumeliae et probrorum genere affectum passim invenies in scriptoribus Byzantinis. Theophanes *p.* 242 de eius electione sic ait: *ἀναγορεύεται τὸ κακόν, καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορά, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα.* hinc Pisida eum Hydrae comparat. vide *Heracliad. Acroas.* 2 5 *et seqq.*

54. alios post alios dicit, ut puto, esse generatos Abares, ut nunquam defecerit barbarorum natio, sed in Romanorum perniciem semper excreverit. ex ichore autem eos natos dicit, tanquam ut vilissimum genus traducat. *ἰχὼρ* enim quamvis Homero *Iliad.* 5 340 sit sanguis, *οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν*, at medicis est quidam vitiosus humor, et ut plurimum pus et sanies; quod patet ex *Galeni Comment. secundo in lib.* 6 *Epidem. p.* 424, qui Hippocratis cum Platonis sententia circa ichoris malignam qualitatem conciliat. igitur Pisida Abares ex sanie et tabifico quodam humore generatos facit, ut quid pestilens et morbidum eos esse demonstret.

57. nullus ex scriptoribus Byzantinis prodidit memoriae Heraclium saepius contra Abares pugnasse: omnes enim bis tantum eo imperante barbaros urbem Cpolim invadere aggressos esse tradiderunt; de quo gemino bello agit etiam Pisida in hoc poëmate. verum iam antea Heraclium multoties cum barbaris dimicasse eosque fregisse nos hic admonet Pisida.

59. summam rerum confusionem, in qua tunc erat res Romana, breviter describit. hinc enim barbari, inde Persae cladem et exitium Romanis minabantur. tota autem civitas factionum studiis divisa, quae scelerum auctorem et ducem habuerat Phocam, mutuis caedibus et flagitiis vacabat. *οἱ μὲν Πέρσαι*, ait Theophanes *p.* 248, *ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους, ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων.* at Pisida videtur indicare Cpolitanos cum barbaris amicitiae vel consanguinitatis legibus fuisse coniunctos atque permixtos.

61. de factionibus Veneta et Prasina, ad quas hic certe alludit poëta, alibi erit opportunior locus dicendi. vide *Heracliad. Acroas.* 2 34 *et seqq.*

63. cum ex amplissimo suo statu concidisse ac tot externis et intestinis morbis laborare Romanam rem publicam barbari cognovissent, de ea perdenda cogitarunt.

67. vide *supra v.* 16.

68. alludit ad varias diversarum gentium in Europam irruptiones, de quibus vide supra in *Monito*, ubi observatum est omnes barbaros originis Scythicae fuisse. Abares autem Gepidas et Longobardos, qui primi Istrum traiecerant et in Pannonia constiterant, in fugam vertisse et loca ab illis occupata sibi retinuisse, testis est Alexander *de Legat. p.* 114.

69. *τοῦ γέροντος*, videlicet *Scythae.* quippe iam ab anno 13 imperii Valentis Hunnos vel Scythas in Thraciam usque pervasisse dictum est in *Monito*, ac luculenter demonstrat Marcellinus 31 2. infra v. 88 *τοῦ γέροντος ἔγγονον.*

78. sensus opinor hic est. spes nobis inerat Abarum mortem, qui sub Iustiniano imp. nostras regiones occupaverant, nostris malis finem esse allaturam: sed *τὴν γῆν ὑφέλκων ἐξ ἐκείνης εἵλκετο*, qui mortuo successit, mortui naturam induit. immite saevumque parentum ingenium traductum est in filios, qui aeque, ac illi barbari et crudeles detecti sunt. *mali enim corvi*, ut est in proverbio, *malum ovum.*

83. simile illud Horatii *Epist.* 1 10 24: *naturam expellas* etc.

86. cf. Homerus *Iliad.* 2 488.

87. Abarum genus ex adductis causis, quod ex Scythia prosiluerint, *ξενόσπορον τέρας* appellat. fortasse ad formae foeditatem alludit, de qua sic Ammianus Marcellinus *p.* 615: Hunni *spadonibus similes, compactis omnes firmisque membris et opimis cervicibus, prodigiosae formae et pandi, ut bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incompte.* ac de eorum origine idem auctor *p.* 618 sic ait: *nullusque apud eos interrogatus respondere unde oritur potest, alibi conceptus, natusque procul, et longius educatus.*

88. vide v. 69.

89. barbarorum multitudinem et feritatem notat, de quibus consulendi auctores in *Monito* laudati. sed praestat legere Ammianum Marcellinum, qui suam narrationem sic exorditur: *Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota .... omnem modum feritatis excedit.*

93. Franciscus Foris Otrokocsi *c.* 4 *p.* 124 in suis Hunnis commendandis semper diligens et studiosus Athilae convivium, de quo Priscus *in Excerpt. Legat. p.* 67, cum Assueri convivio non dubitat comparare. exinde autem Scytharum temperantiam immodicis effert laudibus. verum meminisse eum oportebat, dici solitum de iis qui intemperantius vino indulgent, *σκυθοπιεῖν.*

94. primam Abarum Heraclio regnante contra Cpolim irruptionem narrare aggreditur. plura de hac re in Chronico Paschali *p.* 389, in Theophane *p.* 252, in Nicephoro *Comp. Hist. p.* 9, ac post eos in Cedreno *p.* 408, et in Baronio ad finem anni

Christi 618. ex omnibus hisce auctoribus satis liquet hoc primum bellum Abaricum, vel potius depraedatoriam incursionem, actam esse, cum adhuc Heraclius in urbe versaretur, ac anno prorsus imperii illius 9 et Christi 619, quamvis Pagius, cum dissidentes inter se cognovisset auctorem chronici Paschalis et Theophanem, in annum 621 id reiiciendum putaverit. sed dubium sustulerunt Petavius in notis ad Nicephorum et Mansius in notis ad Baronium. *φιλόπλουτον χάριν* annua non modo tributa pendere Abaribus non neglexisse Heraclium, sed etiam munera misisse videtur hic adserere Pisida: unde ridendus venit superius memoratus Otrokocsi, qui cum qua ratione ab hac perfidia contra Heraclium suos Hunnos defenderet, non invenisset, ait *p.* 219 *eos ideo motos fuisse, quod viderent se diu quiescentes contemni et posthaberi a Romanis, tributoque ex pactione debito defraudari.* at Pisida contra affirmat nil intentatum reliquisse Heraclium, ut eorum foedifragam naturam emolliret; quod sane mihi est etiam probabilius ad credendum, eo quod ipse imperator de bello contra Persas movendo tantummodo sollicitus esset.

99. Abarum fraus manifesto evincitur. Heraclius enim *σχέσει λογισμῶν* adhibitis primum legationibus, *καὶ δορεῶν ὑποσχέσει*, et deinde promissis donis firmam cum Abaribus pacem inire contendit, atque id non verbis tantum sed etiam scripto sanctum est. hoc enim puto significare ea verba *πειθοῖ τὰ πρῶτα καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα.* vere igitur sibi societate coniunctos eos habere studuit Heraclius. quid quod haec foedera ipso Abarum rege Chagano flagitante icta sunt? rem narrat Nicephorus *p.* 9.

105. cf. Horat. A. Poet. 390.

108. alludit ad iudicem iniquitatis, de quo *Luc.* 18. Anastasius Sinaita *quaest.* 149 diabolum eum esse dicit: deus enim contra iudex iustus, fortis et longanimis etc. ac diabolus quidem apud ss. patres saepe *πονηρὸς* audit.

110. legerem *μελανθίας*, quod nomen deduxit Pisida a planta melanthio sive nigella, de qua Dioscorides 3 93 et Theophrastus 7 9: melanthii quippe semen nigerrimum est.

112. vide Erasmum *Adag. p.* 169: *Aethiopem lavas, et p.* 947: *Aethiops non albescit.*

113. merito fraudulentum et vere diabolicum Abarum ingenium exagitat Pisida: nunquam enim turpius fides violata est. rem pete ex laudato Nicephoro *ibid.;* cui consonant auctor chronici Paschalis, et Theophanes.

121. imperita quaedam manus *δόλος* in *δόλως* convertit in codice, quasi vox *βάρβαρος* sit generis substantivi, quae tamen saepius occurrit pro adiectivo usurpata, ut v. 109.

122. scelera et flagitia, quibus tunc temporis obruebantur Cpolitani, tacitus carpit. porro Cedrenus, quam essent civium omnium perditi mores, satis ostendit narrans *p.* 407 sanctum

quendam monachum, Phoca imperante, a deo quaesisse cur tam impium Christianis imperatorem dedisset, vocemque sibi respondentem audivisse: ὅτι χείρονα τούτου οὐχ εὗρον πρὸς τὴν κακίαν τῶν νῦν κατοικούντων ἐν τῇ πόλει. vide *Heracliad.* 2 83.

125. paucis expeditus a primae Abaricae fraudis narratione ad secundam latius exponendam progreditur. hoc est enim vere bellum Abaricum, de quo agere in hoc poëmatio intelligit poëta.

127. Sergii patriarchae precibus factum est ut deipara virgine intercedente placaretur divina iustitia et Cpolitani de barbaris victoriam referrent. propterea tot laudes hic congestae ad pietatem eiusdem Sergii efferendam, quem Pisida ut belli ducem et heroem salutat.

130. confer hos iambos cum *Hexaëm.* v. 39.

136. saepe in Pisida ὑμῶν pro σοῦ.

139. similia in Hexaëmero de eodem Sergio v. 1881.

143. vide *Hexaëm.* v. 1888.

145. spinarum sordes sunt peccata. alludit ad parabolam de zizaniis *Matth.* 13 40.

147. cf. *Iohan.* 15 6.

149. cf. *Luc.* 13 7.

154. legerem ἤδη vel certe ἤδεις. quae sequuntur, secundum apostolum *Cor.* 1 3 dicta sunt.

167. ἔναυλος certe est *recens,* quasi adhuc insonans auribus. testem habeo Suidam, qui ait οὐ πρὸ πολλοῦ μνημονευόμενον, ἔτι ἐνηχούμενον. idem Suidas hanc explicationem confirmat exemplo Pisidae, quod videsis inter fragmenta v. 87: sed eadem vox in eodem sensu usurpata occurrit, *de Exped.* 2 152.

171. scite orationem καλλιγράφον vocat: ille enim perfectus est orator, qui de quacunque re, quam sibi exornandam sumit, novit dicere ornate et apposite. vide Ciceronem *lib.* 1 *de Invent. et lib.* 1 *de Orator.* ceterum de calligraphis et tachygraphis, a varia scribendi elegantia et peritia sic dictis, a quibus mutuatur Pisida metaphoram, videndus Montfauconius *Palaeogr. Gr. p.* 35. confer *de Exped.* 1 60.

172. quae sequuntur usque ad v. 213, allegorice dicta sunt. barbarorum hostiles conatus sunt turbines et procellae; navis iactata ventis et tempestatibus est Cpolis; nautae sunt cives; navis gubernator est Sergius.

174. ita v. 89 Abarum gentem ἔμψυχον σάλον appellavit.

175. omnes barbari, qui circa Thraciam consederant, simul cum Abaribus conspirantes vires suas contulerunt, ut magis saevam horridamque tempestatem contra urbem principem conflarent. qui fuerint barbari, vide infra v. 137.

176. recte ἐν θέρει. cf. Chron. Paschale *p.* 717 ed. Bonn.

187. S. Basilius *tom.* 2 *p.* 168 peccatorem monet ὡς ἔτι

καιρός, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ἀποθέσθω τῶν φορτίων τὰ πλείονα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων ἃ μὴ δεόντως συνέλεξε.

197. *Βουργάρῳ*] ita in codice, quamvis infra v. 409 *βουλγάροις*. in designandis nominibus barbarorum, qui una cum Abaribus Cpolim invadere aggressi sunt, parum dissentiunt scriptores. Sclavos nominat Chronicon Paschale et Nicephorus, Cedrenus *p.* 415 Sclavinos et Gepidas enumerat, quos a Chosroa contra Heraclium immissos ait.

205. scite, ut duplex periculum demonstret, Scyllam vocat barbaros et Charybdim Persas, qui uno eodemque tempore ac simili prorsus consilio ex diversa parte in perniciem urbis coniuraverant, ut narrat Nicephorus. *ὥσπερ ἀναμερισάμενοι ἑκάτεροι τὸν Θρᾳκικὸν Βόσπορον, Πέρσαι μὲν τοὺς τῆς Ἀσιάτιδος μοίρας καθήρουν, Ἄβαροι δὲ τὸν ἐπὶ Θρᾴκης διέφθειρον χῶρον.* vide *Heracliad.* 2 74.

207. cf. *Petr.* 1 5 8.

209. *Ὀρθία* Lunae vel Dianae Arcadicae cognomen. deiparam virginem intelligit, quam Sergius, ut mox patebit, habuit in bello adiutricem praestantissimam. eam *ἀπλανῆ non erraticam* vel *non fallacem* vocat, ut diabolo *τῷ πλανήτῃ erranti* vel *seductori* opponat. dicit Sergium *ἕλκειν* precibus virginem, ut poëtae quondam dicebant Magos suis incantationibus de caelo evocare Lunam. Virg. Ecl. 8 69.

213. plurimum tribuit Pisida vi orationum Sergii in retundendis barbarorum conatibus. historici saepius laudati unum illud testantur, a virgine deipara urbem fuisse conservatam. at Sergius supplicationes publicas iussit, et primum beatissimae virginis, deinde Iesu Christi servatoris nostri imaginem manu tenens, populo universo comitante, moenia urbis obiit; id confirmant geminae de bello Abarico narrationes, quas hisce adnotationibus subiicere operae pretium duximus *). haec sunt igitur *τὰ θεῖα τεχνάσματα*, quae commendat Pisida. primam sane supplicationem cum virginis deiparae icone factam indigitat, ac propterea nuper dixit *ἕλκων ἀπλανῆ τὴν Ὀρθίαν.*

215. poetae dixerunt gigantes esse filios telluris. Ovid.

---

*) Subiecit Quercius, cum hymno Acathisto, qui post urbem Avarum obsidione liberatam ab ecclesia Graeca coeptus est cani, et lectionem eius quo canitur diei et *διήγησιν ὠφέλιμον ἐκ παλαίας ἱστορίας συλλεγεῖσαν καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσαν τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος, ἡνίκα Πέρσαι καὶ βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλωσαν, οἱ δὲ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες, ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς παρατηρηθεῖσα πρεσβείαις τῆς θεοτόκου ἐτησίως ἐκ τότε ᾄδει εὐχαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα.* sed hymnus et lectio in libris ritualibus Graecorum leguntur; narrationem edidit Combefisius Histor. Monothel. p. 805. cf. Gretser. in Ge. Codinum observat. 3 7.

Fast. 5 35. Pisida confirmat sententiam eorum qui gigantes dictos putant quasi γηγενεῖς; quod etymon adprobat Orpheus his versibus: *οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.* vocem *ψευδοσπόρους filios mendacii* vertimus, eo quod nonnullis gigantes ex daemonum cum mulieribus concubitu fuisse procreatos, sumpto ex sacra historia argumento, placuit adserere. verum si quis malit interpretari *fabulosos* aut *falsae originis*, non me habebit repugnantem.

216. vide supra v. 76.

217. porta Hospitalis, quam nominat Pisida, non recensetur *in Cpoli Christ.* inter urbis portas. verisimile videtur eam exstitisse vel inter vel prope portas, quae Polyandri et S. Romani dictae sunt: nam Chronicon Paschale *p.* 719ima circa ea loca barbaros suas machinas eduxisse narrat. fortasse etiam porta Hospitalis a porta Polyandri nihil differt, quae ab hominum concurrentium multitudine *πολύανδρος* est appellata.

219. *μυριαρχία* est decem millium praefectura. itaque si Pisidam audis, octoginta millium numero barbari adorti sunt Cpolim.

222. *νόθους πύργους* vocat machinas ligneas. Nicephorus *p.* 12: *πύργοι δὲ ἦσαν ξύλινοι καὶ χελῶναι τὰ κατασκευάσματα.*

225. certa tibi spes inest fore ut suo in orbe consistat manens fortuna, ne e nobis terga vertat. vide *de vanit. vitae v.* 13 *et seqq.*

227. de eodem Sergio orante similia *in Hexaëm.* v. 1889.

231. *ὑποψίαν* videtur fere eodem sensu usurpare ac *αὐτοψίαν*, ut *supra* v. 43.

236. confer sequentes versus cum iambis *Hexaëm.* 1902.

243. *πετροπομπούς* funditores, a *πέτρα* et *πέμπω*.

245. exitum auspicatissimum obtinuisse preces Sergii demonstrat poeta v. 366.

246. Heraclium in Perside commorantem et cum Chosroa dimicantem de bello Abarico curam suscepisse, solus prodit Pisida.

250. concordant Theophanes et Nicephorus cum nostro in huiusce belli Abarici epocha designanda. omnes enim id contigisse testantur anno 16 Heraclii. Heraclius autem profectus est in Asiam anno imperii sui 12, mense Martio secundum Theophanem, vel Aprili secundum Chronicon Paschale. at bellum Abaricum mense Iulio tribus post annis actum est: itaque si a profectione Heraclii ex urbe tempus supputes, recte dixisse Pisidam invenies, qui annos tres iam exegisse imperatorem in Perside affirmat.

253. hiemem urentem *ὑπερβολικῶς* dicit, ut ad zonam usque mediam sive torridam, quam ex nimio calore inhabitabi-

lem putarunt veteres, penetrasse Heraclium significet; id quod apertius exprimit *in Heracliad.* 1 156.

255. mater Heraclii, teste Theophane *p.* 250, vocabatur Epiphania. ea Cpoli degebat, cum filius Heraclius primum ex Africa Byzantium venit, ut Phocam tyrannum regno exturbaret. Phoca vero matrem cum Eudocia uxore Heraclii in imperiali monasterio Novae Poenitentiae diligenter adservandas inclusit. nihilominus multis adhuc annis Epiphaniam vixisse nos monet Pisida. similes versus legere est in Heracliad. 1 165 et de Exped. 3 126.

258. plures iam filios ex Eudocia primum ac deinde ex Martina susceperat Heraclius, cum in Orientem profectus est, quos tamen Cpoli remansisse prodit Chronicon Pasch. *p.* 714.

266. de hisce litteris nulla mentio apud ceteros historicos.

273. inter muros urbis fuit qui Murus Novus diceretur. eundem esse ac Theodosiacum, qui a Theodosio iuniore anno 413 exstructus est et postea pluries instauratus, suadet Chronicon Paschale *p.* 717 narrans in adventu Chagani equites peditesque *ἔνδον γενέσθαι τοῦ νέου Θεοδοσιακοῦ τείχους τοῦ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως.* vide plura *in Cpoli Christ. lib.* 1 *p.* 40. sed forsan haec intelligi possunt de muro ab Heraclio ad Blachernas instructo, ut contra barbaros esset templi munimen: nam in eodem Chronico Paschali: *τῷ ιέ ἔτει βασιλείας Ἡρακλείου ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν τῶν βλαχερνῶν. πλέκειν τείχη* esse opinor ita *moenia munire* ut hostilium tormentorum machinarumque ictus retundi possint.

278. Heraclius quamvis a matre et civibus multum sollicite revocatus, ut urbis periculo succurreret, noluit e Perside proficisci, ne Chosroa vires resumeret. idem confirmat Pisida *Heracliad.* 1 165.

280. ex Chronico Paschali colligimus ad urbis defensionem reperta fuisse, cum Chaganus de ea vastanda cogitaret, equitum duodecim millia.

281. *κατ' αὐτῶν* puto dictum pro *κατ' αὐτοῦ*, ut saepe *ὑμᾶς* pro *σέ*, cum Pisida loquitur de Heraclio.

295. consonant haec cum iis quae leguntur in narratione de bello Abarico edita a Combefisio.

298. codex habet *τοσούτων*, sed super *ω* appositum est *ο*.

301. mandata tam studiose perficiebant, ut exsecutio imperatis ad amussim responderet.

308. id praestitit in poematiis *de Exped. Heraclii et in Heracliade.*

313. *ἄρχοντας ὑπηκόους*, Sergio subiectos eiusque parentes dicto, appellat militares duces, propterea quod ipsum Sergium primas inter omnes tenuisse, tanquam verum belli imperatorem, demonstret.

314. *μάγιστρος* idem ac *ἡγεμὼν τῶν τάξεων*. de hac voce et dignitate vide Dufresne *Gloss. Graecit.* magister militum in urbe tunc erat Bonus sive Bonosus, vir patricius et illustris. nimirum Heraclius in Persidem iturus urbem regiam Sergio et Bono commendaverat; testis Theophanes *p.* 254.

315. en ut clarius omnes a Sergii nutu pendentes faciat. neque enim dubito Pisidam, cum dicat *ὑμῖν* et deinceps *σοί*, loqui de Sergio.

321. videtur imitatus illud Sophoclis *in Aiace Flagell.* v. 878: *πόνος πόνῳ πόνον φέρει.*

323. Bonus Magister militum non semel hortatus est Chaganum ut donis et tributis acceptis ab urbe obsidenda desisteret. Chronicon Paschale *p.* 720.

324. qui fuerint legati, quisve legationis exitus, vide Chron. *p.* 721.

329. Chosroa ut Heraclium pluribus bellis distentum facilius frangeret, eo anno suas copias divisit, ac, ut ait Theophanes *p.* 263, *τὸν Σάρβαρον κατὰ ΚΠόλεως ἀπέστειλεν*, qui inita cum Hunnis societate urbem vastaret. hic igitur Sarbarus cum Chrysopolim, hodie *Scutarium*, venisset, nuntios ad Chaganum misit, qui eum de suo adventu certiorem facerent et auxiliares copias ei promitterent.

345. *οἰκέτην* vocat Persarum legatum, ad originem regni Persici animum intendens, ut quam ille esset despiciendus cum Cpolitanis legatis comparatus demonstret.

359. *Θαλάσσης ἡ Θύρα Bospori fauces.* Cpolitani tum sinum Ceratinum tum portum Byzantii catena ferrea occludere solebant, cum necessitas postularet ut hostes illuc ingredi prohiberentur, ut videre est *in Cpoli Christ. lib.* 1 *c.* 6 *et* 7. diligenter id curatum fuisse videtur insinuare Pisida, ut Persarum legati ad Chaganum missi in reditu deprehenderentur; quod obtigit feliciter. proinde ipinor Pisida dicit *τὰς εἰσόδους κλείσασα.* nobis certe non probatur, quod ea de re tradit auctor Chronici Paschalis, qui casu factum putat ut iidem legati redeuntes interciperentur.

361. ne quid desideres quod ad rei perspicuitatem conferat, lege Chron. Paschale *p.* 722.

367. iure deiparam belli dominam appellat, quae omnium scriptorum consensione visa est caelitus adesse, ut litem inter Abares et Cpolitanos dirimeret. plura hic occurrunt quae ad fori rationem et usum dicta sunt, cum iis conferenda quae leguntur in Historia Fori Rom. a Francisco Poleto post Brodaeum confecta *inter Supplem. Thesaur. Antiqq. Ioh. Poleni Vol.* 1 *p.* 328. nimirum Pisida bellum Abaricum scite ut causam considerat. controversia est, cedendane sit urbs Abaribus; locus actionis est ad moenia urbis; advocatus pro Cpolitanis est Sergius, iudex deus,

patronus verbum; quae sententiam a deo scriptam pronuntiat et confirmat, est deipara.

369. ἐντολεὺς ab ἐντέλλομαι, *qui quid factu sit opus decernit.* eius vocis nullum, quod sciam, est exemplum.

370. alludit ad secundam supplicationem, qua indicta Sergius desuper muros urbis servatoris nostri Iesu Christi imaginem circumtulit. vide v. 213.

373. celeberrimam iconem ἀχειροποίητον, Camulianensem a Camulio Cappadociae civitate nuncupatam, indicat poëta, de qua disertissime Gretserus in libro *de Imag. non manufactis c.* 15. confer *de exped. Heracl.* 1 140, et notas Combefisii *ad Narrat. de Bello Abar.*

375. tanta fuit vis obiectae hostibus imaginis, ut statim terga verterent nec auderent resistere, quia eiusdem aspectum nequirent sustinere. hinc lepide poëta Sergium dolo circumvenisse iudicem, scilicet deum, visum iri affirmat. sed qui fuerit dolus quo iudicem corrupit, mox patebit.

384. precibus ieiuniis, et eleemosynis divini iudicis benignitatem consecutus est Sergius. hic ille est dolus quo usus est, quo nos etiam uti in rebus arduis maxime convenit. porro Pisida, quae sit vis paenitentiae et eleemosynae demonstrare intelligit; quasi ea sit certa ratio non modo impetrandi sed extorquendi a deo quae petimus, ac deus ipse in huiusmodi numerum gratiam iudicet. confer *Hexaëm.* v. 419 *et seqq.*, ubi Pisida paenitentiae virtutem similiter exaggerat.

388. πρὸ τῆς δίκης, ut v. 378 ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων.

389. Iulius Pollux 8 25, qui omnia quae ad iudicium pertinent explanat, ita ad rem: *Κριτίας ἀποδικάσαι ἔφη τὴν δίκην τὸ ἀπολῦσαι ἢ νικῶσαν ἀποφῆναι, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀποψηφίσαι.*

392. πυρὸς ἔργον *incendium*, ut *de exped. Heracl.* 2 246 ἔργον τῶν ὀργάνων pro *organis.*

396. πέραν. intellige Orientale littus prope Chalcedonem: ibi enim Sarbarus cum suis Persis adoriendae urbis tempus exspectabat. Pera enim quondam Byzantinis non modo ea pars erat quae etiam hodie id nominis retinet, verum totum late littus vel ad Boream vel ad Orientem positum trans fretum; omniaque ea loca ad quae nonnisi navibus traiicere quis poterat, περατικὰ μέρη vocabantur.

399. ἔρως *conventio, pactum.* Chronicon Paschale rem narrat *p.* 717.

401. Abares et Persas multa sanctorum templa incendisse, cum re desperata ab urbe recedere coacti sunt, refert Chronicon Pasch. *p.* 725. at *narratio* edita a Combefisio cum nostro poëta semper consentiens ipso belli initio, non in fine id evenisse tradit. itaque *inculpabiles lapides* sunt templa igne vastata.

402. Boni patricii consilio factum est ut Persis Sclavis Aba-

ribusque male cesserit sententia, in quam omnes convenerant, ut dato per ignem signo undique omnes irrumperent. testis est Nicephorus patr. *p.* 12; ex quo repetenda quae tacet Pisida in laudando tantum Sergio occupatus. Nicephoro adstipulatur Chronicon Pasch. *p.* 724, ex quo patet Armeniis ignem data opera ad aedem S. Nicolai excitantibus barbaros omnes deceptos fuisse.

405. Abares cum iam propius ad urbem accessissent, ex ea parte ubi celeberrimum deiparae virginis ad Blachernas templum exstructum erat, irrumpere conati sunt. *narratio* a Combefisio edita refert Scythas ad templum, quod *in fonte* vocant, excurrisse. sed templum *in fonte,* cuius nulla mentio in Cpoli Christiana, a Blachernarum templo non fuisse disiunctum colligimus ex Nicephoro Callisto 15 *c.* 25 *et* 26. hic igitur acta est pugna. hic deipara Cpolitanos defendit et barbaros profligavit. omnes plane historici fatentur virginis miraculo urbem fuisse liberatam. at Cedrenus *p.* 416 virginem ipsam vere se conspiciendam hostibus dedisse narrat; quod aut ex Pisida finxit, qui, ut patet, militantem deiparam facit, aut ex Chronico Paschali, in quo *p.* 725 ita legitur: *καὶ τοῦτο ἔλεγεν ὁ ἄθεος Χαγάνος τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφορουῦσαν περιτρέχουσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν.*

407. dolis, periuriis, incendiis.

408. codex habet *ἠξίου.*

409. decem diebus terra marique pugnatum est: dum enim Abares admotis machinis urbem oppugnarent, Sclavi et Bulgari parvis navigiis vecti per sinum Ceratinum in littus descendere urbemque ipsam vastare moliebantur. itaque in duplici bello ac de pluribus una simul coniunctis hostibus deum et deiparam triumphantes demonstrat. qui rem magis ad historicam fidem expensam cupit intelligere, adeat Chronicon Paschale.

411. ex uno trunco erant excavatae barbarorum cymbae, quas merito *trabarias* vocares. Nicephorus patriarcha et Chronicon Paschale *μονόξυλα* eas appellant, Theophanes, qui legerat Pisidam, et Cedrenus, qui Theophanem, *γλυπτὰ σκάφη* nominant. Ammianus Marcellinus 31 3: *transfretabantur in dies et noctes, navibus ratibusque et cavatis arborum alveis agminatim impositi.*

437. hactenus Pisida sibi visus est terrestrem pugnam descripsisse, ex qua idcirco Cpolitanos victores evasisse declarat, quia Sergius sola imaginis *ἀχειροποιήτου* circumgestatione barbaros represserit. itaque primam victoriam deo acceptam refert. hoc sane puto significari per ea verba *τὰ νῶτα τῆς γραφῆς terga* vel *dorsa picturae.* si enim velis Sergium barbaris obiecisse vultus sanctissimi anticam partem, per *τὰ νῶτα dorsum,* videlicet superficiem tabulae ac ipsam plane picturam intelliges: ita enim *τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης* maris superficies explicari solet. si autem

mavis ipsum Sergium ob reverentiam posticam tantum tabulae partem Abaribus opposuisse, quod illi minime digni essent qui sanctam iconem viderent, eadem verba per *terga* vertenda esse concedes. ut autem iste senarius non claudicet, articulus τῆς expungendus. confer v. 378 et seqq.

438. ad alteram pugnam, quae in mari acta est, progreditur, in qua solam virginem pugnasse pro Cpolitanis affirmat. prima igitur victoria a deo, altera a deipara parta est.

440. miratur cur in sinu Ceratino cum suis scaphis se coniecerint barbari. stultum sane consilium, cum prae multitudine lintres lintribus essent impedimento. verum tam exiguis navigiis se alto committere barbaros timuisse, atque ex una eademque parte urbem invadere voluisse credendum est; quod innuit Chronicon Paschale *p.* 720ima.

445. templi in Blachernis locus recte designatur, ut v. 405. confer Cpolim Christianam *lib.* 3 *p.* 83. ea aedes, quae extra urbem erat ad littus maris, post fugatos Abares intra urbem excitato muro inclusa est. Chron. Pasch. *p.* 726.

457. legerem πολεμίζει, ut constet metri ratio.

463. ex repentina tempestate disiectas fuisse barbarorum trabarias consentiunt historici; ac Pisida satis innuit hoc fuisse miraculum, quo virgo deipara Cpolitanorum rebus opitulata est.

466. simili modo ac pene iisdem artibus legatos a Persis ad Chaganum missos evadere studuisse a Cpolitanorum manibus, vidimus ad v. 361 ex Chronico Pasch.

470. naves cum turribus in usu fuisse apud veteres testantur historiae et numismata: sed non huiusmodi erant arte Abarum scaphae.

476. alludit ad minas et convicia superbi Chagani, quae ex Chronico Paschali retulimus ad v. 324.

481. maximam vim calamitatum; δράγμα idem ac πλήθη. in Etymologico δράγμα τῶν κερμάτων.

493. Nicephorus patriarcha *p.* 13, non tempestatis sed incurrentium Cpolitanorum vi barbaros fuisse oppressos narrans, ἐκ τοῦ εὐθέως ait ἔκτεινον, καὶ αἵματι πολλῷ τὸ θαλάσσιον ὕδωρ ἐφοίνισσετο.

496. αὐτὴν opinor θαλάτταν.

497. cf. *Exod.* 14 31.

502. tympana et cymbalos, quibus utebantur barbari, tanquam profana instrumenta deoque laudando minus convenientia excludit Pisida, ac sensuum pentachordon, videlicet animi puriores affectus, tantummodo admittit. confer *de exped. Heracl.* 2 246 *et seqq.*

511. νοητὴν πύλην vocat intellectum, quia Plato in Timaeo *p.* 45 caput vel cerebrum τὴν τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν sapienter adfirmat.

518. cf. 1 Cor. 6 15.

522. vide *Hexaëm.* 4 401 et 500.

525. angelos, qui stent pro Heraclio contra Chosroam, ut quondam a deo steterunt duce Michaële archangelo contra Luciferum. angeli enim, ut ait David *Psal.* 102 20, *potentes virtute, facientes verbum illius.*

527. per haec duo flumina Persas et Abares, qui tunc erant hostes Heraclii, designat: nam ad Istrum ut plurimum acta sunt bella contra Abares, et Chosroam trans Tigrim fugere coëgit Heraclius. vide Theophanem *p.* 269.

528. vide *Exod.* 7 20.

531. vide supra v. 12. patet autem Pisidam illud Pauli Sergio convenienter accommodare, *Cor.* 1 3 6: *ego plantavi, Apollo rigavit, deus autem incrementum dedit.*

537. quem hic Pisida allegorice filium Sergii appellat, esse filium Heraclii non dubito. is fuit ille Flavius Constantinus, qui *Novus Constantinus* dictus est et in numis *Heraclius Constantinus* nuncupatus invenitur. circa annum 630 Gregoriam Nicetae patricii filiam, iam a teneris unguiculis sibi desponsatam, in uxorem duxit. rem tradit Nicephorus patr. *p.* 15. itaque opinor Pisidam idcirco ita Constantinum hic alloqui, ut fausta omnia augustis sponsis adprecaretur, quos tamen matrimonio coniunctos non fuisse legimus in eodem Nicephoro, nisi postquam Heraclius, exstincto iam Chosroa et pace cum eius filio Siroa facta, e Perside victor triumphansque remigravit.

DE HERACLIADE

MONITUM.

Heracliados inscriptio, quam huic poëmatio, duabus tantum acroasibus comprehenso, posuit Pisida, quid magnum plane videtur prima fronte polliceri. Iliadem enim et Odysseam, Aeneidem et Thebaidem, aliaque huiusmodi cum Graecorum tum Latinorum poëmata longo deducta filo, facile sibi quisque in mentem revocabit. sed vereor ne qui tituli amplitudine captus quid simile a Pisida exspectat, a spe dicidat sua, cum neque scriptionis genus neque poëseos maiestatem neque rerum, quae narrantur, gravitatem conceptae statim opinioni satis et ex aequo respondere invenerit. at Pisida quidem, ni fallor, ea de causa tam speciosum titulum suis hisce acroasibus inscripsit, vel quia de Chosroae excidio, quod eorum omnium quae ab Heraclio gesta sunt fuit opus maximum, agere potissimum volebat, quod sane ex eiusdem tituli explicatione, *εἰς τὴν τελείαν πτῶσιν Χοσρόου*, fit manifestum; vel quia Heraclii imperatoris res singulas, quas postquam regno potitus est praeclare gessit, attingere ac delibare

constituerat, ut ex secunda acroasi patet clarissime: ita ut sive finem operis spectes sive mentem scribentis, praesens poëmation, in quo Heraclii vita *συνοπτικῶς* continetur, qualecunque illud tandem sit, non immerito *Heracliados* titulo praefulgeat insignitum. ceterum ne satis quidem distincte et enucleate, quae ad cladem ipsam necemque Chosroae spectant, nobis enarrat poëta, quamvis non alio forsan modo haec ipsa pertractare ei integrum fuit. non enim ille secundae ut primae expeditionis ab Heraclio assumptus comes est, nec satis patiens morae fuit, ut reditum imperatoris exspectaret, a quo ut actae res essent facile potuisset addiscere; sed ut primum nuntium de Chosroae morte Cpolim adlatum est, statim ingenti laetitia perfusus et poëtico furore abreptus hos iambos, ut videtur, fudit, fortasse etiam ad Heraclium misit, ut ei qua poterat ratione obviam iret, et pro re tam magna et tam feliciter gesta non ultimus civium gratularetur. quod quidem ex iis quae leguntur in fine primae acroaseos colligere mihi videor posse: ibi enim dubius et haerens quid primum, quid deinde diceret, rerum numero et pondere obrutus et pressus a praeliis describendis sibi in praesentia abstinendum esse decernit, usquedum imperator Byzantium reversus rem omnem ordine, ut factum esset, aperiret, et impedimentis ad loquendum summotis animos civium ad scribendum excitaret, v. 238. atque inde etiam, quantum coniectura consequi possum, Pisida de hoc argumento plenius et melius pertractando iam tunc videtur, cum haec scriberet, cogitasse. at si cogitavit, in aliud commodius tempus rem certe distulit. praestiterit autem necne quod in animo ei sedisse coniicio, non ausim adfirmare; quamvis praestitisse arbitror, et quia plura sunt fragmenta, quae huic argumento quidem conveniunt, sed quae ad hoc poëmation referre satis commode non possis. cuius rei eorum esto iudicium, quos Pisidae fragmenta ad calcem operis in unum a nobis comportata conferre et expendere non pigebit. certum igitur, firmumque sit epinicion potius quam poëma hisce duabus acroasibus contineri. res et tempus nobiscum faciunt. nam praeterquam quod ita exorditur Pisida ut hymnum existimes canere, leviter admodum ea quae ad expeditionis ductum et exitum spectant tangit et in transitu, totum autem se in Heraclii pietate commendanda effundit; ac dum in eo esse credis ut aliquid de re proposita dicat, quasi absterritus videtur resilire, et in iis quae ante susceptam expeditionem gloriose fecerat imperator enarrandis pervagari. ipse autem testis est disertus, dicens *Acroas.* 1 240:

ὅμως ἁπλώσας ῥιψοκινδύνῳ θράσει
τὸν νοῦν, ἐπ' αὐτῶν νήχομαι τῶν πραγμάτων.

ita autem id factum est, quia huic operi manum nimis sollicitus admovit, scilicet, ut mea fert opinio, paullo post quam *ἀνεγνώσθησαν* (utar enim verbis Chronici Paschalis *p.* 727) *ἀποκρίσεις*

ἐπ' ἄμβωνος ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, σταλεῖσαι ἐκ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν ὑπὸ Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, δηλοῦσαι τὴν πτῶσιν τοῦ Χοσρόου καὶ τὴν ἀναγόρευσιν Σειροίου τοῦ Περσῶν βασιλέως. Heraclii litteras exhibet ibidem auctor Chronici, quibus nil plane quadrat aptius aut melius cohaeret, quam primae acroaseos initium et finis, itemque secundae conclusio. diceres Pisidam totius civitatis nomine Heraclio respondisse. itaque, si me audis, haec scripsit Pisida anno a Christo nato 628 exeunte, qui in 18 regni Heraclii recidit: eo namque tempore de Chosroa ab eodem Heraclio primum subacto et deinde a filio Sirŏa interfecto Cpolitani cives certiores facti sunt. utinam quae Pisida tam rapido, tam stricto stilo scripsit, saltem dilucidius et planius explicasset: fatear enim, quod nisi Theophanes ubique facem praetulisset, multis in locis haesisset aqua, quod aiunt; quippe tortuosa et implicata allegoriis occurrunt multa, quorum sensum statim assequi facile non esse legentibus patebit.

IN HERACLIADEM ADNOTATIONES.

Acroas. 1 v. 1. Ad calcem Chronici Paschalis *p.* 398 727 15 ed. Bonn. exstant litterae ab Heraclio ad Cpolitanos post devictum Chosroam missae, in quibus imperator, quod deo favente contigerat, narrat, civesque hortatur ut pro tam prospero expeditionis ab se susceptae eventu totos se in dei laudes effundant. eae litterae cum Pisidae senariis conferantur.

2. Pisidae *ἀστροδούλους* hic vocanti Persas plauderet libentissime Thomas Hyde, qui in libro *de relig. vet. Pers.* nec *ἀστρολάτρας*, neque *πυρσολάτρας*, sed *ἀστροδούλους* et *πυρσοδούλους* appellandos esse contendit: ab omni enim idololatriae suspicione eos liberare satagens, *δουλίας*, non *λατρίας*, *venerationis*, non *adorationis* specie cultum tantummodo civilem astris eos olim praestitisse et nunc quoque praestare decernit: in quam sententiam iverunt etiam Prideaux *Hist. Iud. tom.* 1 *p.* 215 et Beausobrius *Hist. Manich. tom.* 1 *p.* 173. verum qui Chosroam *ἀστρόδουλον* hic appellat, mox v. 14 *πυρσολάτρην* vocabit. ergone sibi non constat Pisida? minime vero; sed fatendum eum *δουλίαν* a *λατρείᾳ* non distinguere, ac eodem plane sensu *ἀστρόδουλον* et *ἀστρολάτρην* accepisse, ut qui de Persarum superstitione circa astra et ignem neutiquam dubitaret; quod ex iis quae proxime sequuntur abunde patet.

3. Magorum deridet insaniam, quorum vaticiniis plurimum Chosroes fidebat. vide v. 54 *et seqq.*

4. sol, luna, ignis Persarum fuerunt numina, de quibus saepe in acroasibus *de Exped.* dictum est. simile illud Virgilii

Aeneid. 2 430 de Pantheo Othryade, quem *nec pietas nec Apollinis infula texit.*

6. citantur hi tres senarii a Suida in v. ἔγγυον. Aemilius Portus legerat in secundo *Χοσρόου λέγοντος* pro *λήγοντος*, ac proinde verterat *annuente* pro *deficiente.* consule quae in fine secundae et in principio tertiae acroaseos *de Exped.* adnotavimus, ut intelligas cur hic poëta lunam hortetur ut mortuo Chosroa in suo plenilunio clarissime resplendeat.

8. *θεουργεῖν τὴν κτίσιν, honorem deo debitum rebus creatis tribuere;* quod qui faciunt, veri sunt idololatrae ut Persae, qui bona pace Thomae Hydii et eorum qui cum Hydio sentiunt, erant revera ἀστρολάτραι et πυρσολάτραι.

10. *φόνους*, puto hic esse equorum sacrificia, quos Persae soli immolabant. vide *de Exped.* 1 24 *et seqq.* ibi enim poëta Persarum stultitiam salse irridet. hic autem solem monet ut a sanguine victimarum se abluens omnibus testatum faciat, se respuere sacrificia nonnisi deo offerenda.

14. scite ex Persarum doctrina. duo enim erant apud Persas summa numina Oromazdes et Arimanius, sibi invicem contraria, quorum unum erat bonorum, alterum malorum fons et origo: ut enim Oromazdes lucis, ita Arimanius auctor fuerat tenebrarum. hinc tantus honor soli luci et igni habitus est a Persis, ut ubivis locorum essent excitata templa, quae *πυρεῖα* vel *πυραιθεῖα* vocabantur. intus enim ignis super aras positus religiosissime colebatur, qui ne unquam extingueretur, maxima erat Magorum cura. praestat legere Bruckeri *Hist. crit. Philos. tom.* 1 *lib.* 2, quo nemo melius Persarum systema explicavit. itaque Pisida ex Persarum placitis dicit Chosroam a luce, quam adorabat, in tenebras, id est in potestatem diaboli, cecidisse: si enim ulla fides Arabibus scriptoribus, Abulfedae testimonio apud Pocockium *Spec. hist. Arab. p.* 146 lux est Persis idem ac deus bonus, et tenebrae diabolus. at Pisida forsan hic carcerem etiam designat, in quem Chosroes Siroae filii iussu coniectus est, quae vocabatur *ὁ οἶκος τοῦ σκότου*, ut narrat Theophanes *p.* 271, qui, ut alibi monuimus, minime consentit cum nostro iambographo.

15. Persidem, in qua erant ubique altaria in honorem ignis exstructa, fornaci, in quam Daniel est iniectus, non illepide adsimilat, ut Danielem alterum fuisse demonstret Heraclium.

16. Daniel. *c.* 3 50.

17. *ibid.* 48.

20. Persas aequat Chaldaeis, qui a leonibus, quibus obiectus Daniel illaesus evaserat, tanquam *αἴτιοι τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ* devorati sunt.

22. Chosroam, quem nuper Nabuchodonosori ob morum feritatem comparavit, nunc ob mentis superbiam, et insaniam

Nembrodo tacitus adsimilat, qui turrim Babel exaedificare instituit, ut a dei potestate se liberaret; unde ex quorundam opinione idololatriae monstrum ortum habuit. Pisida, ut videtur, Iosephum secutus est, qui *Antiq. Iud.* 1 4 ait Nembrodum contra deum tyrannidem affectasse, hominesque eo contumeliae in deum, et despicientiae adduxisse, ut eis persuaserit ne deo concederent, eique acceptam referrent suam felicitatem. forsan etiam Nembrodo Chosroes confertur, quia ex Hebraeorum sententia immanis ille vir primus cultum ignis in Chaldaeam intulit.

23. Heraclius Chosroam fugientem secutus, quaecunque templa igni dicata in Perside invenit, solo aequavit, ut copiose narrat Theophanes a *p.* 257 ad 275. at Pisida, ut puto, innuit hic palatium, quod Chosroes habuit Gazaci, et a quo primum secedere coactus est. haec enim fuit prima et multum spectabilis Heraclii victoria, qua fugatis hostibus, ut idem Theophanes testatur *p.* 258, Gazacum Orientis civitatem occupavit, *ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ πυρὸς καὶ τὰ χρήματα Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων.* cur autem Pisida dicat de Chosroa *καὶ θεὸς φαντάζεται*, accipe a Cedreno, qui ex Theophane aliisque scriptoribus Byzantinis suam concinnavit historiam. is autem *p.* 412 iisdem plane verbis, quibus Theophanem usum esse nuper vidimus, ab Heraclio captam Gazacum ait, et deinde subiungit: *καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ εὗρε τὸ μυσαρὸν εἴδωλον τοῦ Χοσρόου, τό τε ἐκτύπωμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ παλατίου σφαιροειδεῖ στέγῃ ὡς ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ περὶ τοῦτο ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, οἷς ὁ δεισιδαίμων ὡς θεοῖς ἐλάτρευε, καὶ ἀγγέλους αὐτῷ σκηπτοφόρους περιέστησεν· ἐκεῖθέν τε σταγόνας στάζειν ὡς ὑετούς, καὶ ἤχους ὡς βροντὰς ἐξηχεῖσθαι ὁ θεομάχος ταῖς μηχαναῖς ἐπετεχνάσατο.* celeberrimum hoc fuit Chosroae palatium ab Heraclio destructum, de quo Iohannes Tzetza *Chiliad.* 3 *hist.* 66 ait mentionem fecisse in quodam suo poëmatio *de Templo,* atque ex eo septem illos senarios profert, quos Allatius temere attribuit Pisidae: satis enim aperte ibi Tzetza de se loquitur. quos quidem iambos, ut coniicio, Tzetza composuit in laudem piae cuiusdam imperatricis, quae magnificum templum artificioso fornice ornatum exstruxerit; ac proinde Archimedem inducit mulieris ingenio vinci se clamantem. in primo enim Tzetzae senario, quod obiter dicam, illud *πρὸς αὐτὸν* ad *ναὸν templum* referendum est, et *ἐπιτίθεται* vel aliud eiusdem significationis verbum subaudiendum est.

25. ut enim idem Cedrenus ibidem ait, *ταῦτα γοῦν πυρὶ ἀνάλωσε, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν κατέκαυσε καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν.*

26. rursus Chosroam comparat Xerxi, de quo plura a nobis dicta *de Exped.* 2 308 *et seqq.*

28. confer ibidem v. 316. quod Pisida dicit, Chosroam *πετρῶσαι τὸν βυθόν*, ad bellum Abaricum est referendum, de quo

vide in poëmat. huius argumenti v. 490. nullum enim aliud fuit bellum navale inter Heraclium et Chosroam praeter id quod prope moenia urbis Cpoleos actum est. cum autem dicat *γῆν κυματῶσαι τοῖς λύθροις*, id intelligendum de caedibus immanissimis Christianorum, quas in tota Syria et Perside Chosroes patravit. vide *de Exped.* 2 108.

30. clarius quam supra Chosroam aequat Nembrodo, cuius vim nominis eam esse dicunt ut idololatram tyrannum et gigantem significet. Pisida manifeste versionem 70 secutus de Chosroa dicit *γιγαντιᾶν*. ubi enim Vulgata *Gen.* 10 8 legit *ipse Nimrod coepit esse potens in terra*, septuaginta interpretes habent *οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς*. hic senarius citatur a Suida in v. *Γιγαντιᾷ*.

31. recte Baltasarem regem Babylonis *πρὸ πάντων* verius et melius quam ceteros tyrannos terrae imitatum esse dicit Chosroam: ut enim ille vasa de templo Hierusalem a Nabuchodonosore asportata inter convivandum contaminare non erubuit, ita Chosroes lignum s. crucis, quod ab eodem templo abripuit et secum cum infinito captivorum numero abduxit, profanavit.

32. *τὰ θεῖα* quid intelligat, vide *de Exped.* 2 107 *et seqq.*

33. *Daniel.* 5 5.

35. Suidas habet hunc iambum in v. *ψῆφος*. similis autem huic est 385 *de Bell. Abar.*

36. varia suppliciorum genera, quibus Chosroes in Romanos saeviit, enumerans, ipsum quidem tyrannum, Christianos autem martyres fuisse designat.

38. hunc et prope sequentem senarium confer cum v. 487 *et seqq. de Bell. Abar.*

40. cum enim Siroes Chosroa extincto pacem cum Heraclio composuisset, *πάντας*, ut habet Theophanes *p.* 272, *τοὺς ἐν φρουραῖς Χριστιανοὺς καὶ τοὺς ἐν Περσίδι πάσῃ αἰχμαλώτους παρέδωκεν αὐτῷ, σὺν τῷ πατριάρχῃ Ζαχαρίᾳ, σὺν τοῖς τιμίοις καὶ ζωοποιοῖς ξύλοις τοῖς ἐξ Ἱερουσαλὴμ ληφθεῖσι.*

41. de variis tormentorum generibus, quae Pisida poëtice describit, consulendus Gallonius *de ss. martyrum cruciat. p.* 16: ut martyres enim Romanos a Persis laqueo suspensos et necatos videtur repraesentare idem poëta, qui procul dubio S. Anastasium Persam eiusque septuaginta socios martyres ob oculos habuit, dum haec scribebat.

42. hanc poenam quondam a dominis infligi consuevisse servis, testis est Aristophanes *Batr.* 633. ibi enim varias tormentorum species eleganter enumerat. at Pisida una cum aceto fuliginem per nares ingestam a Persis tradit, ut in Christianos magis saevitum esse ostendat quam fieri soleret in servos.

45. rotis, equuleo, trocheis aliisque instrumentis marty-

rum corpora torquebantur, extendebantur discerpebanturque. vide Gallonium *p.* 33.

46. citat hunc versum cum superiore Suidas in v. ἄχειρος, monetque poëtam de Chosroae crudelitate agere. nulla autem occurrit varietas, nisi quod in Suida venit legendus primus, qui in Pisida est secundus. perperam Kusterus pro οὔ βαρεῖ reponendum putavit σοβαρεύει, repugnante prorsus metro et sensu. nec magis probaverim, quod eidem Kustero placuisset, ut in versu superiori pro ἑκάστῳ contra codicum fidem legamus ἑκάστων.

51. σκάμματα sunt *limites* ac *termini* stadii fossis vallisque terrae designati, intra quos cursus fiebant in Circo; unde illud adagium ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδᾶν. maluimus aliorum exemplo Graecam vocem retinere quam alia uti, quae vocabuli vim non exprimeret. Pisida, ut videtur, in amplissimo theatro mundi certantes inducit Heraclium et Chosroam, coelum terramque spectatores facit, iudicem et arbitrum deum constituit, cuius benignitate et favore factum est ut nimia temeritate procurrens et terminos transgredi contendens Chosroes in σκάμματα, in *fossas*, praeceps corruerit, et ceteri omnes salutis, et victoriae coronam sint adepti. hunc esse sensum allegoricum nobis propositum, praeter ea quae sequuntur, facit ut credamus verbum κροτεῖν, quod usurpatum semper invenitur ad plausus exprimendos, quibus victores athletae a spectatoribus excipiebantur. si autem allegoriam dimittas, dei scammata erant divina consilia et iudicia, seu fines ab eo constituti ratione plane diversa ac insanus Chosroes secum reputaverat: consilium enim fuit Chosroae ut omnes Romani perirent, consilium autem dei fuit ut unus periret Chosroes et omnes servarentur Romani, ἑνὸς πεσόντος καὶ σεσωσμένων ὅλων.

54. ludit in voce πλανήτας, quae a πλανάω, *erro* et *in errorem induco;* unde scite dicit Chosroam, qui tantum in astris fideret ut ea pro diis haberet, nunc demum sentire non a septem modo planetis, quos esse sidera erratica vaga et palantia noverant veteres astronomi, sed etiam ab aliis omnibus stellis, quas fixas vocare solent, se fuisse deceptum. sic etiam salse irridet Persarum religionem et scientiam, quae potissimum in vana planetarum observatione versari solebat, cum ab eorum influxu omnia pendere arbitrarentur.

60. ἀεισφαλεῖς Magos appellat eo quod semper, ac praecipue Heraclii temporibus, astrologia iudiciaria et ἀποτελεσματικὴ facultas tanto in honore apud eos esset, ut cum omnia ex magicae disciplinae arcanis petenda consilia essent, et nihil faustum esse posse existimaretur quod ab eis non fuisset definitum, quidquid agendum esset, per divinationes et somniorum interpreta-

tiones expendi et iuxta varias planetarum species conversionesque et potestates explorari antea oporteret.

61. quid sint σκάμματα, dictum supra v. 51. at hic Pisidam puto vocare *scammata* ex astrorum observatione petitas a Magis *definitiones*, quibus illi vanissimi aeruscatores, quales qualive fato futuri essent homines, qui sub cuiuscunque sideris forma et positione nati essent, devinabant. ὄργια autem huiusmodi nugas et deliramenta appellat, tum ut eas aeque impias et insanas esse demonstret ac Graecorum orgia, quibus olim Baccho sacra fiebant, tum ut Magorum stultitiam vexet, qui ut popello id praestigiarum facilius venditarent, in templa et pyrea coibant, ut de vaticiniis, quae orgiis quid simile, si rerum vanitatem spectes, merito dixeris, inter se colloquerentur et deliberarent. itaque Pisida per has verborum ambages, opinor, exprimit Persarum levitatem, qui horoscopus et genituras, ceteroquin res vanissimas, ut quid sacrum tractarent. qui plura velit, quae ad rem faciant, περὶ γενεθλιακῆς adeat Lucianum *de Astrolog.* qui hanc plane ridiculam scientiam defendit, et Gellium 14 1, quo nemo melius inter veteres subtilissimae artis fundamenta convellit.

62. Magorum inscitiam, et vanitatem evincit exemplo Chosroae, quem diu victurum ex horoscopo praedixerant, usquedum ipse ab urbe Ctesiphonte invisenda abstineret, eum interfectum iri a filio Siroa penitus ignorantes, quamvis eos ut genus quoddam fatidicum et divinum laudet Lucianus in *Macrobiis*. horum de morte Chosroae vaticinium habes in Theophane *p.* 269. ceterum nil mirum, si omnium rerum humanarum tempus rationem et causam Magi in coelo, et ex stellis requirebant, cum aetatis vitio tum multi etiam alibi circumferrentur homines fatidici, qui regibus vitae momenta singula explanare, et quo quisque genere mortis et ictu temporis esset interiturus, se posse praedicere profiterentur; cuius rei testes sunt tot oraculorum et visionum libri a Christianis auctoribus memorati, de quibus videndus Fabricius *Bibl. Graec. vol.* 6 *p.* 363, qui, ut solet, pererudite disserens utrum Leoni Sapienti necne recte tribuantur oracula quae sub eius nomine circumferuntur, plurima huiusmodi scripta recenset. Leo etiam Allatius *Diatrib. de Georgiis p.* 351 obiter nonnullos vaticiniorum libros memorat, ex quibus etiam apparet exstitisse olim quaedam oracula Chosroae Persarum regis nomine inscripta, quorum, ni fallor, specimen est id quod de vaticiniis Chosroae tradit Theophyl. Simocatta *p.* 138.

63. Theophanes *p.* 271 narrat Siroam suadente Heraclio in Chosroam parricidam arma movisse, ipsumque catenis onustum in carcerem detrusisse; ibi autem satrapas constituisse, qui eum pane et aqua parce sustentatum iniuriis lacesserent et con-

spurcarent sputis; Merdasam eius filium, quem Chosroes pro Siroa in regem coronari voluerat, interfici iussisse, omnesque reliquos eius liberos e medio tolli mandasse. *ἐν πέντε δὲ ἡμέραις τοῦτο ποιήσαντες, ἐκέλευσεν ὁ Σιρόης τοῦτον τόξοις ἀνελεῖν, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν ἐν δείνοις παρέδωκε τὴν πονηρὰν αὐτοῦ ψυχήν.*

65. Homerum monet ne Herculem ob praeclara gesta inter deos recenseat, ne ridiculus audiat, et *ἀποθεώσεις* quas narrat vilescant. ac ni fallor respicit ad locum Odysseae, in quo Ulyssem ait invenisse apud inferos Herculis idolum, 11 600. ceterum de more ludens poëta in vocibus, ob similitudinem nominis Heraclii cum Hercule, imperatoris gesta longe praeferenda et immortalitate valde digniora esse quam Herculis certamina contendit.

67. prae ceteris poëtis, qui Herculis labores describunt, consulendus Lucretius *lib.* 5 *in princ.* cui deus ille est, qui, qua ratione animus purgari possit a vitiis, non quomodo terra a monstris liberari, docuerit.

68. aprum in monte Erymantho Arcadiae natum, qui Phocidis agrum vastabat, vinctum ad Eurystheum deduxit Hercules, et Leonem Nemaeum omnium armenta inter Phliuntem et Cleonos dilaniantem nudis manibus apprehensum suffocavit.

70. Heraclium Herculi praelaturus, quae de Hercule narrantur, eiusque *κοσμορύστου* titulum, imperatori melius convenire ostendit, Persas eorumque regem Chosroam monstris toto orbi terrarum infensissimis per allegoriam comparans.

71. Persidem cum inferis confert, ad quos Hercules descendisse fertur.

72. Cerberum canem ab inferis abactum per Troezenem ad Eurystheum usque perduxit Hercules.

73. de Alcestidis pietate, quae loco sui vivi Admeti mori elegit et ab Hercule in vitam est revocata et Admeto restituta, praeter Euripidem Palaephatus *de incred. hist. c.* 41.

74. draconem pervigilem centum attollentem capita, ut aurea Hesperidum Nympharum poma custodiret, Hercules interemit.

75. idem Lernam [?], monstrum horrendum, cui plura erant colla, quae exsecta renascebantur, ferro et igne penitus confecit.

76. idem Augiae stabulum pene immensum et fimo refertissimum uno die purgavit.

77. vide *supra* v. 68.

78. hosce duos senarios paullum immutatos habes in *Poëm. de Resurrect.* v. 106 et 107. *προέρχεσθαι τῷ πράγματι*, ni fallor, est *summum opus aggredi* vel summam operis implere. itaque poëta dicit Herculem opus consummasse, cum aurea poma

vel pecudes (per τὰ μῆλα enim utrumque recte potest intelligi) ab hortis Hesperidum abstulit, Heraclium autem opus ipsum confecisse, cum totius Persidis civitates devicit. at in *Poëm. cit.* Constantinum Heraclii filium summam laudem assecutum esse dicit, quod sapientium scripta, aurea vere mala, degustavit: λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τοὺς σόφους λόγους.

80. Vossius *de orig. idol. lib.* 2 *c.* 15 Hesperidum fabulam recte videtur interpretatus: ait enim Herculem esse solem, hortos cum aureis pomis esse coelum cum stellis, Hesperidas autem esse noctem, ita ἀπὸ τῆς ἑσπέρας nuncupatas; ac proinde fabulae eum esse sensum, ut intelligatur sole exoriente fugari stellas et pelli noctem. porro Pisida huic interpretationi favet, qui Heraclii luce pulsas esse tenebras noctis, id est Persidis, hic ait, et alibi Heraclium solem disertissime appellat. *de Exped.* 3 9.

84. de more ὑπερβολικῶς Heraclium comparat patriarchae Noë, qui ex unanimi patrum sententia fuit typus Christi.

89. *Gen.* 7 12.

91. 70 interpretes *Gen.* 8 11 habent φύλλον ἐλαίας: at Pisida dicens ἐλαίας κλάδον vulgatam versionem nobis commendat, in qua legimus *venit columba portans* ramum olivae *virentibus foliis in ore suo:* nam κλάδος est ramus tener et virens. ceterum cum ἀλληγορικῶς loquatur poëta, patet per ramum olivae tabulam forsan oleaginam, Christi imaginem ἀχειροποίητον referentem, intelligere, qua munitus Heraclius in Chosroam movit. proinde vero ramum ἠλεημένην vel potius, si placet, ἠλεημένον ipsam effigiem Iesu Christi vocat, per quam scilicet *misericordiam* Romani *sunt consecuti:* omnes enim spes suas in ea collocaverat imperator, eique partam victoriam ex barbaris retulit acceptam. vide *de Exped.* 1 139 et 2 86.

93. ostendit dignum fuisse Heraclium qui a solo Apelle Coo pingeretur et a solo Demosthene oratorum maximo celebraretur; quibus verbis tacitus Alexandri Magni decretum nobis in mentem revocat, de quo Horatius epist. 2 1 239.

97. legem, de qua tam copiose agit noster, fuisse censeo civitatis Cpolitanae solemne decretum, quo sancitum, ut videtur, fuit, ut Heraclius imp. in debellandis Persis adhuc occupatus, bellico ornatu insignitus aliqua in parte urbis pingeretur, et inscriptionis loco elogium scriberetur, in quo praeter titulos imperatoribus dari solitos *novus Scipio* vocaretur, omnesque ex Heraclii gente *Scipiadae* dicerentur. idcirco, ni fallor, paullo ante Apellem et Demosthenem, ut in vivis essent, desiderabat, scilicet ut alter coloribus et alter verbis digne, atque ut tanti principis dignitas et virtus videbatur exposcere, exprimerent imaginem. quo tamen in loco urbis exstiterit haec pictura non constat: primus enim ex scriptoribus Byzantinis hoc narrat Pisida, neque inter epigrammata et monumenta urbis Cpolitanae a poëtis olim

conscripta et a Bandurio diligenter collecta (*Imp. Orient. tom.* 1 *lib.* 7 *p.* 135) ulla invenitur inscriptio in laudem Heraclii facta. anonymus plane scriptor apud eundem Bandurium *tom.* 1 *lib.* 2 *p.* 29, antiquitates Cpoleos singulatim describens, refert prope Basilicam fuisse monumentum Heraclio dicatum, *Examum* dictum, quod Petrus Gyllius *Typogr. Cpol. lib.* 2 *c.* 19 *Exammon* appellat. anonymi verba haec sunt: *εἰς δὲ τὸν τῆς Βασιλικῆς χρυσόφορον ὀπίσω τοῦ μιλίου ἦν ἀνδροείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον, ἔνθα ἦν τὸ Ἔξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως.* sed cum quid sub hac voce *Examum* lateat nemo dixerit, nihil definio. verumtamen non semel tantum cives in grati animi testimonium huiusmodi publicos honores Heraclio decrevisse, non est dubitandum, ac noster quidem Georgius testis est alia vice curatum fuisse a Cpolitanis ut imperator pingeretur. *Acroas. seq.* v. 64.

98. cur Scipionis cognomen potius quam quodvis aliud cives Heraclio eiusque liberis attribuerint, ut ex hoc senario, quod continet decretum, apparet, eam puto esse causam, quod merito apud veteres magno in honore esset Scipionum nomen: nulla enim gens tot claris viris illustris neque tot rebus praeclare gestis adeo insignis ut Scipiadum gens fuit, unde *fortes* et *duri bello* et *fulmina belli* passim ab antiquis scriptoribus appellati. atque haec ita esse accipienda, facit etiam auctoritas Theophylacti Simocattae 1 14, qui Philippicum Mauricii sororium et militum ducem strenuissimum Scipioni pariter fuisse comparatum refert. unde apparet, id quod hominum opinione de Philippico ferebatur, postea fuisse lege sancitum de Heraclio.

100. saepe Heraclium Pisida appellat *despotam,* quem honoris titulum amplissimum fuisse observavit Du-Cangius *Diss. de infer. aevi Num. p.* 35. sed cum ille appellationis huius antiquitatem videatur repetere ex nummo Fl. Nicephori, qui circa a. Christi 800 regnavit, videlicet annis 200 plus minus post Heraclium, animadvertendum fuit iamdiu apud Byzantinos invaluisse ut imperatores *despotae* vocarentur. neque illud plane constat, quod idem Du-Cangius adnotat, despotam minoris dignitatis titulum fuisse quam imperatorem. certe Pisida passim Heraclium *despotam* salutat, ac si quid video, non alia inter imperatoris et despotae appellationem differentia intercessit, quam ut ille regiam dignitatem, altera potestatem in subiectos populos indicaret. ita noster *de Exped.* 2 99 Heraclium inducit ita de deo loquentem: *οὗτος δὲ κοινὸς βασιλεὺς καὶ δεσπότης.* aperte autem hic vim vocis *δεσπότης* declarat, cum *ἐμφατικῶς* dicit nunc tantum licere servis legem ferre in despotas; quibus verbis propriam relationem adnotat, quam habet princeps, ut dominus vel despota, ad servos.

101. utrum Heraclius decretum confirmaverit, non liquet. *τύποι* dicebantur principum constitutiones et decreta: sed hic

τύπος est nota adprobationis, vel regia subscriptio. vide Du-Cangium *Lex. Gr.* v. *τύπος*.

102. codex habebat *συνειδώς* cum *ὁ* superius scripto, quod esse retinendum certum est.

104. Heraclium ad Sarum flumen fuisse vulneratum, testis est Theophanes *p.* 263. vide *Poëm. de Resurrect.* 116.

106. de tachygraphis, *ἀπὸ τοῦ εἰς τάχος γράφειν* a celeriter scribendo dictis, qui *ὀξυγράφοι* etiam eodem sensu vocabantur, videndus Montfauconius *Palaeogr. Gr. lib.* 1 *c.* 5. hi erant scribae e notariorum numero ad litteras et decreta imperatorum veloci calamo exscribenda destinati.

107. cum *γραφὴν νόθον* dicit, intelligit, opinor, ficticios colores, quibus utebantur scribae in libris exarandis, videlicet atramentum aliasque huiusmodi mixturas, ut est in Plinio *lib.* 35 *p.* 687. nam Pisida aperte alludens ad imperatorias subscriptiones, quae minio cinnabari et sacro encausto fiebant, hisce ficticiis coloribus unum opponit sanguinem, quo sincerior plane nullus color.

108. de coloribus rubris purpureis aureis ad firmandas leges adhiberi solitis, nuper laudatus Montfauconius *lib.* 1 *c.* 1. qui colores erant in hunc usum imperatoribus reservati. ac tanta erat erga eosdem imperatores vel in rebus minimis civium Byzantinorum reverentia, ut quidam esset vir nobilis qui *caniclium*, hoc est vasculum in quo sacrum encaustum continebatur, adservaret, quique *ὁ κανίκλειος*, *caniclei praefectus* diceretur.

110. *παραλλήλους*, id est *βίους*, *vitas parallelas* Plutarchi, opus plane pretiosum.

113. Heraclium omnibus bello claris ducibus anteferre studens Plutarchum insimulat, quod in scribenda vita Alexandri virtuti eius plurimum, fortunae parum tribuerit. exstant inter opuscula maximi huius scriptoris geminae orationes sub hoc titulo *περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς*, quas legisse eum non poenitebit qui velit noscere quam ingeniose Graecus homo Graeci principis laudes prosequatur.

116. pauca ex secunda Oratione Plutarchi *tom.* 2 *p.* 340 *ed. Londin. a.* 1729 liceat ad rem nostram proferre. *Ἀλεξάνδρῳ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνιδρωτί, τί ἀναιμωτί, τί προῖκα, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; ..... ποῦ σὺ καὶ τότε ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ὁδὸν ἔδωκας; ποίαν πέτραν ἀναιμωτὶ διὰ σὲ εἶλε; ποίαν πόλιν ἀφρούρητον αὐτῷ παρέδωκας ἢ ποίαν ἄνοπλον φάλαγγα; τίς εὑρέθη βασιλεὺς ῥᾴθυμος ἢ στρατηγὸς ἀμελὴς ἢ κοιμώμενος πυλωρός; ἀλλ' οὐδὲ εὔβατος ποταμός, οὐδὲ χειμὼν μέτριος, οὐδὲ θέρος ἄλυπον.*

118. codex habet *ὁ* superpositum voci *ὡς*. sed nulla, ut videtur, ratio immutandae lectionis.

121. inter duces, quorum ope Alexander Graeciam Persiam et Indiam subegit, laudantur Parmenio, Hephaestion, Perdicea, Seleucus, Ptolemaeus, Lysimachus, Antipater, Craterus, Antigonus, Cassander, Aridaeus.

122. Theophanes *p.* 256 ita de Romanis: *οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν νῦν κ. τ. λ.*

126. de Exped. 2 116 quid simile.

128. codex habet *καθώπλιζε*, sphalmate manifesto.

132. Timotheus Atheniensis homo clarus et princeps civitatis, qui vulgo *εὐτυχής* est appellatus. utrum hic ille Timotheus fuerit Cononis filius, cuius vitam nobis scriptam reliquit Cornelius Nepos, ut nonnullis placet, valde dubito. frustra sane quaeres in Nepote quae Pisida hic narrat. ea de re nonnihil attigit Aristophanes in *Πλούτῳ* 180, dicens *ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος, at Timothei turris* in caput tuum incidat; ad quae ita scholiastes adnotat: *ὁ Τιμόθεος πλούσιος, ἅμα δὲ καὶ ὅλβιος ἀνήρ, στρατηγὸς Ἀθηναίων, τεῖχος οἰκοδομήσας εἰς τοσοῦτον ἦρθη τῆς τύχης ὡς τὴν δαίμονα ἐν ὄψει φαίνεσθαι τούτῳ· καὶ ἐν Ἀθήναις ἐν εἰκόσιν ἐποίουν αὐτὸν κοιμώμενον οἱ ζωγράφοι, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις, καὶ πορθοῦντα αὐτάς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ.* scholiastae verba in Suidae Lexicon translata invenies v. *Τιμόθεος*.

140. Heraclii formam eiusque flavam caesariem alibi laudat poëta *de Exped.* 3 99, atque idcirco etiam, opinor, ipsum imperatorem modo solem modo Phoebum appellat. vide *ibid.*

150. *prima fortuna* Heraclius tyrannum Phocam devicit: cum enim ex Africa Cpolim appulisset, statim seditione mota factiones Phocam interfecerunt et Heraclium regem salutarunt. vide Theophanem *p.* 244.

153. *ἐμφυλίων civium* dissidia, quibus tota flagrabat civitas, quando Heraclius imperator est renuntiatus. *ξένων Abarum* fraudes et damna, de quibus plura in *Poëm. de Bell. Abar.* ac si quis *ξένων* malit vertere *hospitum*, non repugno: satis enim ex Pisida apparet in principio laudati poëmatis Abares fuisse veluti hospitio receptos a Romanis et contribules factos. demum *βαρβάρων Persarum* bella et immanissimae caedes.

155. dixerat enim *de Exped.* 2 44 Heraclium invenisse exercitum nulla militari disciplina exercitatum et otio diffluentem; unde *supra* v. 130 Romanos milites lapidibus terram inutili pondere gravantibus comparavit.

158. in codice supra primam syllabam verbi *παρελθεῖν* legitur *πρό*. et *παρελθεῖν* et *προελθεῖν* recte.

159. duo proximi senarii citantur a Suida in v. *Σταγειρίτης*. Stagira oppidum Macedoniae, patria Aristotelis, qui fuit Alexandri praeceptor. iterum Alexandro Heraclium videtur tacite praetulisse. vide *supra* v. 113 *et seqq.*

160. Persas *εὐτυχοῦντας* appellat, ut in invidiam trahat, qui non virtute duce sed comite fortuna Chalcedonem usque victores pervenerant.

163. etiam hi duo senarii inveniuntur in Suida v. *νεῦρα*. ibi Aemilius Portus *ἐκρεύσαντα* vertit *defluere* pro *defluxisse*. Heraclii magnanimitatem ex eo laudat poëta, quod a bello suscipiendo non destiterit, quamvis ei vires non viderentur suppetere et pecunia iam ad hostes transisset: nam Persae, ut narrat Theophanes *p.* 252, iam ab anno Heraclii 6 *collecta captivorum multitudine, spoliis etiam amplissimis et pecuniarum vi asportata, suas in provincias redierunt;* ita ut Heraclius, eodem Theophane teste *p.* 253, in summa argenti inopia magnae ecclesiae vasa et candelabra cudendis nummis usurpaverit. *τὸν πλοῦτον εἶναι τὰ τῆς μάχης νεῦρα* multi veteres scriptores dixerunt, quos recenset Menagius in Diogene Laërt. *Vit. Bionis* 48, qui dicere solebat *τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων.*

169. Suidas in v. *εὐλαβηθείς* citat hunc iambum, et ut puto, melius quam noster codex habet *ηὐλαβήθης* pro *εὐλαβήθης*. vertit Aemilius Portus: *non reformidasti molestos morbos.* sed *ἐνοχλοῦσαι νόσοι* hic non modo *molesti* sunt morbi, sed intestini, ex civilibus dissidiis orti, quos summo studio componere curaverat Heraclius, priusquam in Persidem contenderet.

171. hunc iambum, qui in codice desideratur, supplevimus ex Suida in v. *τύχη*. cives Cpolitani in factiones divisi et intestinis dissidiis distracti occasionem Chosroae praebuerunt ut facilius imperium Romanum invaderet et ab Hierosolyma vivificum sanctae crucis lignum in Persidem asportaret. hanc quidem tantae calamitatis fuisse causam cognoverunt statim Byzantini ac fassi sunt, apud quos multis etiam post annis haec fama perduravit, siquidem in *παραλλήλοις* S. Ioh. Damasceni *tom.* 2 *p.* 749 haec leguntur: *τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐκ τῶν ἡμετέρων συμβέβηκεν ἁμαρτημάτων· καύχημα καὶ δόξασμα παντὸς γένους Χριστιανῶν ὁ σωτήριος σταυρὸς καὶ ἡ ζωηφόρος ἀνάστασις ὑπῆρχον, ἅτινα διὰ τὸ μεμιαμμένον βενετοπράσινον ὄνομα, ὃ ἐπεθήκαμεν ἑαυτοῖς καὶ ἐβδελύχθημεν ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ ἁγιάσαντος ἡμᾶς τῷ θείῳ αὐτοῦ ὀνόματι, εἰς χεῖρας μεμιαμμένων παρεδόθησαν καὶ ἐμιάνθησαν.* ac paullo post: *μάθωμεν .... τί τὸ αἴτιον τῆς καταλαβούσης ἡμᾶς ἀναρχίας καὶ συγχύσεως .... ἐμολύναμεν γὰρ πρὸς τοῖς μυρίοις ἡμῶν ἀτοπήμασι καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι τὴν ἁγίαν καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ σεβασμίαν τοῦ θεοῦ ἡμῶν πόλιν· ὡς καὶ μετανάστην γενέσθαι ταύτης τὸν τίμιον σταυρὸν τὴν ζωὴν ἡμῶν.* haec placuit referre, quia saepe Pisida eadem aut similia repetit.

180. confer *de Exped.* 1 51 *et seqq.*

181. vide *supra* v. 2 et 14, ubi plura de Persarum pyrsolatria, quae occasionem eos irridendi praebuit Maximo Tyrio,

Dissert. 38: *Πέρσαι μὲν πῦρ ἄγαλμα ἐφήμερον ἀκόρεστον καὶ ἀδηφάγον· καὶ θύουσι Πέρσαι πυρί, ἐπιφοροῦντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφήν, ἐπιλέγοντες "πῦρ δέσποτα ἔσθιε."*

185. *Ephes.* 2 20.

189. Chosroes Romanorum regiones non modo spoliare sed etiam igne vastare contendit; quod an ex animi sui feritate an ex vanae religionis principio factum fuerit, nescio. constat autem in more fuisse etiam apud veteres Persas ut agros urbesque incenderent: nam Xerxes, Herodoto teste *lib.* 8 *p.* 474, totam Atticam exussit. quod fuit in causa ut Maximus Tyrius Persas acriter reprehenderet his verbis: *τούτῳ τῷ ἀγάλματι καὶ τῷ θεῷ καὶ τὴν Ἐρέτριαν ἀναλῶσαι δεδώκατε καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς καὶ τὰ Ἰώνων ἱερὰ καὶ τὰ Ἑλλήνων ἀγάλματα.*

193. *νοούμενον* est *quidquid mente concipitur et sub intelligentiam cadit:* opponitur autem *τοῖς ὁρωμένοις* et *αἰσθητοῖς, rebus visibilibus et sensibilibus.* itaque *νοουμένη πύλη porta intellectualis,* per quam egressus est Heraclius, vel est pietas vel sapientia, vel tandem deus, quo duce et comite a recto itinere aberrare non potuit.

200. alludit ad diem natalem imperii, qui dies *τὸ γενέθλιον* simpliciter dici solebat et magna omnium ordinum solemnitate celebrabatur; unde *γενέθλιον ἱππικόν* et *γενεθλιακὴ θεωρία*, natalicii ludi Circenses et natalicia spectacula a Theophane *p.* 191 et 195 memorantur, quae in diem 11 Maii incidebant.

202. saepe Heraclium ut athletam repraesentat, ac nullibi sane apertius quam hic et in sequentibus iambis. itaque inducit Heraclium et Chosroam veluti inter se certantes cursu: theatrum sive Circus est terra universa, spectatores sunt omnium urbium cives, iudex est deus. huc faciunt quae diximus *supra* v. 51.

204. ut summum athletam fuisse Heraclium demonstret, quinque cursuum vel certaminum victoriam ei tribuit: ut enim antiquitatum scriptores tradunt, illi inter athletas habebantur peritissimi, qui *πεντάθλῳ* sive *quinque certaminum generibus* decertassent, videlicet cursu, saltu, disco, iaculo, lucta; ac proinde *πεντάθλου* sive quod idem est *quinquertionis* laus tam insignis apud veteres fuit, ut qui in illis quinque exercitationibus eminerent, *πένταθλοι* vel *quinquertiones* dicerentur. quae quidem laus tam late patuit, ut qui aliquo virtutum genere praestarent, translaticie *πένταθλοι* appellarentur. quod de Democrito dictum refert Diogenes Laërtius lib. 9 37: *ὡς πεντάθλῳ ἔοικε ὁ φιλόσοφος· καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος.*

205. *ἀντεγείρων*, hinc inde stimulo vel flagello incitans equos, ut in multis antiquis monumentis repraesentantur aurigae.

206. *παραβάτην* recte vocat Chosroam, tum quod legis violatorem *parabatam* vocabant Graeci, ut observavimus *de Ex-*

ped. 2 289, tum quod in curribus, quibus utebantur veteres non modo in bello sed etiam in spectaculis, duobus erat locus, scilicet ἡνιόχῳ *aurigae* et ὁπλίτῃ vel παραβάτῃ *militi* vel *parabatae;* unde huiusmodi currus δίφροι dicebantur, ut aperte interpretatur Eustathius in Homerum *Iliad.* 1 262 *ed. Florent. p.* 890: δίφρος τόπος τοῦ ἅρματος ὁ τοὺς ῥηθέντας φέρων· διὸ καὶ δίφρος λέγεται ὡς οἱονεὶ δίφορος, καὶ τροπῇ καὶ συγκοπῇ δίφρος. videsis ibidem commentaria P. Politi et Schefferum *de re vehic. vet.* 1 7 *p.* 71. iure autem meritoque primo sensu *parabata* dici potuit Chosroes, qui non modo Mauricii imperatoris filius vocari voluit, sed etiam religionis Christianae veritatem fateri vel agnoscere non dubitavit: ut enim narrat Theophylactus Simocatta, Chosroes Romanorum beneficiis devinctus ὁμολογεῖ μέγιστον εἶναι ἁπάντων θεὸν τὸν παρὰ Ῥωμαίοις Χριστὸν θρησκευόμενον καὶ τιμώμενον, καὶ ἀπυλώτῳ τῷ στόματι τὴν πάλαι θρησκείαν ὠβέλιζε.

207. διφροστάτης, ut patet ex iis quae nuper dicta sunt, idem ac ἡνίοχος *auriga,* quod ille staret in summa et anteriori parte diphri, et post eum esset parabata vel paraebata, id est vir armatus, qui e diphro esset pugnaturus, ita tamen ut utrisque esset locus in eadem parte anteriori, cum esset dimicandum, ut apparet ex Selinuntinorum nummis apud Goltzium *de re nummar. tom.* 4, in quo duo stant in diphrum inclinati, quorum alter est ὁπλίτης cum intenso ad ictum arcu, alter vero est ἡνίοχος, qui habenas regit et equos impellit.

212. vide supra v. 202.

215. hoc non intelligo de urbe Cpoli, in quam post septem annorum bellum triumphator Persis subactis ingressus est Heraclius, ut est in Theophane *p.* 275, sed de omnibus civitatibus per quas pertransibat imperator, antequam in urbem se recepisset.

216. vide supra v. 202. βραβευτής *designator et ludorum praefectus,* qui etiam dictus invenitur ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης, ἀγώνων διαθέτης, ἄθλων ἐπιμελητής, προστάτης, ἐπόπτης, quibus nominibus supra a patribus deus bene certantibus distribuens praemia appellatur. confer *Thes. Eccl.* Suiceri. ego autem puncta apponenda esse et βραβεῦτής scribendum esse puto, ut soluta diphthongo, spondei loco, quem metri ratio non admittit, habeatur iambus.

217. παγγενὴς νικηφόρος, qui in omni athletico certamine victor evadit; peraeque ac si Heraclium vocet πένταθλον. vide supra v. 204.

218. imaginem ἀχειροποίητον, de qua plura *de Exped.* 1 140 *et seqq.*

221. succurrit illud Homericum *Odyss.* 9 14: τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

226. codex habet *ὄμβρων* reclamante metro.

238. Pisida, ut videtur, haec scribebat Heraclio in Perside adhuc agente, necdum Persico bello penitus confecto; qua de re ait se dubium et haerentem abstinere ab exornandis iis quae nondum satis clare et distincte ab imperatore gesta fuisse ferebantur, donec idem ipse imperator redux in urbem, res ut erant gestae, ea qua pollebat dicendi facultate, singulatim enarraret, *λύων τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.*

Acroas. 2 v. 1. recte in fine superioris acroaseos dixit se velle, tanquam in pelago natantem, Heraclii gesta percurrere: nam vere cursim et raptim nunc ea attingit quae memoratu digniora ei videbantur. itaque haec acroasis est quaedam *ἀνακεφαλαίωσις* et summaria descriptio rerum memorabilium quas gessit Heraclius. continet autem octo supra decem annorum historiam, videlicet a die quo Heraclius ex Africa contra Phocam Cpolim venit, ad diem quo Chosroa occiso et pace cum Persis composita in urbem victor revertebatur. poëta *ἀποστροφῇ* Romam compellans, ut de virtute Heraclii iudicium ferat, ad parallela Plutarchi videtur respicere, de quibus *supra* v. 110.

5. Phoca apud historicos Byzantinos, ut tyrannus, pestis, malum, et si quid peius in hominem obgeri potest, passim audit. fuit autem, si Cedreno fides est, *tom.* 1 *p.* 404, *οἰνοβαρής, αἱμοχαρής, καὶ πρὸς γυναῖκας ἐπτοημένος, βριαρὸς καὶ θρασὺς ἐν τῷ φθέγγεσθαι, ἀσυμπαθὴς καὶ θηριώδης τὸν τρόπον καὶ αἱρετικός.* confer quae contra eundem Phocam congerit Theophylactus Simocatta in dialogo quem suae praemisit historiae.

7. Theophanes *p.* 243 de Phoca ad regnum adsumpto ita: *τῶν δήμων εὐφημούντων τὸν τύραννον ἀναγορεύεται τὸ κακόν, καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορά, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα.*

9. caedes immanissimas a Phoca in cives commissas narrat Theophanes *p.* 245 et 246, et Theophylactus Simoc. *p.* 210 *et seqq.*

11. tres fuerunt sorores Gorgones dictae, Medusa Stheno Euryale, angues pro capillis habentes et unico oculo vicissim utentes, quae quotquot adspiciebant, ut mythologis visum est, in saxa vertebant. vide Palaephatum 32.

12. cur *αὐτούς*, non *αὐτόν*? num Pisida ostendere voluit Phocam non unius tantum Gorgonis sed omnium virus habuisse collectum? atque adeo num aliqua honoris significatione mortuum principem, quamvis deterrimum hostem imperii, prosequi voluit, ita ut *αὐτοὺς* pro *αὐτὸν* dixerit, loquens de Phoca, ut saepe *ὑμᾶς* pro *σέ* et *ὑμῖν* pro *σοί* dicit de Heraclio?

14. Heraclius Cpolim appulit cum navibus, e quarum malis, velut flammulae, hinc inde erant appensae virginis Mariae

imagines; cui rei aperte hic alludit poëta, qui testis etiam citatur a Theophane *p.* 250: *ἦκεν Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων πλοῖα κασταλλώμενα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις κιβώτια καὶ εἰκόνας τῆς θεομήτορος, κατὰ καὶ ὁ Πισίδιος Γεώργιος λέγει.* hinc corrigendus Cedrenus, qui cum pene ad verbum Theophanem transcribat, hic ab eo discedens ait Heraclium Cpolim appulisse *ἐπιφερόμενον τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* vide *de Exped.* 1 140.

17. Perseus, ut est in fabulis, Medusam Gorgonem interemit, eiusque caput abscissum in Aegide collocavit, cuius ope postea Andromedam saxo appensam et ceto marino monstro expositam liberavit. sed Heraclius aliquam virginis Mariae imaginem miraculis claram, ut videtur, habuit, qua ut Gorgone Perseus, in praesentibus periculis utebatur. vide *infra* v. 91.

20. Hesionem filiam a patre Laomedonte, qui erat rex Troiae, ceto similiter expositam, ut Neptuni placaretur ira, et ab Hercule deinde liberatam fuisse, narrant mythologi. iidem fabulantur Herculem indignatum quod praestantissimos equos divino semine procreatos ob huiusmodi beneficium sibi promissos non dedisset, regem obtruncasse.

27. *γνωστικοὺς ἔχει τόνους*, qui moralem sensum in fabulis quaerit.

30. forsan melius *ἄλλων*.

32. *δι' ἡμᾶς* scilicet *σεσωσμένους*, quasi diceret *ob servatos cives*. codex habebat *τύχης* cum *οἱ* superposito.

34. *τὰ τοῦ δήμου θράση* cum dicit, aperte factionum, in quas tota Cpolitana civitas erat divisa, miram insolentiam audaciam et temeritatem designat. quattuor fuisse in ludis Circensibus factiones, ex quattuor coloribus quibus distinguebantur appellatas, *Prasinam Venetam Russatam Albatam*, norunt omnes eruditi. sed Prasinae et Venetae potissimum mentio fit apud historicos. quae autem quantaque fuerit civium Cpolitanorum insania in suis partibus fovendis, et quam gravia saepe inde exorta dissidia et intestina bella cum maximo urbis incommodo et imperatorum periculo, docet Procopius, qui 1 29 *de Bello Persico* funestissimam seditionem ex factionum contentione Byzantii exortam describit, et *Hist. Arcan. c.* 7 earundem factionum licentiam abunde narrat. verum qua auctoritate fretus Rosinus *Antiquitat. Rom.* 5 5 adfirmet post seditionem illam Byzantinam, in qua supra triginta hominum milia trucidata sunt, factionum nomina abolita fuisse, plane nescio. praeterquam quod enim Procopius id non tradit, patet ex omnibus scriptoribus Byzantinis factionum nomina et potestates multis post Iustinianum temporibus perdurasse. ac Veneti quidem et Prasini sub imperatoribus Mauricio et Phoca saepe tumultus excitarunt et de rerum summa de-

certarunt. vide Theophanem, Constantinum Porphyrogen., et Codinum.

36. factionum insaniam describit Procopius *de Bello Pers.* 1 29.

41. allusio est ad nomen Galeni, medici celeberrimi, quam in versione, detracto velo allegoriae, denudavimus: si enim ad verbum reddantur voces *ἰατρὸς κυρίως γαληνίας vere tranquillitatis medicus,* omnis sensus concinnitas perit, quae ex duplici vocis *γαληνίας* significatione oritur.

42. *ἀταξίαν*, ordinis defectum, ut morbum pestilentissimum describit *de Exped.* 2 29. neque aliter intelligenda sunt quae leguntur a v. 49 ad v. 62 *de Bell. Abar.* *ἀρτηρίαι ἄτακτοι* arteriae non una nec recta pulsatione constantes, sed quarum inaequalis est pulsus, formicanti consimilis, qui Graecis *μυρμηκίζων* dicitur. confer quae dicit poëta in laudem Sergii *in princ. Hexaëm.*

45. haec omnia secundum medicam scientiam dicta sunt, ac facili negotio quis possit ea cum Galeni scriptis conferre. *τόνοι στύφοντες* sunt remedia quae ex vi adstringenti nervos et fibras intendunt: quidquid enim deiectas vires reficit, *τόνος* a Galeno vocatur. at Pisida dum haec medico more tractat, Heraclii mansuetudinem Phocae feritati opponere intelligit: nam vere hic *sectiones* et *amputationes* sunt caedes, et *remedia adstringentia* sunt carceres, quibus utebatur immanissimus Phocas, cuius tanta fuit in cives crudelitas, teste Theophane *p.* 244, *ὥστε ὁπηνίκα Ἡράκλειος ἐβασίλευσεν, ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐποιήσατο εἰς τὸ ἀκριβές, καὶ ἐκ πάσης τῆς πληθύος τῆς ὁραθείσης ἐπὶ τῆς τυραννίδος Μαυρικίῳ μετὰ Φωκᾶ οὐχ εὗρεν περαιτέρω δύο ἀνδρῶν· οὕτως οἱ τὸν τύραννον προστησάμενοι ἐπὶ αὐτοῦ ἀνηλώθησαν.* quod idem Theophanes repetit *p.* 245. at Heraclius contra pacis studio ductus omnium amorem sibi conciliare sategit; et humanitatis ac clementiae vi civium animos intestinis odiis flagrantes compescuit; quod quidem Pisida satis clare explanavit in ea concione in qua Heraclium alloquentem milites inducit *de Exped.* 2 92.

46. similia *in princ. Hexaëm.* in laudem Sergii.

48. non obscure neque ineleganter, ut videtur, imitatus est celeberrimum apologum, quo Menenius Agrippa ad plebem in urbem revocandam usus est: sicuti enim, aiebat ille, corpus humanum, si artus inter se discordent, paulatim conficitur, ita res publica, nisi ordinum summa sit consensio, discordia perit, concordia valet. vide Livium 2 32 et Dionys. Halic. 6 86, qui Menenium ita exorsum narrat: *ἔοικέ πως ἀνθρωπείῳ σώματι ἡ πόλις· σύνθετον γὰρ καὶ ἐκ πολλῶν μερῶν ἐστὶν ἑκάτερον.* vere autem Pisida cum Platone consentit, qui in *Timaeo p.* 70 de partibus humani corporis loquens rationem in capite tanquam in

summa arce collocatam esse dicit, affectuum autem sedem in inferiore parte ventris tanquam in praesepe sitam esse definit.

53. novum verbum, quod a voce *φάτνη stabulum* vel *praesepe* Pisida confinxit. praestat locum Platonis, ad quem respicit poëta, hic subiicere: *τὸ δὲ τῶν σίτων τε καὶ πότων ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς .... τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδησαν τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον.*

56. *δημαγωγός* est is cuius auctoritati et consiliis populus obsequitur. cum *δημαγωγῶν ταγμάτων τρόπους* composuisse dicit, *factionum capita flexisse* affirmat.

57. vide *supra* v. 48.

61. *φύσις* dictum *ὑπερβολικῶς*, tota humana natura, hoc est, cui rei conficiendae quaecunque humani ingenii vires impares fuissent.

64. nihil in historicis Byzantinis ea de re scriptum invenio. vide *supra Acroas.* 1 97.

67. perstat in allegoria a medica facultate desumpta, de qua *supra* v. 41. *ἐκχερσόω exsicco, penitus emundo;* quod fit in vulneribus, ut sanentur. *οἰκοδεσπότου δίκην* non saevi tyranni inclementia, sed boni patris familias affectu.

70. *ὠμότης cruditas* ex vitio humorum vel ex defectu caloris; qua hic exprimitur in animis civium insita ab exemplo Phocae crudelitas: nam *ὠμότης* per metaphoram est *crudelitas.*

71. hunc locum illustrat Theophanes *p.* 248: *οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους, ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων. τὰ νέφη τῆς Θρᾴκης* sunt Abares, qui cum saepe in Romanas provincias tentassent irrumpere, tandem Thraciam superiorem occuparunt, ut copiose disseruimus in principio *de bello Abar.* et ad v. 275, ubi quid simile habet noster Georgius.

73. paululum diverse haec eadem narrat poëta *de bello Abar.* 297 *et seqq.,* varias barbarorum nationes enumerans, qui de evertenda Cpoli consilium inierant. atque ibidem 304 poëtica libertate non *Χάρυβδιν* sed *Σκύλλαν σύντροφον* appellat.

76. *ibidem* v. 297 inter barbaros Scythis, id est Abaribus, coniunctos Sclavos recenset: sed quos ibi *Σθλάβους*, hic *Σκλάβους* appellat. horum autem barbarorum multitudo conscensis monoxylis vel trabariis navigiis per fretum Ceratinum urbem diripere aggressa dicitur: ut enim *ibidem* noster ait v. 512, *Σθλάβων τε πλήθη Βουλγάροις μεμιγμένα ἔμιξε τὴν γῆν τῆς θαλάττης τὴν μάχην.*

79. vide v. 592 *et seqq.*

80. per Charybdim Abares, per Scyllam Sclavos, per Gorgonem demum Persas intelligit, qui Sarbaro duce occupata Chal-

cedone, dum Abares ex parte boreali Cpolim oppugnare tentarent, ipsi ex parte meridionali se eandem regiam urbem aggressuros esse convenerant. vide *ibidem* v. 496.

91. sequentium versuum sensum non satis apertum sic accipio. cum Heraclius civium dissidentes animos in unum coalescere fecisset, de reprimendis Abaribus cogitavit, ac saepe voluisset ope divina et virginis Mariae patrocinio fretus ad pacta servanda eos compellere; sed cum in eo esset ut Abaribus arma inferret, Sclavis ex alia parte Romanam dicionem vastantibus, contra ipsos occurrere et ab incepto desistere cogebatur. itaque Charybdis, ut supra, est Abarum natio; lupi sunt Sclavi vel Persae: at Gorgon hic non est monstrum, sed imago virginis Mariae, cuius ope Heraclius iam antea tyrannum Phocam devicerat. confer *supra* v. 12 *et seqq.*, et omnia erunt, ni fallor, plana et difficultatibus expedita.

97. *τριπλοκίνδυνον* fuit bellum Abaricum: namque uno eodemque tempore contra tres hostes, Abares Sclavos et Persas, dimicandum fuit Cpolitanis.

101. anno 11 imperii sui Heraclius pacem cum Chagano Abarum duce composuit, ut contra Chosroam arma moveret, qui *ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ οὐκέτι ἐν τῷ καθεστῶτι εἶναι ἠδύνατο. τότε Ἡράκλειος ζῆλον θεοῦ ἀναλαβὼν καὶ μετὰ τῶν Ἀβάρων εἰρηνεύσας, ὡς ἐνόμιζεν, μετήνεγκεν τὰ στρατεύματα τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ διενοεῖτο τῇ τοῦ θεοῦ συνεργείᾳ κατὰ Περσίδος χωρῆσαι.* ita Theophanes *p.* 251.

103. anno Heraclii 11 exeunte, hieme autem appetente, Heraclius in oram Asiaticam Byzantio oppositam secessit, ubi usque ad diem quartum mensis Aprilis sequentis anni commoratus est. tunc enim *τελέσας τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα ἐκίνησεν κατὰ Περσίδος.* Theophan. *p.* 253.

110. Du-Cangius *Cpol. Christ. lib.* 4 *c.* 13 palatia suburbana imperatorum recensens, palatium Chalcedonis et suburbanum Chalcedonis nominat. Heraclius in suburbanum concessit, cuius descriptionem nobis reliquit Sozomenus lib. 8 c. 17. atque id plane est suburbanum, quod paucis abhinc annis Sarbarus Persici exercitus dux armis et igne vastaverat: nam Chronico Alexandrino teste *p.* 896, cum Chalcedonem ille accessisset, *πάντα τὰ προάστεια καὶ τοὺς ἐνκτηρίους οἴκους* incendit. certe Heraeum palatium, quod erat trans fretum celeberrimum suburbanum, hic non designat Pisida, qui *de Exped.* 1 157 dicit Heraclium, cum conscensa navi in Persidem iret, Heraeum praetervigasse.

112. respicit, opinor, ad festa Brumalia, quae kalendis Ianuariis incipiebant et magna cum solemnitate celebrabantur a civibus et imperatoribus: etenim per eos dies erant ludi Circenses, convivia et largitiones publicae. videsis Du-Cangium *Lex.*

Gr. v. βρουμάλια et Lex. Lat. v. Bruma, et Cpol. Christ. lib. 2 c. 6 p. 138, et Constantinum Porphyrog. *de Caeremon. Aulae Byzant. lib.* 2 *c.* 18. cum igitur per totum fere hibernum tempus feriari solerent Byzantini, idcirco dicit *καὶ μάλιστα χειμῶνος ὄντος.*

115. de exploratoribus et speculatoribus disertissime agit Ezech. Spanhemius *de praestantia Numism.* lib. 2 p. 334. ad rem autem Suidas v. *Ἐξπλωράτωρ: ἔργον τούτοις τὸ περιεργάζεσθαι τίς ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις καὶ ποῖα τὰ κατὰ Ῥωμαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν βασιλέα.*

120. metri gratia adde articulum, et lege *τὰς διατάξεις.*

125. non dubito, quae de garrulis tradit, iuxta mentem Plutarchi dixisse, qui aureo libello *περὶ ἀδολεσχίας* p. 503 sic scribit: *οὐδὲν οὕτως ἡ φύσις εὐεχῶς κεχαράκωκε τῶν παρ' ἡμῖν ὡς τὴν γλῶτταν, βαλομένη φρουρὰν πρὸ αὐτῆς τοὺς ὀδόντας, ἵν' ἐὰν ἐντὸς κατατείνοντος ἡνία σιγαλόεντα τοῦ λογισμοῦ μὴ ὑπακούῃ μηδὲ ἀνειλῆται, δήγμασιν αὐτῆς κατέχωμεν τὴν ἀκρασίαν αἱμάττοντες.*

128. *φίλτρον* positum *ἐμφατικῶς* pro amoris magna vi: philtra enim sunt amoris illecebrae, quibus per vim quis ad amandum allicitur. scite S. Gregorius Nazianz. inter carmina Nicobuli patris ad filium usus est hac voce ad pietatem, qua se invicem prosequuntur nati et parentes, exprimendam: *φίλτρῳ μὲν συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε.*

130. Euripides *in Belleroph.* v. 49: *φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες, εἰς τἀπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ.* similiter Pindarus *Nem.* Od. 8 v. 37: *ἅπτεται δ' ἐσθλῶν ἀεί, χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.* ubi scite scholiastes: *ὁ γὰρ φθόνος εἰς καλὰ βαίνει.*

133. Heraclium Eliae comparat, qui domino iubente in vallem Carith secessit, ibique totus orationi et contemplationi vacavit. *Reg.* 8 17.

138. vide *de Exped.* 2 44 *et seqq.*

139. alludit ad exercitia militaria, quae describit *ibid.* a v. 121 ad v. 162.

144. quod praestitum fuit a Theophane, qui Heraclii longa itinera, labores et bella feliciter gesta copiose narrat.

152. Heraclius cum primum expeditionem in Chosroam suscepit, Persis obviam factus est ad fines Ciliciae, ubi mons Taurus exsurgens vaste satis attollitur et perpetuo iugo per totam Asiam extenditur. itaque *αἱ κλεῖς* idem sunt ac Pylae Ciliciae, de quibus vide *de Exped.* 2 10. eas Theophanes p. 258 *τὰς εἰς Περσίδα ἀγούσας κλεισούρας* appellat.

154. delectum exercitus, quem indicat poëta, descriptum invenies ibidem v. 55 et seqq.

157. forsan pro ὅσοι legendum οὕτω. orationis vim in Heraclio ad miraculum usque extollit Pisida *de Exped.* 2 170. hic autem magno saltu a militum delectu, quem Heraclius instituit in prima expeditione, ad ea quae idem imperator cis transque Euphratem gessit in secunda leviter attingenda excurrit. de transitu Euphratis, deque iis quae insequente Persarum duce Sarbaro acta sunt, fuse Theophanes *p.* 262.

160. obscura plane sunt quae in quinque sequentibus versibus continentur. forsan aut mendum aut hiatus cubat in textu. vocem τὴν δραστικήν ad συμφορᾶς esse referendam non dubito: scio enim saepe δραστικός cum genitivo coniungi, et τὴν δραστικὴν συμφορᾶς idem esse ac τὴν δραστικὴν δύναμιν τῆς συμφορᾶς vel τὴν δραστικὴν συμφοράν. sed quid tamen significat ὡς ἐν παρέργῳ συμφορᾶς τοῦδ' ὁ βίος? et quod hoc sit genus syntaxeos, prorsus me latet. novi Graecos τῆσδε pro τῆς γῆς et τοῦδε pro τοῦ κόσμου ponere aliquando, ac fortasse pro τοῦδ' ὁ βίος legendum est τοῦδε βίου. verum quid inde? fortasse moralem sensum possis elicere, *tanquam vita huius mundi sic calamitatum accessio.* sed quomodo haec inter se cohaereant, non video. quale autem est infortunium, quae est magna calamitas, quae post transitum Euphratis et μετ' ἔργων ἐμπόνων accidit Heraclio? certe Theophanes, qui haec accurate describit, Heraclium Euphrate transmisso ad Saram flumen constitisse ibique viriliter pugnasse ac plurima vulnera accepisse narrat: ait enim *p.* 263 πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο. verum si demus hanc esse calamitatem de qua conqueritur noster, quomodo quae sequuntur v. 171 et 172 explicabimus? aperte enim, ut mihi videtur, de aliqua urbe ab Heraclio eversa, non de vulneribus eidem inflictis, ibi sermo est. quantum igitur colligere possum, Pisida aliquam ex illis Assyriae civitatibus designat, in quibus Christiana religio quondam florebat, quam cum Heraclius a Chosroae tyrannide oppressam et impietatibus profanatam deprehendisset, solo aequandam esse statuit. porro hanc coniecturam secuti ita vertimus. qui melius sapit, melius iudicabit.

167. Dararta sis Mesopotamiae civitas cum urbe Dara non est confundenda. Daras enim, quae Procopio teste, *de Bello Pers.* 10, distabat Nisibi stadiis 100 minus duobus, a limite autem utriusque imperii circiter 27, ex pago urbs munitissima facta est ab Anastasio imp. et Anastasiopolis dicta, ut narrat Euagrius lib. 3 37. Dararta sis autem, ut Pisida infra testatur, ab Artasere condita, Chosroae aliorumque Persidos regum, qui Artaseri successerunt, regia sedes fuit. haec prope Tigrim flumen sita erat, et si Theophanis valet auctoritas, 25 milibus a Ctesiphonte distabat. sed animadvertendum Pisidam metro nomen urbis, ceteroquin barbarum, accommodasse: quam enim ipse *Dararte sim* vocat, Dastagerda a Theophane, ab auctore Chro-

nici Paschalis *p.* 399 *Dastagerchosaris,* a Cedreno autem *Dystagerda* appellatur. at Pisida Artaxerxis vel Artaxaris nomen in Artaserem commutavit, atque ita ex duabus vocibus Persicis unam Graeco more inflexam effinxit, hoc est, *Darartasim,* quasi diceret *Daram Artaseris.*

172. ut saepe ad aurigationes, quae in ludis Circensibus fiebant, ἀλληγορίζει. nam καμπτήρ, a κάμπτω *flecto,* est *flexus,* quem circa metam Circi vel hippodromi facere solebant aurigae, iterum iterumque a carcere excurrentes eodemque revertentes.

173. hic est Artaxerxes vel Artaxeres, gregarius miles Persa, qui occiso Artabano 4, rege Parthorum ultimo, primus antiquum Persarum in Oriente imperium, quod in Dario finierat, renovavit, Romae imperante Alexandro Mammaeae. plura de eo Herodianus *lib.* 6 et Agathias *lib.* 4. novum autem hoc regnum ab anno Christi 226 vel 227 ad annum usque 632 vel 645 duravit: mira enim est in hoc Persici regni fine stabiliendo scriptorum dissensio, quorum opiniones ad examen revocat et expendit Assemanus *Biblioth. Orient. tom.* 3 *part.* 1 *p.* 425. regum post renovatum imperium Persicum genealogiam et historiam obiter descripsit Agathias in fine *lib.* 4, qui tamen ea quae refert ἐκ τῶν Περσικῶν βιβλίων μεταληφθέντα, *ex Persicis archivis desumpta esse* affirmat. verum cum ille suam narrationem ad Chosroam 1 usque deducat, cuius obitus ad a. 579 refertur, si quis posteriorum regum seriem nosse cupiat, laudatum virum Ios. Simonem Assemanium adeat *loco cit.,* qui ex Syris scriptoribus eandem chronologiam ad Iezdegerdem usque persequitur, atque hunc ipsum ultimum fuisse Persarum regem contra Theophanem, a quo rex alter, Hormisda vel Hormizanes vel Hormisdates nomine, post Iezdegerdem sufficitur, satis evincit.

175. Agathias *lib.* 2 *p.* 122 6 Bonn.

178. hanc Pisidae supputationem cum chronologia Agathiae et Assemani conciliare tentaveram, sed irritus omnis conatus fuit. nam quomodocunque hanc 76 annorum periodum expendas, quam, ut videtur, auctores sibi coaevos secutus statuit noster, nullatenus convenire deprehendes, siquidem ille huiusce sanguinariae periodi cursum ad annum usque 628 protrahit, quo Chosroes a iuniore filio Siroa est interemptus, ut patet ex sequenti versu 199. ex toto enim huius poëmatis contextu appareret haec scripsisse Pisidam statim ac nuntius de caede Chosroae Cpolin allatus est. itaque si annum septuagesimum sextum ante mortem Chosroae exactum inquiras, in annum dominicum incides 551, qui fuit regni Chosroae senioris vigesimus secundus: hunc enim aiunt tenuisse regnum annos 48. at seniori successit Hormisdas vel Hormisdares filius, Hosmisdae autem Chosroes iunior, quorum ille annos 12, hic vero 38 regnasse fertur. horum igitur trium regum tantummodo successione 76 annorum

periodus absolvitur. cur igitur Pisida sanguinariorum regum catenam multiplici nodo intextam nobis repraesentat, qui mutuis se caedibus interfecerint? ἐξ αἱμάτων ὤδινεν αἱμάτων γόνον. sed neque illud verum est, hosce tres reges a filiis fuisse occisos: nam Chosroes senior, Agathia teste *p.* 272, maerore confectus, quod a Mauricio imperatore circumventus victusque fuisset, in regiis palatiis Ctesiphontis καταλύει τὸν βίον. num igitur dicendum est non in diem quo Chosroes iunior mortuus est, sed in eum quo natus est, Pisidanam periodum, de qua agitur, desinere, atque ita prorsus intelligenda esse quae leguntur *versu* 198 et 199? sed neque hac habita temporum ratione Pisidae descriptio convenit cum iis quae de ceteris Persarum regibus narrantur. quare statuendum putamus vel nondum satis explorata esse quae circa regum Persarum genealogiam scriptis mandarunt cum Graeci tum Syri scriptores, vel Pisidam non ad rectam historicae veritatis normam, sed ex poëtici ingenii liberiore iudicio et facultate suam sanguinariam catenam confinxisse, ut omnium odium in Persas eorumque dominationem facilius converteret.

186. ἐμφραγή idem ac ἐμφραγμός, *obstructio:* hic autem metaphorice pro *caede.*

188. non inscite Persae, ut Pharisaei in evangelio, γεννήματα ἐχιδνῶν appellantur, ex veterum auctorum traditione, qua viperae ferebantur ore coire, feminae voluptatis dulcedine maris caput praecidere, et fetus matris uterum erodere; quae quam falsa sint, hodie nemo ignorat.

190. κλῆρον *hereditatem* intelligo esse vindictam ex nuper allata veterum philosophorum de viperis opinione, quam tradit Herodotus 3 109.

193. vide *supra* v. 184.

194. notissima sunt Iocastae flagitia, quae cum post Laii mariti necem Oedipo filio nupsisset et ex eo Polynicem et Eteoclem genuisset, sibi manus intulit. videsis Diod. Sic. lib. 4, Senecam *in Oedipo* et Hyginum n. 76.

197. ἐκεῖνος Artaser vel Artaxares vel Artaxerses. πόλιν Darartasim vel Dastagerdam.

200. in omnibus Persarum templis erant Magi custodiae ignis destinati. vide *supra Acroas.* 1 23, ubi de templo Gazaci, in quo erat ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων *carbonum impostura.*

204. Theophanes a *p.* 267 ad *p.* 269 Chosroam metu perculsum, Dastagerda relicta, amne Tigride traiecto, ultra Ctesiphontem fugisse narrat; unde Heraclius vere ut fulmen, nullo obsistente, ubique victor, Dastagerdam spe citius occupavit.

205. σχηματουργήσας φόβον incutiens timorem bellico apparatu et incendiis, quibus Persidem late vastabat Heraclius, οὐχ ἑκών, ut idem imperator teste Theophane *p.* 270 Chosroae scripsit, πυρπολῶν τὴν Περσίδα, ἀλλὰ βιασθείς.

207. *καθ' αὑτῶν* pro *καθ' ἑαυτοῦ*, ut alibi *ὑμᾶς* et *ὑμῖν* pro *σέ* et *σοί*.

212. plurima Chosroae palatia memorantur in Theophane ab Heraclio eversa, quae Persico nomine distinguuntur. non longe a Dastagerd, ut videtur, erat palatium *Bebdrach* nuncupatum, de quo ita *p.* 268: *ὁ βασιλεὺς ἐπῆλθεν εἰς ἄλλο παλάτιον τὸ ἐπιλεγόμενον Βεβδράχ· καὶ τοῦτο καταστρέψαντες καὶ πυρὶ παραδόντες εὐχαρίστουν τῷ θεῷ.* at paulo post idem Theophanes, enumeratis ingentibus divitiis quae in Dastagerdae palatiis inventae sunt, ait: *ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φωτῶν ἐν Δασταγέρδ .... καὶ καταστρέφων τὰ τοῦ Χοσρόου παλάτια, κτίσματα ὑπέρτιμα ὄντα καὶ θαυμαστὰ καὶ καταπληκτικά, ἅπερ ἕως ἐδάφους καθεῖλεν, ἵνα μάθῃ Χοσρόης οἷον πόνον εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τῶν πόλεων ἐρημουμένων παρ' αὐτοῦ καὶ πυρπολουμένων.*

224. eleganter per prosopopoeiam ignem gaudentem inducit, quod ab impio Persarum cultu fuerit liberatus, debitum deo honorem sibi praestari aegre ferentem. ita *supra Acroas.* 1 6 *et seqq.* solem et lunam eadem de causa gestire ac laetari iubebat. simile autem est illud Pauli *Rom.* 8 21: *quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertate gloriae filiorum dei.*

227. cf. de Exped. Acroas. 3 5.

230. eo frigidior nobis videbatur huius poëmatii conclusio, quod Chosroes non igne combustus periit. miserum genus mortis, quod subiit, narrat Theophanes *p.* 272. sed ut videtur, Pisida intentus in laudanda potissimum pietate Heraclii illud prae ceteris commendat, quod Persarum *πυρεῖα* ubique subverterit imperator, ut alibi dictum est. tanta enim fuit Persarum in ignem religio, ut etiam regum palatia *πυρεῖα* dicerentur, quod nullum esset sine templo palatium. quare ut id obiter moneam, corrigenda est Porti versio in Suida, qui auctoris de Heraclio scribentis *in voce πυρεῖον* verba, *ὁ δὲ Ἡράκλειος τάς τε πόλεις καθῄρει καὶ τὰ πυρεῖα διέστρεφε τῶν Περσῶν*, ita vertit, *Heraclius vero et urbes demolitus est et speculas Persarum.* nam *πυρεῖα* non sunt *speculae*, nec turres e quibus ignis accenderetur, sed plane templa igni sacra. minus aberravit a vero, sed rem tamen non attigit, Scacchius *Miroth.* 2 48, qui hoc testimonio usus est Suidae ut probaret *πυρεῖον significare ignium receptaculum ad suffumigationes, quod apud nos thuribulum et thymiaterium dici potest.* sed ut ad Pisidam redeamus, certum est eum hic respicere ad stupendae structurae palatium, quod Chosroes habuit Dastagerdae, Heraclius autem funditus delevit atque incendit, quod ibi impio cultu ignis una simul cum Chosroa adoraretur, ut paulo ante v. 220 innuimus ex Theophane. nam *πυρεῖον* templum vel palatium ignis erectum Dastagerdae, quae regum Persidos sedes fuit, longe aliis sumptuosius ac nobilius fuisse non

est dubitandum, quamvis Cedrenus de palatio Gazaci, ut adnotavimus *supra Acroas.* 1 23, tam magnifice scripserit ut nihil maius excogitari posse credas. ibi enim fuit illud caelum arte elaboratum, in quo Chosroae simulacrum stabat, et ex quo pluviae et tonitrua edebantur, ut stultus ille rex πυρσολάτρης deo se parem faceret. verum sive, quod Cedrenus ait de Gazaco, ad Dastagerdam transferendum est, sive palatio Gazaci omnino simile fuisse Dastagerdae palatium concedendum est. coronidis loco adde testimonium Tzetzae *Chiliad.* 3 66, ea omnia confirmantis quae hactenus de Heraclio dicta sunt: nam et is de Chosroae palatiis incensis agit, et hoc ipsum *Heracliados* poëmation innuens Pisidam citat.

INDEX *).

Ἀθλιόω P 1 27.
ἀλληλοφθόρος P 1 33.
ἀναπαύστως *indesinenter* A 260.
ἀνθοροθετέω P 2 315.
ἀντενθρονίζω H 2 177.
ἀντεργάτις H 48.
ἀντίκρουμα P 1 185.
ἀντισύνδρομος A 486.
ἀπόσχοινος P 1 218.
ἀστρόδουλος H 1 2.
βλύσμα P 2 12.
βραδυγράφος H 2 153.
γιγαντιάω H 1 30.
διπλοκίνδυνος H 1 138.
διφροστάτης H 1 207.
οὐκ ἔκπληξιν ἀλλ' ἐκπληξίαν P 2 313.
ἐκχερσόω H 2 67.
ἐμφραγή H 2 186.
ἐπιπλωτής A 180.
εὐμετρία A 48.
καλλιεργία H 1 199.
κοσμαγωγός A 211.
κοσμορύστης H 1 70.
κοσμοφθόρος H 1 77.
κτηνόμορφος H 2 51.
μυριαρχία A 219.
μυριαύχενος H 1 75.
ξενόσπορος A 87.
Περσοκράτης H 1 13.
πλάνον σέβασμα P 1 25.
πολυσχεδής P 2 68, A 195.
ποντογείτων A 30.
πρωτεργάτης H 2 7.
πυρσολάτρης H 1 14 et 182.
ῥευματόω P 2 311.
σκηπιάω H 1 98.
Σκυθότροφος A 204, H 2 73.
σκυφόω A 411.
συλλιθόω P 3 36.
συναστρατέω P 3 162.
συνευλογέω P 3 428.
σχέσις P 1 98, 3 128 et 499, A 99.
σχηματουργέω H 2 139 et 205.
τριπλοκίνδυνος H 2 97.
φατνιάω H 2 53.
φιλεύδιος A 128.
φρενόσπορος A 12.
φύρσις A 464.
χριστάδελφος A 518.
χρυσομίμητος H 1 141.
ψευδόσπορος A 215.

*) Littera A bellum indicat Avaricum, H Heracliadem, P expeditionem Persicam.

LIPSIAE,

EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.

SANCTI NICEPHORI

PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI

BREVIARIUM RERUM POST MAURICIUM GESTARUM.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

ILLUSTRISSIMO VIRO

GULIELMO VAIRIO

FRANCIAE PROCANCELLARIO

DIONYSIUS PETAVIUS E SOCIETATE IESU S.

Quo primum tempore magistratus amplissimi dignitatem adeptus es, Vir Illustrissime, communis hic omnium sensus fuit, non minus literarum incolumitati quam imperii saluti esse prospectum. etenim quod de civitatibus a Platone dictum est, multo id magis ad artium studia disciplinasque pertinet, tum eas demum felices futuras, cum aut sapientes praeessent aut sapientum illi ipsi qui praeessent auctoritate regerentur. ea porro te sapientia hominem esse qualem constituendis civitatibus adhibendam Plato censuit, iamdudum publica quaedam populi vox ac constans totius regni fama celebravit. quod ipsum adeo leve non est ut in eo divinitatis aliquid inesse vetere sit proverbio contritum. idem vero multo certius cum anteacta vita omnis, tum, ut nondum ab alieno suffragio discedatur, gravissima de te principum iudicia comprobarunt, quorum alter amplissimi te consilii principem fecit, alter ab unius provinciae cura totius ad regni moderationem

convertit. sed hic postremo quantum sapientiae tuae cum regina matre tribueret ostendit, cum ambo te ultimis e Galliae finibus exciverunt, quem formidolosis temporibus in quadam velut imperii specula collocarent, siquidem pacato mari tranquilloque caelo facile cuivis gubernatori creditur, vel mediocriter perito, in periculo nemo est qui non eum, si potest, adsciscat, quem scientissimum prudentissimumque cognorit.

In quo unum est minime praetereundum, quod ad hoc negotium multum interesse sentio. nam plerique qui prodesse sapientia sua publice student, operosam illam duntaxat ac rebus gerendis exercitatam adhibent, eam vero quae in libris doctrinisque cernitur, tanquam civitatibus inutilem feriatis hominibus relinquunt. tu vero sic utramque admirabiliter complexus es, ut cum nemo tractandarum rerum maiore peritia sit, tum usu literarum ac philosophiae studio his temporibus antecellas.

Hanc enim primus inter Gallos, ut ille quondam in Graecia Socrates, languentem in scholis ab otiosa contemplatione morum ad utilitatem usumque transtulisti. tum ea monimentis mandasti plurimis, quibus et dicendi civibus tuis et vivendi tibi etiam ac reliquis exempla praescriberes. quibus in libris ita virtutis tuae imaginem expressisti, ut eos una velut pignora obsidesque Gallis traderes; ut quae tua futura esset rei publicae gerendae ratio, tanquam ex praetoris edicto cognoscerent, neque eam unquam licere crederent, quam tute tibi imposuisses, personam detrahere. quod quidem paucis his mensibus, ex quo praeesse ei muneri coepisti, egregie est a te perfectum; neque quisquam dubitat, cuiusmodi haec initia sunt, quin brevi per te huius imperii salus constitui ac legum auctoritas recuperari possit.

Hac tu graviore cura simul ac perfunctus eris et maiora illa regni negotia sapienter explicaris, tum te ad haec nostra,

nec minus tamen ad bene beateque vivendum necessaria, convertes, ac literarum tuarum salubritati dignitatique consules. venit enim mihi in mentem, qui tuus ante paucos dies partim a me auditus partim ab aliis exceptus sermo fuerit, cum tu illud profitebare, nihil tibi gratius unquam exstitisse bonis artibus artiumque peritis, neque in posterum, quo maior sublevandi esset facultas, ulla in re defuturum.

Quamobrem ut eius vocis consiliique meminisses, tanquam admonitorem allegavi Nicephorum nostrum; qui tibi cum privatim sui tum communi nomine literarum patrocinium deferret, simul etiam rogaret, quod in iis tractandis profitendisque nostra societas elaboret, partem ut ad eam aliquam solicitudinis huius benevolentiaeque transferres; ut iis quibus saepe iactata est molestiis perfuncta non tam ipsa conquiescere possit, quam et ecclesiae officiis omnibus et doctrinarum studiis vigiliis laboribusque suis commodi aliquid afferre. de me vero quod praecipue postulem nihil est, nisi ut audaciae in te interpellando meae sic ignoscas ut amori erga te voluntatique faveas. vale. Lutetiae Paris. 6 kal. Sept. a. d. 1616.

D. PETAVII

DE NICEPHORO

HUIUS BREVIARII SCRIPTORE

AD CANDIDUM LECTOREM PRAEFATIO.

Nicephori epitomen, quam hic tibi damus, candide et erudite lector, accepimus a R. P. Iacobo Sirmondo, qui eam Romae ex veteri exemplari descripsit. de auctore porro ipso exstat Photii in Bibliotheca perhonorifica mentio, qua et epitomen istam magnopere commendat, et hac una lucubratione iudicat non provocasse modo superiores quamplurimos sed longo etiam intervallo superasse. de aliis vero relictis ab eo monimentis ne verbo quidem meminit. ex quo dubia videri potest communis sententia, quae cum hoc Nicephoro scriptorem eiusdem nominis alterum confundit, cuius editum est Chronicon Latine olim a multis, Graece etiam a Scaligero. etenim cum inter Cpolitanos pontifices Photius eodem in Chronico numeretur, credi potest non hoc esse ab eo Nicephoro

profectum qui tum, cum ista Photius scripsit, e vita discesserat atque ἐν ἁγίοις, ut hic loquitur, hoc est sanctorum numero erat adiunctus. verum fieri potest ut ad Chronicon Nicephori recentior illa manus adiecerit. utcunque res habet, nihil esse causae videtur quin Nicephorus noster patriarcha ille sit qui est in illo Chronico ordine 78. de quo ibidem haec produntur: *Νικηφόρος ὁ ἀσηκρήτις μοναχὸς γεγονὼς ἔτη θ'. καὶ ἐξεβλήθη ὑπὸ τοῦ ἀσεβοῦς Λέοντος τοῦ Ἀρμένου.* quae Latine hoc significant: *Nicephorus a secretis monachus sedit a.* 9, *et ab impio Leone Armeno in exilium eiectus est.* nam et unicus hic ante Photium patriarcha Cpolitanus fuit, ut ab illo nemo alius intelligi potuerit, et inter sanctos non Graeculorum assentatione solum sed etiam communi ecclesiae suffragio receptus est: huius enim memoria a Latinis 3 eid. Maias, a Graecis 4 non. Iunias ecclesiasticis est consecrata tabulis, postquam a Leone Armeno iconoclasta perditissimo redactus in ordinem a. d. 828, exilii 14, feliciter e vivis excessit. quocum praecipua Theodoro Studitae viro sanctissimo familiaritas intercessit. postremo unum admonendus es, Nicephori, quod penes nos fuit, apographum passim mendosum ac depravatum fuisse, nosque, ut tolerabilem sensum elicere-mus, plurimum in interpretando laborasse: verum ex ea lege quam olim nobis imposuimus, nihil nos in contextu ipso mutasse, praeter levissima quaedam omninoque manifesta, atque in omnibus Pythagorico decreto paruisse, quod ex Synesii Dione tanquam ex Solonis tabulis hoc loco proferendum est, dignum sane quod critici omnes ante oculos habeant, ad idque conatus suos ac lucubrationes accommodent.

Pythagorae sanctio ex Synesii Dione.

Πυθαγόρας Μνησάρχου Σάμιος ἐπιγέγραπται τῷ νόμῳ, ὅστις ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν, ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρός, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης ἢ τέχνης.

SANCTI NICEPHORI

PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI

BREVIARIUM

RERUM POST MAURICIUM GESTARUM.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΑ ΣΥΝΤΟΜΟΣ

ΑΠΟ ΤΗΣ ΜΑΥΡΙΚΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

Μετὰ τὴν Μαυρικίου τοῦ βασιλέως ἀναίρεσιν Φωκᾶς, ἐπεὶ P 3
ταύτην διειργάσατο, τῆς βασιλείου ἀρχῆς ἐπιλαμβάνεται· οὗ δὴ
ἄρξαντος ἐπὶ τοσοῦτο κακώσεως Χριστιανοὺς ἤλασε τὰ πράγματα
ὡς παρὰ πολλοῖς ᾄδεσθαι ὅτι Πέρσαι μὲν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν
ἐκτὸς κατεπήμαινον, Φωκᾶς δὲ ἔνδον χείρω τούτων ἔπραττε.
ταῦτα οὐκ ἀνεκτὰ Ῥωμαίοις ἐγίνετο· διὸ οἱ περὶ τὴν Λιβύην
τηνικαῦτα ἡγεμονεύοντες, ἅτε τῷ μεγίστῳ διαστήματι τὸ θαρσεῖν
ἔχοντες καὶ ἅμα παρὰ Μαυρικίου τὸ τῆς στρατηγίδος ἀρχῆς ἐγκε- B

8 *Χριστιανῶν?*

SANCTI NICEPHORI

PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI

BREVIARIUM HISTORICUM

DE REBUS GESTIS POST IMPERIUM MAURICII

D. PETAVIO S. I. INTERPRETE.

Mauricio imperatore caeso Phocas parricidii huius auctor imperium a. 602
invadit. sub quo tantae calamitates Christianis rebus illatae sunt, ut
hoc vulgo iactaretur ab omnibus, Persas foris Romanum imperium va-
stare, Phocam vero intus multo iis deteriora facere. nec a Romanis
diutius ista ferri poterant. igitur qui tum Africae praeerant, ea re au-
daciores facti quod longissimo intervallo ab urbe distarent quodque a

χειρισμένοι (δύο δὲ ἦστην ἀδελφώ, Ἡράκλειος καὶ Γρηγόριος), οὗτοι κοινῇ βουλευσάμενοι τοὺς υἱεῖς ἑαυτῶν πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐκπέμπουσιν ἅστυ, ἀλλήλοις συνθέμενοι ὡς τὸν προφθάσαντα τοῦτον τῆς βασιλείας, εἰ δύναιτο, ἐπιλήψεσθαι. καὶ Ἡράκλειον μὲν τοῦ Ἡρακλείου παῖδα ἀνδρῶν πληρώσαντες πλοῖ ἐξέπεμπον, Νικήταν δὲ τὸν Γρηγορίου υἱὸν ἱππικῇ στρατιᾷ πολλῇ περιβαλόντες διὰ τῆς ἠπείρου ἀπέστελλον. δεξιᾷ τε τύχῃ χρησάμενος Ἡράκλειος, καὶ πνεύμασιν ἐπιφορωτάτοις ἀναχθείς, φθάνει Νικήταν
P 4 εὐπλοΐας εἰς Βυζάντιον, καὶ ἤδη τῇ πόλει προσεσχηκὼς ἐπέλαζε. Κρίσπος δέ (τοῦ Φωκᾶ δὲ ἦν οὗτος γαμβρός, ὑπηνίκα δὲ τὸν τοῦ ὑπάρχου τῆς πόλεως θρόνον διέπειν ἔλαχε, καὶ μεγάλα ἐν τοῖς βασιλείοις δυνάμενος), ἐπεὶ ἀπηχθάνετο Φωκᾷ ὡς δὴ περιυβρισμένος ὑπ' ἐκείνου τυγχάνων τῆς οἰκείας εἰκόνος καθαιρέσεως ἕνεκεν, ἣν ποτε οἱ τῶν ἀντιθέτων χρωμάτων δημόται τῇ τοῦ Φωκᾶ συμπαρέγραψαν εἰκόνι, δόλῳ αὐτὸν μετήρχετο, καὶ πονεῖν μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ πλαττόμενος ἔπειθε καὶ Ἡράκλειον ἐπ' ἀπωλείᾳ ἑαυτοῦ ἥκειν ἀπισχυρίζετο, συνήργει δ' ὅμως Ἡρακλείῳ καὶ τῷ ὄντι τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ εἰς μάλιστα ἔπραττεν. οἱ οὖν περὶ Φωκᾶν θεασάμενοι καὶ ὅσον πολιτικὸν ἑαυτῶν στασιάζον (ἤδη γὰρ οἱ τοῦ πρασίου χρώματος δημόται τοῖς περὶ τὴν Καισαρίου τὸ πῦρ ἐφῆπτον καὶ τὸν ἔπηλυν βασιλέα ἀνευφήμουν), ἐπικειμένους δὲ αὐτοῖς καρτερώτατα καὶ τοὺς ἐκ τῶν Ἡρακλείου στρατευμάτων εἰσιόντες,

5 τὸν? πλοῖα Petavius. 9 εὐπλοήσας Petavius. 10 τὸ τηνίκα Petavius. an ὃς τηνικάδε? 12 παρυβρισμένος P i. e. editio Parisiensis. 19 ἑστασίαζον P

Mauricio ducatum obtinuerant (erant illi germani duo Heraclius et Gre-
a. 610 gorius), communicato consilio filios suos Byzantium mittunt. ita porro inter eos convenerat ut qui prior pervenisset, imperium, si posset, arriperet. ergo Heraclium Heraclii filium cum supplemento classiario et navibus mittunt, Nicetam Gregorii filium cum ingentibus equitum copiis terrestri itinere contendere iubent. Heraclius vento ac fortuna secundantibus Cpolim ante Nicetam pervenit; iamque ad urbem appulsus propius accesserat. erat in ea imperatoris gener Crispus praefectus urbi, vir inter palatinos potens et Phocae ob recentem iniuriam infensus: quippe eius imaginem deiecerat, quam contrariarum factionum homines iuxta imperatoriam appinxerant. ergo ille dolo imperatorem circumvenit. nam huic ipsius causa laborare se persuadet, et Heraclium suam in perniciem venisse confirmat. interim vero Heraclium adiuvat, eique omnibus in rebus commodare studet. accedebat et civium in spectaculis atque imperatoris discordia. iamque Prasina factio vicinis Basilicae Caesarii aedibus ignem admoverat; et tunc advenientem imperatorem palam celebrare ausa, postquam instantes Heraclii exercitus vidit,

καταλιπόντες αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῖς γίνονται. Φώτιος δέ τις τοὔνομα, ὃς παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν σύζυγον ἐπιβουλευθείς ποτε καθυβρίζετο, εἰς τὰ βασίλεια σὺν πλήθει στρατιωτῶν ἐπὶ τὸν Φωκᾶν αὐτίκα κατέσχε, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐτὸν ἀπαμφιέσας ἐσθῆτος, περί-
5 ζωμα μέλαν αὐτῷ περιθέμενος, τὰς χεῖρας περιηγμένας εἰς τοὐ-
πίσω ἀποδεσμήσας καὶ πλοίῳ ἐμβαλὼν πρὸς Ἡράκλειον δεσμώτην C
ἀπήγαγεν. ὃν ἰδὼν Ἡράκλειος ἔφη "οὕτως, ἄθλιε, τὴν πολι-
τείαν διώκησας;" ὁ δὲ "σὺ μᾶλλον" εἶπε "κάλλιον διοικεῖν μέλ-
λεις." εὐθὺς οὖν αὐτοῦ τὸν διὰ ξίφους ἔτι πρὸς τῷ πλοίῳ ὄντι
10 καταψηφίζεται θάνατον· ἔπειτα ἀκρωτηριάζεσθαι, χεροῖν τε δε-
ξιὰν ἄνωθεν ἐκ τοῦ ὠμιαίου ἄρθρου ἐκκόπτεσθαι καὶ τῶν αἰδοίων
ἐκτέμνεσθαι καὶ κοντοῖς ἀναρτᾶσθαι, οὕτω τε τὸ σῶμα συρὲν
κατὰ τὴν τοῦ Βοὸς λεγομένην ἀγορὰν τῷ πυρὶ καταπίμπρασθαι,
Δομεντίολόν τε τὸν Φωκᾶ ἀδελφὸν καὶ Βόνωσσον καὶ Λεόντιον τὸν
15 τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίαν τὸν αὐτὸν τῷ Φωκᾷ συνδιαφέ-
ρειν κίνδυνον προσέταττε. καὶ δὴ ταῦτα οὕτως ἀπέβαινε. D

Σέργιος δὲ αὐτίκα ὁ τῆς πόλεως πρόεδρος καὶ ὁ λοιπὸς ταύ-
της ὅμιλος σὺν πάσῃ εὐγνωμοσύνῃ Ἡράκλειον ἐντὸς εἰσδέχεται.
καὶ αὐτὸς Κρίσπον εἰς τὴν βασίλειον ἀξίαν προύτρεπε· μηδὲ γὰρ
20 τῆς βασιλείας ἕνεκεν αὐτὸς ἐληλυθέναι ἔφασκε, τίσασθαι μᾶλλον
Φωκᾶν τῆς εἰς Μαυρίκιον καὶ τὰ Μαυρικίου τέκνα παρανομίας.
ὁ δὲ οὐκ ἐδέχετο. τέλος ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τοῦ δή-
μου Ἡράκλειος βασιλεὺς ἀνακηρύττεται, καὶ τὸν βασίλειον παρὰ

3 Φ. εἰσελθὼν (s. εἰσδραμὼν) αὐτίκα? 9 ὄντος? 20 δὲ μᾶλλον?

relicto Phoca privatos conventus habere instituit. dum haec aguntur, Photius quidam, cuius uxori imperator stuprum obtulerat, cum magna militum manu in palatium irrumpens Phocam illico comprehendit. quem exutum imperatorio cultu, ac pulla veste circumdatum, reductis post terga manibus vinctum et navigio impositum ad Heraclium deducit. quo ille conspecto "itane" inquit, "infelix, rem publicam administrasti?" cui ita Phocas respondit, "tu vero melius administrabis." igitur hunc e vestigio, cum adhuc in navi esset, gladio plecti iubet, deinde mutilari, et dextram manum ab humeris amputari, tum virilia excidi atque e contis suspendi, itaque cadaver per urbem tractum in foro quod Bovis dicitur igne concremari. idem in Domentiolum Phocae fratrem et Bonosum ac Leontium fisci quaestorem mortis supplicium decernit. atque haec in hunc modum gesta sunt.

Postea Sergius urbis patriarcha ac reliqua civium multitudo cum omni officio ac gratulatione Heraclium intra moenia recipit. qui quidem Crispum ad capessendum imperium cohortabatur: neque enim se illius usurpandi gratia venisse dicebat, sed ut a Phoca eorum, quae in Mauricium ac Mauricii liberos commiserat, facinorum poenas repeteret. sed abnuente Crispo tandem Heraclius imperator a senatu populoque pro-

τοῦ προέδρου περιβάλλεται στέφανον. Κρίσπον δὲ στρατηγὸν
ἀποστέλλει χειροτονήσας τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ ἐκστρατευμάτων.
ἐπεὶ δὲ ἡ φήμη διέθεεν ὡς Πέρσαι ἐπὶ Ῥωμαίους στρατεύουσιν,
P 5 Ἡράκλειος ἐκ Βυζαντίου ἅρας παρὰ Κρίσπον κατὰ τὴν Καίσαρος
πόλιν τηνικαῦτα τυγχάνοντα προσπορεύεται ὡς δὴ αὐτῷ περὶ τῶν 5
κοινῶν ἕνεκεν βουλευσόμενος. καὶ ὃς μὲν νοσεῖν προσεποιεῖτο, καὶ
τὸν βασιλέα συχνῶς ἠκούετο ὡς καὶ διελοιδορεῖτο αὐτῷ· Ἡρά-
κλειος δὲ τὸ δρᾶμα συνῆκε, καὶ τὴν ὕβριν ὅμως ἤνεγκε, καὶ ἤδη
ἐκαιροφυλάκει. ἀλλ' ἔδοξεν τέως γνησιώτερόν πως διαλέγεσθαι
περὶ τοῦ δεῖν ποιεῖν ὑπὲρ ἀλλήλων τῆς πολιτείας χάριν. ὁ δὲ οἷα 10
ἐπιτωθάζων οὐκ ἐᾷν βασιλεῖ ἔφασκε καταλιμπάνειν βασίλεια καὶ
ταῖς πόρρω ἐπιχωριάζειν δυνάμεσιν. ἐν τούτοις τίκτεται παῖς τῷ
B βασιλεῖ Ἡράκλειος, ὃν δὴ καὶ Κωνσταντῖνον ὠνόμασε. τότε δὴ
παραγίνεται καὶ Νικήτας ὁ τὴν ἀξίαν πατρίκιος πρὸς τὸ βασίλειον
ἄστυ. διὰ τοῦτο Ἡράκλειος εἰς τὸ Βυζάντιον ἐπάνεισι, καὶ Νι- 15
κήταν σὺν τιμῇ μεγίστῃ καὶ περιφανείᾳ ὥσπερ ἀδελφὸν γνήσιον
καὶ ὁμότιμον δέχεται, καθὸ ἦν αὐτοῖς ἤδη συντεταγμένον ἐκ Λι-
βύης ἀπαίρουσιν. καὶ Κρίσπος δὲ εἰς Βυζάντιον ἧκεν ὡς τῇ εἰσό-
δῳ Νικήτα συνησθησόμενος. σκήπτεται δὲ Ἡράκλειος τῷ θείῳ
λουτρῷ τὸν υἱὸν καθαγνίζειν, υἱοθετεῖσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Κρίσπου. 20
ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις εἰσέρχεται εἰς τὰ βασίλεια. Ἡράκλειος δὲ ἀθροί-
C σας τοὺς ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἅπαντας καὶ τὴν ἄλλην πληθὺν

1 παρ' αὐτοῦ πρ. P 6 βουλευσάμενος P 20 υἱοτεθεῖσθαι P

clamatus est, et ab ipso patriarcha coronatus. quibus peractis Crispum ducem eligens militaribus copiis, quae in Cappadocia erant, praeposuit.
a. 611 sub haec cum iam de Persarum in Romanos expeditione fama percrebuisset, Heraclius Cpoli solvens ad Crispum, qui Caesareae tum erat, contendit, ut cum eo de re publica consilium caperet. at ille morbum simulabat; et saepe etiam audiebatur cum imperatorem conviciis incesseret. nec Heraclium eius consilia latebant: sed dissimulare in praesens contumeliam statuit et opportunum tempus exspectare. interim vero cum eo pacifice colloqui, hortarique ut ad opem rei publicae ferendam mutuis se opibus adiuvarent. Crispus vero quasi deridens "non licet" inquit
a. 612 "principi e palatio discedere et in longinquis exercitibus degere." interea Heraclio imperatori filius nascitur, quem Constantinum nominavit; eodemque tempore Nicetas patricius ad urbem venit. quare Heraclius eodem revertitur; ibique Nicetam, tanquam germanum fratrem atque imperii participem, magno cum honore et magnificentia recipit. sic enim inter eos convenerat, quo tempore ex Africa proficiscebantur. sed et Crispus Byzantium pervenit, ut de adventu Nicetae gratularetur. Heraclius vero cum filium suum divino lavacro tingere ac Crispo suscipiendum dare velle simulasset, et is ob eam causam in palatium venisset, universo senatu ac reliqua civium multitudine collecta, una cum patriar-

τοῦ ἄστεος, ἅμα τῷ προέδρῳ Σεργίῳ, εἰπεῖν λέγεται πρὸς αὐτούς "ὁ βασιλέα ὑβρίζων τίνι προσκρούει;" τοὺς δὲ φάναι "τῷ θεῷ τῷ ποιήσαντι αὐτὸν βασιλέα." καὶ Κρίσπον προτρέπειν δὲ αὐτὸν ἀποφαίνεσθαι τὸ δοκοῦν ὀρθῶς· τὸν δὲ οὐκ εἰδότα τὸ δραμα-
5 τούργημα λέξαι μηδὲ φιλανθρώπου τυχεῖν δίκης τὸν ἐπὶ τοιούτῳ ἁλόντα τολμήματι. καὶ τὸν βασιλέα ἀναμιμνήσκειν αὐτὸν οἷα ἐν Καισαρείᾳ ἐπὶ τῇ νόσῳ κατεσχηματίσατο, καὶ ὡς τὸ τῆς βασιλείας D
κατευτελίζειν ἀξίωμα ᾤετο, καὶ ὡς εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν προύτρεπε. καὶ ἅμα λαβόντα τόμιον κατὰ κόρρης τοῦτον παίειν, καὶ
10 εἶτα λέγοντα ὡς γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, φίλον πῶς ἂν ποιήσειας; εὐθὺς δ' ἐπιτρέψαι εἰς κληρικοῦ σχῆμα τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι, καὶ τὸν ἱερώρχην τὰ νενομισμένα ἐπὶ τῇ ἀποκάρσει ἐπιφθέγξασθαι. ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν τοῖς μετὰ Κρίσπου στρατιώταις ἐπὶ λέξεως ὧδε εἰπεῖν "ὁ πάπας Κρίσπος ὑπουργοὺς ὑμᾶς ἕως
15 τοῦ νῦν εἶχεν, ἡμεῖς δὲ σήμερον οἰκειακοὺς τῆς βασιλείας ὑπηρέτας." προσθεῖναι δὲ αὐτοῖς τὸ ἐξ ἔθους σιτηρέσιον, πρώτους τε καλεῖσθαι καὶ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν· αὐτούς τε εὐμενέστατα δεξαμένους τὸν βασιλέα ἐπευφημῆσαι ἅμα τῇ ἄλλῃ πληθύϊ. μετὰ δὴ ταῦτα Κρίσπον εἰς τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας περιεῖρχθαι P 6
20 σεμνεῖον, ὃς ζήσας ἐνιαυτὸν αὐτοῦ ἐτελεύτησεν. Ἡράκλειος δὲ Θεόδωρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν, τὴν μετὰ βασιλέα πρώτην ἀρχὴν κεκτημένον (κουροπαλάτην δὲ αὐτὸν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλεῖν

3 δὲ προτρέπειν? 11 δ' omittendum. 16 ἔτους P

cha Sergio hunc in modum eos allocutus dicitur: "qui imperatori contumeliam facit, apud quem offendit?" cum illi ad deum pertinere respondissent, qui imperatorem ipsum fecit; imperator Crispum hortatus est ut quid sibi iustum videretur, pronuntiaret. qui doli nescius, tanti sceleris convictum omni aequo atque humano iudicio indignum esse palam asseruit. tum imperator omnia ei in memoriam revocat, quae Caesareae de morbo simulaverat, quemadmodum imperatoriam maiestatem contemnere ac minuere se eo facto putabat, utque ipsum antea ad capiendum imperium hortatus fuerat. quibus dictis volumen capiens eo malam eius percussit, atque ita compellans "qui socero fidem non praestitisti, qui tandem amico praestabis?" statim in clerici formam tonderi iussit, patriarcha solennem orationem recitante. inde ad Crispi milites egressus sic eos affatus est "Crispus papa huc usque ministros vos habuit: nos vero hodie domesticos vos imperii satellites facimus." iisdem insuper frumentum annuum adiecit, ac primos inter militares ordines censeri voluit. qui propensissimis animis imperatorem excipientes faustis eum acclamationibus cum reliquo populo prosecuti sunt. secundum quae Crispus in monasterio, quod Chorae dicitur, inclusus post annum in eo loco diem obiit. Heraclius Theodorum fratrem suum, qui secundum post imperatorem locum dignitatis obtinebat (curopalaten appellare vulgo in

εἰώθασιν), ἔτι καὶ Φιλιππικὸν τὸν Μαυρικίου τοῦ βασιλέως γαμβρὸν ἐπ᾽ ἀδελφῇ γεγονότα, τηνικαῦτα δὲ εἰς κληρικοῦ σχῆμα ἀποκεκαρμένον τὴν κόμην, ἡγεμόνα τῆς ὑπὸ Κρίσπου πρώην ἰθυνομένης ἀρχῆς ἐξέπεμπε. Φιλιππικὸς δὲ ἐπιβιοὺς χρόνον ὕστερον ἐτελεύτα, καὶ πρὸς τῷ ὑπ᾽ αὐτοῦ δομηθέντι περικαλλεῖ ἄγαν καὶ
B σεβασμίῳ ἱερῷ τῷ κατὰ Χρυσόπολιν ὄντι ταφῇ παραδίδοται.

Ὀλίγου δὲ χρόνου διιππεύσαντος νόσῳ ἐπιληψίας ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ Εὐδοκία ληφθεῖσα ἐτελεύτησεν. ἐν ᾧ δὲ τὸ ταύτης σῶμα ἐξεκομίζετο, καὶ πολλῶν ὡς τὸ εἰκὸς ἐπὶ τῇ θέᾳ συρρεύντων, συνέπεσε κόρην τινὰ ὕπερθεν τῶν ὑπερῴων διακύψασαν (θεράπαινα δὲ ἦν αὕτη τῶν ἀστῶν τινός) ἀποπτύσαι ὡς τὸν ἀέρα ἀφύλακτα καὶ τὸ περίττωμα κατὰ τῆς πολυτελοῦς ἐκείνης ἐσθῆτος περιενεχθῆναι ἢ τὸ τῆς βασιλίδος νεκρὸν περιέστελλεν· ἐφ᾽ ᾧ οἱ περὶ τὴν ἐκφορὰν περιοργεῖς γενόμενοι συλλαμβάνουσί τε αὐτὴν καὶ τὸν διὰ πυρὸς κατεδίκασαν θάνατον, ἐντάφιον οὐκ ἐναγές,
C βαρβαρικῷ νόμῳ χρησάμενοι, τῇ ἐκδημίᾳ τῆς βασιλίσσης ἀθέσμως συμπαραπέμψαντες οἱ ἀνόσιοι. περιεζήτουν δὲ οἵγε καὶ τὴν δέσποιναν τῆς οἰκέτιδος, ὡς καὶ αὐτῇ τὸν ἴσον διάθοιντο κίνδυνον· ἡ δὲ δήπου αἰσθομένη τὸν ὄλεθρον διαπέφευγεν, οὔτι δραθεῖσα εἰς τὸ ἔπειτα πώποτε. καὶ ταῦτα μὲν ἀμφὶ τὰ βασίλεια ὧδέ πως εἶχε.

Τὰ δ᾽ αὖ ἑτέρωσε ὡς ἐτελεῖτο οὕτω συνέβαινεν. ἔν τινι τῶν ἐπαρχιῶν (χώρα δὲ ἥτις ποτέ ἐστιν, οὐδαμῇ εἰς τὸ νῦν παραδέδοται) ἦν τις ἐν ἐκείνῃ περιφανείᾳ κομῶν εὐπορίᾳ τε βίου λαμ-

1 καὶ] δὲ? 11 εἰς? cf. p. 12 B. 12 περίπτωμα P: corr Petavius. 13 τὸν? 14 περὶ ὀργῆς P 21 ὡς] ὅσα? 22 ἐπιχωρίων P 23 κομώντων P

palatio solent) itemque Philippicum Mauricii imperatoris, cuius sororem duxerat, affinem, tunc temporis clerici habitu detonsum, ei imperio quod antea Crispus administraverat praefecit. Philippicus cum aliquanto tempore supervixisset moritur, et in egregio ac religiosissimo templo sepelitur, quod Chrysopoli condiderat.

a. 612 Non multo post haec elapso tempore imperatoris coniux Eudocia comitiali morbo interiit. cuius dum corpus effertur, plerisque, ut assolet, ad spectaculum confluentibus, forte contigit ut puella quaedam sursum e solario prospiciens (ancilla haec erat cuiusdam e civibus) in aërem incaute despueret. cumque sputum in pretiosas illas vestes temere decidisset quibus imperatricis corpus obvolutum erat, qui pompam prosequebantur, ira perciti correptam illam incendio damnant. ita scelerati homines contra ius fasque barbarico ritu imperatricis funeri parentarunt. iidem vero illi dum ancillae dominam idem ad supplicium requirunt, illa re cognita se subduxit, nec eam deinceps postea quisquam vidit. haec per illud tempus apud Palatium gesta sunt.

Quae vero aliis in partibus accidisse narrantur, hoc modo sese habent. in suburbano quodam loco, cuius nomen hactenus compertum non

πρός, οὗ τὸ ἐπώνυμον Βιτουλῖνος ἐτύγχανε, τὴν δὲ ἀξίαν ἦν καν-
διδάτον Ῥωμαίοις κικλήσκειν ἔθος. τούτῳ γυνή τις χήρα ἐν γει-
τόνων διακειμένη χαλεπῶς ἔφερε τὸ γειτόνημα· ἀμφισβητήσεως
γὰρ αὐτοῖς μέθορίων γῆς ἕνεκεν συμβαινούσης ὁ Βιτουλῖνος τοῖς D
παισὶν τοῖς αὐτοῦ ἐνεκέλευε μάχῃ ἐπιέναι τοῖς ὁμοροῦσι, καὶ οἵγε
ῥοπάλοις ἕνα τῶν τῆς χήρας υἱέων ἀναιροῦσιν. αὕτη ἀνελομένη
τὸν ἤδη τεθνηκότα υἱὸν ἡμαγμένον τὸ ἀμφίνον εἰς Βυζάντιον ὡς
Ἡράκλειον ἵκετο, καὶ ἐπεὶ προϊόντα εἶδεν, εἰσδραμοῦσα τοῦ χαλι-
νοῦ τοῦ ἵππου ἐφ' ᾧ ἐποχεῖτο ἐφάπτεται, καὶ ἅμα τὸ τοῦ παιδὸς
ἔσθημα ἐπιδεικνῦσα σὺν βοῇ πρὸς αὐτὸν ἀπεφθέγγετο "οὕτω γέ-
νοιτο τοῖς σοῖς τέκνοις, ὦ βασιλεῦ, εἰ μὴ τὸ αἷμα τοῦτο, ὅ σοι
δείκνυμι, αὐτίκα ἐνδίκως τιμωρήσειας." τῶν δ' οὖν περὶ τὸν
βασιλέα δορυφόρων ἐπιόντες πλήττειν ἠπείγοντο· βασιλεὺς δὲ διε-
κώλυσε, καὶ τῇ γυναικὶ μηκέτι τολμᾶν προσιέναι παρηγγύησεν,
ἐπεξιέναι δὲ τὰ τῆς δίκης ὀπηνίκα ἂν αὐτῷ δεδογμένα εἴη. ᾤχετο P 7
εὐθύς. μὴ δίκης τυχὸν ὠλολύζετο τὸ γύναιον. χρόνος δὲ διήρχετο,
καὶ δὴ ὁ τὸν φόνον ἐπιτρέψας, δεδιὼς καὶ αὖθις τὴν γυναῖκα
τοῦ ἀνῃρημένου ἕνεκεν βασιλεῖ ἐπικαλεῖν, ταύτῃ τοι εἰς Βυζάντιον
ἴσεισι καὶ δὴ εἰς τὸ δημοτικὸν ἑαυτὸν ἐγκαταμίγνυσι. καὶ ἱππι-
κοῦ ἀγῶνος τελουμένου τοῦτον βασιλεὺς ἐν μέσοις δημόταις κατι-
δὼν τῷ ἐπάρχῳ ἐπιτρέπει τῆς πόλεως φρουρᾷ καθειργνύναι τὸν
ὕποπτον. εἶτα τὸ γύναιον μεταπέμπεται, καὶ τὰ τῆς μιαιφονίας

2 Ῥωμαίους P 5 οἱ δὲ P 6 ἀφελομένη? 7 ἀμφίον Petavius. 16 ὠλόλυζε?

fuit, Vitulinus quidam erat homo et dignitate et opibus illustris, ex eo genere quos candidatos Romani appellare solent. huic vicina quaedam mulier habitabat, quae viciniam illam moleste ferebat. quare cum de finibus orta inter illos esset controversia, Vitulinus servos suos pugna vicinos illos aggredi iubet; qui cum fustibus unum ex viduae filiis interemissent, illa sublato mortui corpore vestem eius ad imperatorem ferens Byzantium advolat, ibique procedentem eum observans accurrit, et equi cui insidebat frena manibus arripiens, unaque filii sui vestem ostendens, haec ad eum vociferata est "sic filiis tuis, imperator, eveniat, nisi sanguinem hunc, quem ostendo tibi, subinde legibus ulcisceris." concurrentibus praetorianis et mulieri verbera intentantibus, imperator prohibuit, atque ulterius accedere vetuit: se, cum visum esset, de causa cogniturum. quo dicto recessit. at mulier cum ius suum non impetraret, in gemitus ac lamentationes soluta est. inde aliquanto temporis elapso veritus parricida ne iterum femina de filii caede imperatorem interpellaret, Byzantium contendit ac se multitudini civium immiscet. forte tum equestre certamen celebrabatur, cum illum imperator in media concione populi contuitus praefecto urbis mandat, ut suspectum hominem in custodiam coniiceret. deinde muliere accersita de perpetrata caede accuratius inquirit. ac demum, quam mortis poenam exstinctus

ἀσφαλέστερον ἀνηρεύνα. κελεύει τοίνυν τὸν Βιτουλῖνον ὑπὸ τῶν
B παίδων τῶν αὐτοῦ ἴσην ὑποσχεῖν τῷ ἀνῃρημένῳ τὴν τιμωρίαν, καὶ
αὐτῆς ἐκείνης ὡσαύτως κτείνεσθαι.

Ἡράκλειος δὲ τὸν υἱὸν Ἡράκλειον, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν Κωνσταντῖνον (διώνυμος γὰρ ὢν ἐτύγχανε), παρὰ τοῦ ἱεράρχου τῷ θείῳ λουτρῷ καθαγνίσας ἀγκάλαις τῆς ἱερᾶς κολυμβήθρας ἐδέξατο. αὐτίκα δὲ αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀξίας τὰ σύμβολα τἄλλά τε καὶ τὸ διάδημα περιθέμενος ἐταινίωσε καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. τὴν θυγατέρα δὲ Γρηγορίαν τοὔνομα Νικήτᾳ τῷ τὴν ἀξίαν πατρικίῳ εἰς γαμετὴν κατηγγύησεν· οὗ δὴ καὶ ταύτῃ τῷ βασιλεῖ μειζόνως
C οἰκειωθέντος τὸν ἀνδριάντα κεχρυσωμένον καθύπερθε κιόνων ἔφιππον κατὰ τὴν τοῦ φόρου λεγομένην ἀγορὰν ἀνέστησεν. καὶ οὕτω μὲν ταῦτα ἐπράττετο.

Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς στρατιὰν ὡς πλείστην ἀθροίσας ἐπὶ Ῥωμαίους ἐξέπεμψεν, ἡγεμόνα τῶν Περσικῶν Σαΐτην χειροτονήσας δυνάμεων. οὗτος ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἀφορμηθεὶς ταύτην τε ἀνὰ κράτος εἷλε καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον ἠνδραπόδισε καὶ τὴν ἑῴαν ἅπασαν μοῖραν κατεδῄου καὶ δορυαλώτους ὡς πλείστους ἦγε καὶ ἄλλους ἀνῄρει, οὐδεμιᾷ φειδοῖ εἰς αὐτοὺς
D χρώμενος. ταῦτα τοίνυν οὕτω διαθέμενος εἰς τὸ ἔπειτα πανστρατιᾷ κατὰ τὴν Καλχηδόνος πόλιν ἦει καὶ περιεκάθητο ταύτην χρόνον ἐπίσυχνον, ἠξίου τε βασιλέα εἰς ὁμιλίαν οἱ λόγων ἱκέσθαι. καὶ δὴ βασιλεὺς εἰσήκουε καὶ ὡς αὐτὸν διεπεραιοῦτο, βασιλικῇ δορυ-

1 Βουτηλῖνον P μετὰ? 2 καὶ ὑπ' αὐτῆς? 9 Νικήτα τοῦ — πατρικίου Petavius. 16 ἀφορμισθεὶς P

a. 613 ille viduae filius pertulerat, eandem in Vitulinum decernit, eumque ab huius liberis eodem modo interfici praecipit.

Sub haec Heraclius filium Heraclium sive Constantinum (duplici enim nomine dictus est), cum a patriarcha divino lavacro expiatus esset, ulnis suis sacro ex fonte suscepit, statimque cum alia imperii signa et ornamenta contulit, tum imposito diademate coronavit, et imperatorem proclamavit; filiam vero Gregoriam nomine Nicetae patricio despondit, eidemque artiori iam necessitudine coniuncto auratam statuam equestrem supra columnas posuit in foro. hoc illa modo Cpoli gesta sunt.

At Chosroes Persarum rex ingentes copias contra Romanos immisit,
a. 616 quibus Saitum ducem praefecit. hic Alexandriam contendens, urbe per vim occupata, Aegyptum universam in servitutem redegit; atque inde totum Orientem vastavit, plerisque captivis abductis, reliquis sine miseratione ulla crudeliter occisis. quibus confectis deinceps cum omnibus copiis Calchedonem contendit, et eam diuturna obsidione cinxit. interim ad colloquium imperatorem invitat; qui eius voluntati cedens, ut ad ipsum pergeret, cum regio comitatu et apparatu Bosporum transmittit.

φορίᾳ τε καὶ πομπῇ χρώμενος. καὶ αὐτὸν ἰδὼν Σαΐτος ἐξανέστη τε τῆς καθέδρας καὶ πρὸς τοὔδαφος ἑαυτὸν ἀπορρίψας προσεκύνει· αὐτός τε ἐκ τοῦ ἀκατίου, ἐν ᾧ ἐπέπλει, τὸ χαῖρε αὐτῷ προσεφώνει καὶ δωρεαῖς ἠμείβετο. ὧδε πρὸς αὐτὸν Σαΐτος ἔλεξεν. "ἔδει μέν, ὦ βασιλεῦ, τοὺς Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν βασιλέας μήτε διίστασθαι ταῖς γνώμαις μηδ' ὁπωστιοῦν ἀλλήλοις ἀντικαθίστασθαι, εἰς φιλίαν τε καὶ συμβάσεις ἰέναι ὡς προθυμότατα· ὅπερ ἥδιστόν τε καὶ εὔχαρι ἀνθρώποις τοῖς πάλαι καὶ νῦν τυγχάνει ἅπασιν, εἵς τε τῆς ζωῆς τε τῆς ὠκτέας καὶ εὐγνωμουμένης αἰτιώτατον, καὶ τῷ περιόντι τῆς ἐξουσίας· συμπαραμένειν δὲ τὸ P 8
τῆς συμβάσεως μέγεθος. καὶ γὰρ ἴσμεν ὡς ἥκιστα ταῖς ἐξουσίαις δὴ ταύταις ἐφάμιλλος πολιτεία φανείη ἂν πώποτε. οὐ γὰρ ὅσιον, παρὸν ἐπιφροσύνῃ καὶ εὐβουλίᾳ χρωμένους τὸ εὔνουν καὶ φίλιον εἰς ἀλλήλους κρατύνασθαι, ὅπλα κατ' ἀλλήλων αἴρεσθαι καὶ πημαίνειν οὐκ ἐν δίκῃ καὶ κακοῦν τὸ ὑπήκοον. ἐξ ὧν τί συμβαίνει; εἰ μὲν τὸ ὁμόγνωμον καὶ εἰρηνικὸν θήσεσθε, εὐδαίμονά τε ἑκάτερον ὑμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων μᾶλλον ὑπάρξαι, ζηλωτούς τε καὶ ἀξιαγάστους εἰς τὸν ἅπαντα βίον δείκνυσθαι· εἵς τε τὸ ἄμοχθον καὶ εὔθυμον ὁ πόνος δὲ ὑμῖν φροντὶς περιστήσεται. εἰ δ'
αὖ γε ταντὶ μεθιέμενοι, καὶ ἥλικον οἷον ἀγαθὸν εἰρήνην ἐκποδὼν B
ποιήσασθαι ἑλέσθε, καὶ οὐδὲν ὅτι ὀνησιφόρον λογίσασθαι ὑμῖν οἷόν, δυσμένειαν δὲ τὴν εἰς ἀλλήλους καὶ τὸ ἔχθιστον ἀνθῃρημέ-

4 ὧδε δὲ? 9 εἵς] ἔτι Petavius. 12 δὴ Petavius, δεῖ P φάνη κἂν P: correxit in margine Petavius. 19 τε ὑμῖν καὶ ἡ φροντὶς? 21 ἑλεῖσθε?

hunc simulatque Saitus conspexit, e solio surgens et humi provolutus imperatorem adoravit; qui e lembo quo vectus fuerat vicissim eum salutat et muneribus prosequitur. tum Saitus hunc in modum exorsus est. "Romanorum quidem ac Persarum principes oportebat neque animis a se invicem disiunctos esse neque ulla in re dissidere, sed amicitiam inter se ac foedus quam lubentissime coniungere. quod cum veteribus olim fuit, tum omnibus hoc tempore hominibus iucundissimum est; eaque res et tranquillitatem vitae atque optimarum legum institutionem affert, et ad id quod de imperio adhuc superest tuendum magnopere pertinet. neque enim ignoramus nullum unquam imperium fore, quod cum duobus illis conferri possit. atque illud nefas esse duco, inter quos prudentia atque consilio mutua benevolentia et amicitia confirmari possit, eos arma sibi invicem inferre ac subiectos sibi populos sine causa detrimentis afficere. ex quo quid tandem accidet? nimirum si concordiam inter vos pacemque stabilieritis, utrique ceteris hominibus multo feliciores et toto vitae tempore maiori in splendore et omnium admiratione eritis, ac laborem illum curamque cum quiete et otio commutabitis. sin his contemptis ac reiectis pacem longe praestantissimum bonum repudiare malueritis, nihil ea res, mihi credite, vobis utilitatis afferet. sed

νοι, πολέμων μὲν ὡς πλείστων, ὅπερ ἀπηχὲς καὶ ἀπώμοτον, παραίτιοι γενήσεσθε, ἱδρῶτά τε καὶ πόνους ὡς τὸ εἰκὸς ἀνελίσθε μεγίστους, πολλὰ δὲ σώματα προϊέμενοι δαπανήσετε, χρημάτων τε ἀνάλωσιν ὡς πλείστην ποιήσεσθε, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰς μέγα κακοῦ τὸ τοῦ πολέμου ὑμῖν πέρας ἥξει. οἷα δὴ καὶ νῦν ὁρᾶν ὑμῖν πάρεστιν, ἀφ' ὧν ἔγωγε εἰς τὴν Ῥωμαίων εἰσβαλὼν γῆν, τὰ δειν- C ότατα εἶδε καὶ πέπονθεν. ἐντεῦθεν οὖν λελείψεται τὰ τῶν πολιτειῶν οἰκτρότατα καὶ ἀθλιώτατα διακείσεσθαι." ταῦτα διώμνυτο λέγων αὐτὸς καὶ ὡς ἐν σπουδῇ τίθεσθαι τὰς πολιτείας Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν εἰς τὸ τὰ συμβατήρια ἥκειν. ταῦτα ἐπιτελῆ ποιήσειν ὅγε ἐπήγγελτο, καὶ ὡς τῶν ὁμωμοσμένων τὰ πιστὰ δοίη προσφέρειν, ὅτι γε δὴ ταῦτα τῷ Χοσρόῃ βουλομένῳ αἱρετέα εἴη. "εἴ τι οὖν μοι" φησὶ "πείθεσθε, ἔχοιτε αὐτίκα δὴ μάλα τοὺς ὡς Χοσρόην πρεσβευσομένους τούτου ἕκητι ἅμα ἐμοὶ ἐκπέμποιτε. πεισθείη δ' ἂν μοι καὶ αὐτός, εὖ οἶδα, εἰς τοῦτο γνώμης καθιστά- D μενος. σπείσεσθε μεθ' ὑμῶν, καὶ τὴν εἰρήνην τὸ λοιπὸν ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον βεβαίαν τε καὶ ἀκραιφνῆ καταστήσεσθε."

Βασιλεὺς δὲ Ἡράκλειος ἐπεὶ τοῦτ' οὖν ἐπέπειστο, τῷ προσηνεῖ καὶ θελκτηρίῳ τῶν λόγων συνηδόμενος καὶ κατακηλούμενος, ὑπέσχετο εἰς ἅπαντα πράσσειν ἑτοιμότατά τε καὶ σπουδαιότατα. καὶ οἷς ἐβουλεύετο τούτων πέρι συνέπραττόν τε μάλιστα καὶ συνήνουν ὁ ἱερομύστης τε καὶ οἱ ἐν τέλει. καὶ ὅτι τάχιστα οἱ

1 ἀπηνὲς Petavius. 2 ἀνελεῖσθε? 10 ἐπὶ τέλει P : corr Petavius. 13 πείθεσθαι ἔχοιτε, αὐτίκα δὲ — ἐκπέμποιτε (πεισθείη — καθιστάμενος), σπείσεσθε? 14 πρεσβευσαμένους P 22 ὁ ἐν τ. P

cum hostilem mutuo in vos animum ac discordiam susceperitis, quamplurima vobis bella, quod ipsum immane ac detestandum est, consciscetis. ac tum sudoris et laboris, ut apparet, plurimum capietis, tum corporum ac pecuniarum innumerabilium iacturam facietis. et ut uno verbo dicam, summa calamitate belli nobis istius exitus constabit; cuiusmodi in praesentia intueri potestis: nam a quo tempore Romanum imperium ingressus sum, atrocissima quaeque vidit ac perpessum est. quamobrem reliquum erit ut rerum publicarum vestrarum infelicissimus sit status ac deploratissimus. his dictis iusiurandum insuper adiecit, magnopere studere se ut Romani ac Persae pacis inter se foedus inirent. ad haec imperator ita facturum se pollicetur; sed eorum quae iureiurando confirmata erant fidem aliquam faciendam esse dixit, iisdem illis sponte Chosroem assensurum. at Saitus "si mihi" inquit "creditis, legatos mecum ea de re ad Chosroem mittetis: nec dubito quin ad meam sententiam accedat, ita tamen si et nobiscum foedus societis et in posterum pacem firmam ac sinceram custodiatis."

Heraclius blanda hac oratione delinitus prolixe omnia perfecturum se esse promisit. ita consilio habito, vehementer ea res patriarchae ac magistratibus placuit, eique promovendae opera omnis adhibita. quare

διαπρεσβευσόμενοι ἐξελέγοντο, Ὀλύμπιος μὲν ὁ τὴν τῶν ὑπάρχων τῶν πραιτωρίων διέπων ἀξίαν, Λεόντιος δὲ ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος, Ἀναστάσιός τε ὁ τὴν οἰκονομίαν τοῦ μεγίστου ἱεροῦ, ᾧ σοφία ὁ θεῖος λόγος ἐπώνυμον, τῶν πραγμάτων πεπιστευμένος. τούτους παραλαβὼν Σαΐτος καὶ ἅρας ἐκ Καλχηδόνος ὀπίσω ἀπήλαυνε καὶ πρὸς τὰ Περσικὰ ἤθη ἐχώρει· καὶ ἕως μὲν τῆς Ῥωμαίων ἐπέβαινε γῆς, διὰ τιμῆς ἦγε καὶ θεραπείας ἠξίου, τῇ Περ- P 9
σικῇ δὲ ἐμβαλὼν πέδας τὰς ἐκ σιδήρων αὐτοῖς περιθέμενος δεσμώτας παρὰ Χοσρόην ἐκόμισε. Χοσρόης δὲ ἐπεὶ ἔγνω ὡς Σαΐτος Ἡράκλειον ὡς βασιλέα εἰδέ τε καὶ τετίμηκεν, ἀλλ' οὐ δορυάλωτον ἑλὼν ὡς αὐτὸν ἤγαγεν (ἐν τούτῳ γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς ἐλπίδος ὠνειροπολεῖτο καὶ ἔκειτο), μεγάλα τε ἐπ' αὐτῷ ἠγανάκτει καὶ τέλος εἰς ἀσκὸν αὐτῷ ἀπέδειρε τὴν δοράν, πικρὸν αὐτῷ καὶ βίαιον καταστήσας τὸν θάνατον. Ῥωμαίων δὲ τοὺς πρεσβευτὰς ἰδίᾳ διαστείλας ὡς ἕκαστον φρουραῖς ἀσφαλεστάταις ἀπέθετο καὶ ἐκάκου τὰ μέγιστα.

Ταῦτα οὐ μικρῶς ἠνία τὸν βασιλέα καὶ ἐπετάραττεν. ἐφ' B
οἷς καὶ λιμὸς τηνικαῦτα τῇ πολιτείᾳ ἐπεφύη βαρύτατος· οὐ γὰρ ἡ Αἴγυπτος αὐτοῖς τὸ λοιπὸν ἐπεσίτιζεν, ἐξ οὗ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν βασιλικῶν ἐπελελοίπει σιτηρεσίων. ἐν τούτοις καὶ νόσος λοιμώδης τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐπισκήψασα θανάτῳ τὰ πλήθη τὰ ἐν αὐτῇ διέφθειρεν. ὧν ἁπάντων ἕνεκεν πολλὴ δυσθυμία καὶ ἀπορία τῷ κρατοῦντι περιεκέχυτο. καὶ οἴχεσθαι διὰ ταῦτα πρὸς Λιβύην

1 διαπρεσβευσάμενοι P

legati illico decernuntur, Olympius praetorio et Leontius urbi praefectus, Anastasius maioris templi, quod Sophiae appellatur, oeconomus. cum his Saitus, abductis a Calchedone copiis, recessit et in Persidem profectus est. ac quamdiu iter per Romanum imperium fuit, legatos omni honore ac cultu prosequebatur: simulatque vero Persarum fines attigit, ferreas catenas iniiciens ad Chosroem deduxit qui ubi comperit Heraclium a Saito imperatoris loco habitum et honoratum, non ad se tanquam captivum abreptum, quod iamdudum somniabat atque animo praeceperat, vehementer in eum commotus est, ac postremo detracta pelle et utre ex illa facto acerba ac violenta morte damnavit: Romanorum vero legatos seorsim quam diligentissimis custodiis habitos miserandum in modum afflixit.

Angebant haec imperatoris animum et magnopere terrebant. accedebat et famis acerbitas, quae sub idem tempus imperium Romanum invasit, cum nihil amplius frumenti ex Aegypto subveheretur; ex quo im- a. 618
peratoriae annonae magna ex parte suppressae sunt. sed et pestilens morbus tota urbe grassatus magnam civium multitudinem absumpsit. quibus ex incommodis imperator summum in moerorem ac desperationem redactus est. iamque migrare in Africam cogitabat, et magnam opum

βουλομένῳ ἦν. καὶ αὐτόθι χρήματα τέως πλεῖστα, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ λίθων τοὺς τιμιωτάτους, προύπεμπεν· ὧν οὐκ ὀλίγιστα καταίροντα κλύδωνι μεγίστῳ περιπεπτώκει καὶ τοῖς ποντικοῖς ῥείθροις βρύχια γέγονεν. ταῦτα τοίνυν τῶν πολιτῶν αἰσθόμενοι, ὡς δυνατὰ ἦν αὐτοῖς, διεκώλυον. ὁ γοῦν ἱεράρχης ἐπὶ
C τοῦ ἱεροῦ τοῦτον καλέσας ὅρκοις ἐνταῦθα περιεδέσμει ὡς ἥκιστα τῆς βασιλευούσης ἐξίστασθαι. οἷς εἶξας τὰς μὲν παρούσας τύχας ἀπωλοφύρετο, τὰς δὲ γνώμας τὰς αὐτῶν καὶ οὐκ ἐθελοντὴς ἔστεργε.

Χρόνος δέ τις παρῴχετο, καὶ ὁ τῶν Οὔννων τοῦ ἔθνους κύριος τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἄρχουσι καὶ δορυφόροις ἅμα εἰς Βυζάντιον εἰσῄει, μυεῖσθαι δὲ τὰ Χριστιανῶν βασιλέα ἐζήτει. ὁ δὲ ἀσμένως αὐτὸν ὑπεδέχετο, καὶ οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες τοὺς Οὐννικοὺς ἄρχοντας καὶ τὰς ἐκείνων γαμετὰς αἱ τούτων αὐτῶν τῷ θείῳ λουτρῷ ἐτεκνώσαντο σύζυγοι. οὕτω τε τὰ θεῖα μυηθεῖσι δώροις βασιλικοῖς καὶ ἀξιώμασιν ἐφιλοτιμήσατο· τῇ γὰρ ἀξίᾳ τοῦ πατρι-
D κίου τὸν ἡγεμόνα τοῦτον τετίμηκε, καὶ πρὸς τὰ Οὐννικὰ ἤθη φιλοφρόνως ἐξέπεμπε.

Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ τῶν Ἀβάρων τοῦ ἔθνους ἡγεμὼν ἐπὶ συμβάσεσιν ὡς Ἡράκλειον ἐπικηρυκεύεται. ἐφ' ᾧ λίαν ὑπεραγάμενος δώροις αὐτὸν ἠμείβετο, καὶ δὴ καὶ ἔπεμπεν ὡς αὐτὸν ἀγγελιαφόρους, Ἀθανάσιον τὸν πατρίκιον, εἶτα μετ' αὐτὸν καὶ Κοσμᾶν τὴν ἀξίαν ἣν δὴ κυαίστωρα καλοῦσι, τὸ τῆς βασιλέως γνώμης αὐτῷ

14 αὐτῶν] αὖ? 17 τούτων?

vim aurique et argenti copiam ac gemmarum eo praemiserat. quarum rerum haud exigua pars cum iam appelleret, ingenti coorta tempestate naufragio periit. haec cum cives animadvertissent, quoad in ipsis situm erat, impediebant. ac demum patriarcha imperatorem ad templum vocans iurisiurandi religione obstrinxit, non se ab urbe regia discessurum. quibus ille cedens, tametsi praesentibus miseriis ingemisceret, eorum tamen voluntati vel invitus paruit.

Post haec aliquanto temporis elapso Hunnorum rex cum procerum suorum ac satellitum stipatu Byzantium pervenit, et ab imperatore Christianis sacris initiari se petiit. quo libenter excepto, Hunnorum principes a Romanis principibus et illorum coniuges ab horum coniugibus de sacro fonte suscepti sunt. inde illos omnes divinis mysteriis initiatos donis regiis ac dignitatibus affecit: quippe duci ipsi patriciatus honorem detulit, et in Hunnorum regionem humanissime dimisit.

a. 619 Post haec Avarum princeps legatos de pace ad Heraclium misit; quibus magnopere gavisus donis illum remuneratus est, ad eumque vicissim legatos destinat, Athanasium patricium et Cosmam quaestorem, qui

ἀποίροντας. ὁ Ἄβαρος δὲ τὰ πρὸς φιλίαν ὑποκρινόμενος, αἱμύλα τε καὶ ἐπαγωγὰ πρὸς αὐτοὺς ἀποφθεγγόμενος ὑπήγετο, ὡς φίλος εἴη Ῥωμαίοις, καὶ ἥκειν ὡς βασιλέα ἐπὶ σπονδαῖς ἐπήγγελτο. οἳ P 10
δὴ καὶ ἀναζεύξαντες τὰ τῆς εὐνοίας ἐκείνου εὔδηλα βασιλεῖ ἐποίουν.
οἷς ἄγαν ὑπερηδόμενος βουλεύεται εἰς τὴν πόλιν Ἡράκλειαν, καθὰ ἦν αὐτοῖς συγκείμενον, τῷ Ἀβάρῳ συμβαλεῖν. τὴν θυμελικὴν σκευὴν προύπεμπε, καὶ ἱππικὴν ἀγωνίαν ἐπὶ τῇ δοχῇ αὐτοῦ τελεῖν εὐτρέπιζε, στολήν τε αὐτῷ λαμπρὰν καὶ τοῖς συνομαρτοῦσιν ἐκόμιζεν. εἶτα κατὰ τὴν Σηλυμβρίαν πόλιν ἀφιγμένος ηὐλίζετο. τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ὁ χαγάνος σὺν πλήθει πολλῷ τῶν Ἀβάρων ἀμφὶ τὴν Ἡράκλειαν παρῆγε. ἀποδασμὸν δέ τινα τῶν οἱ ἑπομένων, οἳ ἄλκιμοί τε καὶ μαχιμώτατοι ἐτύγχανον, ἀπολεξάμενος, κατὰ τὰ ὑπερκείμενα τῶν μακρῶν λεγομένων τειχῶν λοχμώδη τε καὶ ἀμφιλαφῆ ἐκπέμψας, σκεδάννυσι κρύβδην κατὰ τῶν τε ἐκεῖ B
ὀρῶν χωρήσειν τὰ λάσια, ὡς ἂν κατὰ νώτου τοῦ βασιλέως γενόμενοι, αὐτόν τε μέσον καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀποληψόμενοι, σχοῖεν εὐχείρωτον. τούτου Ἡράκλειος αἰσθόμενος, καὶ οὐ μετρίως τῷ παραλόγῳ καταπλαγείς, τὸ ἄλουργὸν ἀπαμφιέννυται ἔσθημα· οἰκτρὸν δέ τι καὶ πενιχρόν, ὡς ἂν ἰδιώτης τοῖς ἐντευξομένοις φαίνοιτο, περιβαλόμενος ἔνδυμα, τόν τε στέφανον τὸν βασίλειον τῇ ὠλένῃ περιαψάμενος, ἀγεννῶς παραχρῆμα εἰς φυγὴν ἐτράπετο, καὶ μόλις πρὸς τὸ Βυζάντιον διεσώζετο. οἱ δὲ Ἄβαροι σὺν θυμῷ κατὰ τὴν δίωξιν ἐπετίθεντο, καὶ πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὁ Ἑβδομον

1 ἀποφέροντας Petavius. 6 τὴν οὖν θυμ.? 14 τε abundat.
17 τούτους P: corr Petavius.

xerat, in urbem intromittunt. inde portis occlusis eundem Georgium ac Ioannem gladiis obtruncant, milites qui extra muros relicti erant, cumque iis Dunum ac Zoilum, per Chazaros, qui illuc praesidio venerant, ad Chaganum transmittunt; quos barbari in itinere interficiunt. neque his contenti Chersonitae probra in Iustinianum ac maledicta coniiciunt, eiusque loco Bardanem quendam exsulem imperatorem salutant. quare Iustinianus maiorem in modum exacerbatus primum in Heliae filios, qui adhuc maternis in ulnis gestabantur, saevitiam exercet. tum eius uxorem coquo suo, Indo genere, toto corpore deformissimo per vim nuptui tradit. alia rursus magna classe confecta Maurum patricium praefecit; qui Chersonem funditus delere ac cives omnes nullo discrimine interficere iussus traiecto mari impigre rem aggressus est. sed irrumpentes repente Chazari urbem ab exitio vindicant. Bardanes vero ad Chazarorum principem confugit. interim Maurus patricius, cum neque obsidionem urgere posset nec redire ad imperatorem auderet, cum Chersonitis conspirans Iustinianum pariter cum illis reiicit, et Bardanem imperatorem proclamat, quem mutato nomine Philippicum appellant. tum eundem per legatos a Chazaro reposcunt. qui centum aureis viritim a Romanis exactis de Bardanis salute iusiurandum dedit. inter haec Iu-

ἑκατὸν νομίσματα εἰληφώς. Ἰουστινιανὸς δὲ χρόνου παρερχομένου ὑπώπτευσεν ὡς καὶ πάρ' αὐτῶν ἠθετημένος εἴη. διὰ τοῦτο αἱρεῖται Τέρβελιν τὸν ἄρχοντα τῶν Βουλγάρων καὶ τηνικαῦτα συμμαχεῖν αὐτῷ. ὃ δὲ πέμπει πρὸς αὐτὸν ἄνδρας ὡς τρισχιλίους, οὓς δεξάμενος συμπεραιοῦται αὐτοῖς, καὶ ἅμα τῷ τοῦ Ὀψικίου λεγομένῳ στρατῷ εἰς τὸ καλούμενον πεδίον τοῦ Δαματρὺ ἱδρύσασθαι παρεκέλευσεν. αὐτὸς δὲ τούς τε ἄρχοντας ἑαυτοῦ καὶ στρατὸν ὁπλίτην ἕτερον παραλαβὼν πρὸς τοῖς Ποντικοῖς ἐξέδραμε χωρίοις, ἄχρι παραθαλασσίου κώμης Γιγγλίσσου ὀνομαζομένης, ὥστε B ἀναμανθάνειν οἷα τὰ ἐν Χερσῶνι αὐτῷ ἐπραγματεύετο. ἐπὶ χρόνον δέ τινα ἐκεῖσε διατρίψας, καὶ θεασάμενος τὸν τοιοῦτον στόλον σὺν τῷ Φιλιππικῷ βασιλεύοντι πρὸς Βυζάντιον καταίροντα, πρὸς τὸν καταλειφθέντα αὐτῷ λαὸν κατὰ τὸν Δαματρὺ παλινοστεῖ. Φιλιππικὸς δὲ πολέμου ἐκτὸς εἰς τὴν πόλιν εἰσῄει, καὶ αὐτίκα Ἡλίαν σὺν ὁπλίτῃ λαῷ κατὰ Ἰουστινιανοῦ ἀποστέλλει. καὶ αὐτὸς τῷ μὲν συνόντι Ἰουστινιανῷ πλήθει ὅρκοις τὰ τῆς σωτηρίας ἐβεβαίωσε, καὶ τὸν τῶν Βουλγάρων λαὸν σώους ἐπανήκειν ὑπέσχετο, αὐτοῦ δὲ Ἰουστινιανοῦ τὴν κεφαλὴν ἐκτέμνει, ἤδη ἔτος ἕκτον ἀνύσαντος ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ, καὶ πρὸς Φιλιππικὸν ἐκπέμπει. ὃ δὲ ταύτην δεξάμενος πρὸς τοῖς ἑσπερίοις τόποις C ἄχρι Ῥώμης ἀπέστελλε. Μαῦρον δὲ τὸν πατρίκιον καὶ Ἰωάννην τὸν βασιλικὸν δορυφόρον, ἐπίκλην Στροῦθον, κατὰ Τιβερίου τοῦ υἱοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐξέπεμψεν, ὃν καταλαμβάνουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καταφυγόντα τοῦ ἱεροῦ τῆς πανάγνου Θεομήτορος τοῦ ἐν Βλαχέρναις ὄντος, ἐν ᾧ εἰσπηδήσας Ἰωάννης ἁφέλκεται τῆς ἱερᾶς

stinianus elapso iam tempore proditum se ab illis suspicans, etiam tum a Terbeli Bulgarorum rege auxilium postulat; a quo tribus ferme milibus acceptis, copiisque omnibus una cum Obsequianis traiectis, in eo campo quem Damatryn vocant castra metari iubet. ipse cum ducibus aliaque armatorum manu ad Ponticos fines occurrit Ginglissum usque, maritimum vicum, ut de his quae ad Chersonam gesta fuerant certi quidpiam comperire posset. ubi aliquantum commoratus, cum eiusmodi navales copias Byzantium cum imperatore Philippico navigantes vidisset, Damatryn ad exercitum rediit. Philippicus sine pugna urbem ingredi- a. 702
tur, ac statim Heliam cum armaturis contra Iustinianum mittit. qui omnibus qui cum Iustiniano erant, data fide vitam ac salutem concessit, Bulgaris vero ut sine fraude ad suos redirent permisit. tum Iustiniani caput, sexto anno quam imperare secundo coeperat, praecidit et ad Philippicum mittit. hoc ille accepto in Occidentem Romam usque perferri iubet. inde Maurus patricius et Ioannes e schola palatina, cognomento Struthus, contra Tiberium Iustiniani filium missi sunt; quem in templo castissimae dei matris, quod in Blachernis est, ad aram, quo ille confugerat, reperiunt. eo igitur Ioannes irrumpens sacrae mensae

ἐξημμένον τραπέζης, μήτε τὰ ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου εὐλαβηθεὶς μήτε τοῖς πολλοῖς δάκρυσιν Ἀναστασίας τῆς αὐτοῦ μάμμης εἴξας· παρῆν γὰρ καὶ αὐτὴ τῷ ἐγγόνῳ συγκινδυνεύουσα. καὶ τοῦτον εἰς τὴν καλουμένην τῶν Καλλινίκων ζῴων ἀλόγων δίκην μαχαίρᾳ ἀποσφάττουσιν, ἐν τῷ ἱερῷ τῶν θείων Ἀναργύρων τῶν καλουμένων
D τῶν Παυλίνης ταφῆναι προστάξαντες. μεθ' ὃν συλλαμβάνονται καὶ Βαρασβακούριον καὶ τοὺς λοιποὺς Ἰουστινιανοῦ ἄρχοντας, καὶ πάντας ξίφει ἀναιροῦσι.

Φιλιππικὸς δὲ ἀσέμνως καὶ ῥᾳθύμως τὰ βασίλεια διέπων ἐφαίνετο, τοὺς δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ οἰκουμενικῇ συνόδῳ πατέρας ἀναθέματι καθυπέβαλε, τὰ παρ' αὐτῶν εὐθέως δογματισθέντα δύο τοῦ σωτῆρος θελήματα καὶ ἐνεργείας μὴ ἀποδεχόμενος, συλλήπτορα εὑρίσκων Ἰωάννην τὸν τηνικαῦτα τῆς πόλεως ἀρχιερέα καὶ Γερμανὸν τὸν Κυζίκου μητροπολίτην καὶ ἑτέρους ἱερεῖς καὶ συγκλητικοὺς πλείστους.

Ἐν τούτοις τῶν Βουλγάρων ὁπλίτης ὅμιλος ἀθρόως τοὺς ἐν
P 32 τῷ Θρᾳκικῷ Βοσπόρῳ οἰκοῦντας ἐπεισπίπτει· καὶ λαὸν πλεῖστον καὶ σκεύη οὐκ ὀλίγα παρ' αὐτῶν προσκτησάμενοι, ἀδείας δὲ αὐτοῖς προσγενομένης, καὶ πρὸς τῷ χερσαίῳ τείχει τῆς πόλεως σκεδάννυνται, ἄχρι καὶ τῆς χρυσῆς καλουμένης πύλης προεκδραμόντες. ἐκεῖθεν ὑπονοστήσαντες πολλὰ τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία καταλῃΐζονται. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὸ τῶν Σαρακηνῶν ἔθνος τὴν Ῥωμαίων κατέθεον χώραν, καὶ τὰ πλεῖστα μέρη διεκτρέχοντες πλεί-

9 τὴν βασιλείαν? 22 τὴν] τῶν P

nequicquam haerentem abducit, nihil neque loci religione neque Anastasiae illius aviae lacrimis commotus: aderat enim periculi cum nepote particeps ac socia. tum in eo loco qui Callinicorum dicitur, pecudis more iugulatum in sanctorum Anargyrorum, quos Paulinae nuncupant, templo sepeliri iubent. cum eo comprehensus pariter Barasbacurius ceterique Iustiniani duces, et ad unum gladio caesi.

a. 712 Post haec Philippicus imperium turpiter ac negligenter administrat, et eos patres qui in sexta oecumenica synodo convenerant anathemate condemnat, quae ab iis de duplici Christi domini voluntate et actione decreta erant improbans. qua in re adiutorem nactus est Ioannem Cpolitanum patriarcham et Germanum Cyzici metropolitanum aliosque tam sacerdotes quam senatores plurimos.

Inter haec Bulgarorum exercitus Bospori Thraciae accolas subita eruptione nec opinantes aggressi sunt. tum plerisque captivis ac copiosa supellectile comparata animosiores facti, ad usque murum urbis qui continentem respicit dispersi, sub ipsam portam quam Auream vocant excurrunt. inde regressi Thraciae loca praedationibus infesta habuerunt. accessit ad haec mala Saracenorum incursio, qui per Romanos agros longius evagati et usquequaque diffusi plurimum damni hominibus ac pe-

στην ὅσην βλάβην ἀνθρώπων τε καὶ κτηνῶν ἐποιοῦντο, τήν τε Μήδειαν καὶ ἕτερα πολίσματα συμπαραλαμβάνουσι. Φιλιππικὸς δὲ γενέθλιον τῆς πόλεως ἡμέραν ἐπιτελέσας καὶ ἀμιλλητήριον τῶν ἵππων ἀγῶνα ἐπιδειξάμενος, εἶτα τοὺς φίλους συμποσιάσας εἰς B
ὕπνον κατὰ τὸν μεσημβρινὸν τῆς ἡμέρας καιρὸν ἐτράπετο. συμβαίνει δέ γε αὐτῷ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐντεῦθεν. Γεώργιός τις ὄνομα, τὸ ἐπίκλην Βούραφος, πατρίκιος τυγχάνων καὶ τοῦ Ὀψικίου στρατοῦ ἡγούμενος, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ τηνικαῦτα ἐπιδημῶν φυλακῆς ἕνεκα τῆς χώρας διὰ τὴν τῶν Βουλγάρων καταδρομήν, γνώμῃ Θεοδώρου τοῦ πατρικίου τὸ ἐπίκλην Μυακίου πέμπει τῶν ὑπηρετῶν τινά, Ῥοῦφον ὄνομα, σὺν ὀλίγοις στρατιώταις πρὸς τὸ Βυζάντιον τὰ πρὸς τὴν Φιλιππικοῦ ἐπιβουλὴν ἐπιτελέσοντα· ὃς ἀθρόως κατὰ τὰ βασίλεια ἐπεισπίπτει, καὶ τὸν βασιλέα καθεύδοντα καταλαβὼν ἐξανίστησί τε τοῦ ὕπνου καὶ πρὸς τὸν τοῦ ἱπποδρομίου ἐξάγει
χῶρον, κἀκεῖσε αὐτοῦ τὰς ὄψεις ἀπετύφλωσε, δεύτερον ἔτος ἐν C
τῇ βασιλείᾳ διάγοντα. τῇ ἐπαύριον ἡμέρᾳ (ἦν τῆς πεντηκοστῆς ἑορτάσιμος) ἀθροισθεὶς ὁ τῆς πόλεως ἅπας δῆμος πρὸς τὸ ἱερὸν τοῦ θείου λόγου τέμενος ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, οὓς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρῆτις, ἐπονομάσαντες αὐτὸν Ἀναστάσιον. ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν τυφλοῦσι Θεόδωρον τὸν πατρίκιον, ὡσαύτως καὶ Γεώργιον, καὶ τοῦτον ἐξόριστον ἐν Θεσσαλονίκῃ πέμπουσιν.

Ἀναστάσιος δὲ δι' ἐπιμελείας τὰ πολεμικὰ πράγματα εἶχε, καὶ ἄρχοντας ἱκανοὺς πρὸς τὰς τούτων διοικήσεις καθίστα.

2 Μίδειαν? 16 διάγοντος? ἦν δὲ ἡ τῆς?

coribus intulerunt. capta tum ab iis Medea cum aliis nonnullis oppidis. interim Philippicus, celebrato urbis natali atque equestri spectaculo dato, cum amicis epulum praebuisset, meridiandi causa secessit. quo tempore factis hunc in modum insidiis oppressus est. Georgius cognomento Buraphus, patricius et Obsequianis copiis praefectus, per illud tempus in Thracia erat praesidii causa, quo eam provinciam a Bulgarorum incursione defenderet. hic igitur Theodori patricii, cui Myacio cognomen erat, consilio Rufum quendam ex officio suo cum exigua manu Byzantium mittit, ut quae contra Philippicum moliti fuerant perficeret. hic repentino impetu ad palatium advolans imperatorem dormientem offendit; statimque a somno excitatum ad Hippodromum deduxit, ubi oculis illum privavit anno eius imperii secundo. postridie, cum pentecostes festum ageretur, universa populi multitudo ad sacrum divini verbi templum confluens Artemium Philippici notarium (quem Latini a secretis nomi- a. 713
nant) imperatorem proclamat, eidemque Anastasii nomen imponit. paucis inde diebus elapsis Theodoro patricio ac Georgio oculos eruunt, huncque ipsum Thessalonicam in exilium deportant.

At Anastasius totus in bellicas res incumbere coepit, et ad earum administrationem duces ac praefectos quam plurimos constituit. quae

D αἰσθόμενος δὲ ὁ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς βουλὰς ἐκίνει ὡς κατὰ
τῆς Ῥωμαίων χώρας στρατευσόμενος. ἀποστέλλει δὲ πρὸς αὐτὸν
Δανιὴλ τὸν πατρίκιον, ἀπὸ τῆς Σινωπιτῶν ὁρμώμενον πόλεως,
ὕπαρχον τηνικαῦτα τῆς βασιλίδος ὑπάρχοντα, ὡς δῆθεν τὰ τῆς
εἰρήνης ἐπικηρυκευσόμενον, τῷ ὄντι δὲ διοπτευσόμενον οἷα αὐτοῖς
τὰ κατὰ Ῥωμαίων ἐξηρτύετο· ὃς ἐπανήκων ἐπήγγειλε μεγίστην
ἔσεσθαι τοῦ ἔθνους διά τε ἱππικῶν καὶ πλοΐμων στρατευμάτων
τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας καταδρομήν. ὁ δὲ ἀκούσας ἑκάστῳ τῶν
ἐν τῇ πόλει ὡς εἴ τις τῶν ἀναγκαίων εὐπορήσει ἐπὶ τριετῆ χρόνον
διαρκούντων αὐτῷ, μένειν, ὁ δὲ τούτων ὑστερῶν οὗ ἂν βούλοιτο
P 33 ἀποτρέχειν. τὰ δὲ τείχη τῆς πόλεως ἐπιμελέστερον καινίζει καὶ
τὰ πολεμητήρια ὄργανα διασκευάζει, πλεῖστα δαπανήματα τῇ πό-
λει ἀποθέμενος, καὶ ἑτέροις οἷς ἀνῆκε πρὸς πολεμίων ἔφοδον ταύ-
την κατοχυρώσας. φήμης δὲ γενομένης ὡς ὁ τῶν Σαρακηνῶν στό-
λος ἀπὸ Ἀλεξάνδρου πόλεως ἐπὶ τὸν Φοίνικα παρεγένετο ναυπηγη-
σίμης ξυλῆς κυπαρισσίνης ἕνεκεν, ἐκλέγεται σκάφη ταχυπλόϊμα,
στρατόν τε ἐν αὐτοῖς ἐγκαταλέγει ἐκ τῶν τῆς χώρας τοῦ καλουμέ-
νου Ὀψικίου, καὶ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ῥόδῳ ἀποστέλλει. κἀκεῖσε
ἀθροισθῆναι καὶ ἄλλα Ῥωμαϊκὰ πλόϊμα συνέταξε. τούτοις ἦγε-
B μόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῶν
δημοσίων φόρων λογιστήν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ
συνήθεια, ὑπάρχοντα ἔμφρονά τε καὶ ἔμπειρον καθιστάμενον,

9 πόλει ἐπιτρέπει ὡς? an διέταττεν cum Petavio? 15 ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου? cf. p. 72 7. τὸν] f. τὴν Petavius. 16 ναυπηγησίμοις ξύλοις κυπαρισσίνοις P

cum Saracenorum principi comperta forent, nova subinde consilia molitus adversus Romanos expeditionem comparat. ad quem imperator Danielem patricium urbis praefectum e Sinope, ubi tum morabatur, destinat, per speciem impetrandae pacis, re ipsa autem ut omnem illius contra Romanos apparatum exploraret. qui reversus gentem illam cum ingenti equitatu classeque maxima parare Romanorum in fines expeditionem nuntiat. quibus auditis imperator omnibus qui in urbe erant, qui quidem necessarios sumptus ad triennium haberent, manendi potestatem facit, reliquis, quibus tantum non suppeteret, abire quoquo velint permittit. ipse muros diligentius reficere, machinas ad bellum comparare, necessarias omnes copias in urbe congerere, ceteris quibus contra hostium impetus opus erat munire illam atque instruere. interim cum iam rumor percrebuisset Saracenorum classem caedendae ad navium fabricam cupressinae materiae causa Alexandria in Phoenicen traiicere, imperator expedita navigia colligens in ea contractum ex Obsequiana regione exercitum imponit, et ad Rhodum insulam mittit: eo reliquam Romanorum classem convenire iubet. summae deinde rei Ioannem praeficit magnae ecclesiae diaconum et curatorem publicorum vectigalium, quem generalem logothetam appellare vulgo solent, virum prudentem et

ὅστις τὸν ἅπαντα παρέλαβε στόλον. ὃς πρὸς τῇ Ῥόδῳ γενόμενος καὶ τὰ ἐντεταλμένα ἀπαγγέλλων καταπειθεῖς εὗρισκε καὶ προθύμους πρὸς τὸν διάπλουν ὑπάρχοντας τοὺς συνειλεγμένους ἅπαντας. μόνοι δὲ οἱ παραγενόμενοι τοῦ Ὀψικίου στρατοῦ τὴν τοιαύτην ὁδοιπορίαν δεδοίκεσαν. στασιάζουσιν οὖν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὸν μὲν βασιλέα Ἀναστάσιον ἐδυσφήμουν, Ἰωάννην δὲ τὸν διάκονον ῥομφαίᾳ ἀναλίσκουσιν. ἐντεῦθεν λοιπὸν οἱ στόλοι σκεδάννυνται, καὶ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπέπλευσαν ἕκαστος. αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν C ἀνιόντες καὶ πρὸς τὸ Ἀδραμύττιον γενόμενοι ἐκεῖσε εὑρίσκουσι Θεοδόσιόν τινα ὄνομα, τῶν δημοσίων φόρων πράκτορα, ἀπράγμονά τινα καὶ ἰδιώτην τυγχάνοντα, καὶ πρὸς τὴν τῆς βασιλείας ἀξίαν προτρέπουσιν. ὁ δὲ φυγὰς ᾤχετο καὶ εἰς ὄρος κατεκρύπτετο. αὐτοὶ δὲ ἐπιδραμόντες καὶ βιασάμενοι βασιλέα τε ἀναγορεύουσι καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἄγουσι.

Ταῦτα Ἀναστάσιος μεμαθηκὼς τὸ μὲν Βυζάντιον ἤδη προκατοχυρώσας ἐν τῇ πόλει Νικαίας τῆς κατὰ Βιθυνίαν ἐξέρχεται, κἀκεῖσε ἑαυτὸν κατασφαλίζεται. ὁ δὲ μετὰ Θεοδοσίου στρατὸς D συλλαβὼν ἅπαντα τὸν τοῦ Ὀψικίου στρατὸν καὶ πλεῖστα σκάφη ἐμπορικά, καὶ κατὰ τὸ ἤδη καὶ πρόσθεν εἰρημένον παραθαλασσίῳ χωρίῳ Χρυσοπόλεως παραγίνεται. ἐκεῖθέν τε ἐφ' ἑκάστου τοῖς ἐκ τῆς πόλεως πόλεμον προσέβαλεν, ἐπὶ μησί τε ἓξ τὰ τῆς μάχης διήρκεσε. καὶ ὁ τοῦ Ἀναστασίου στόλος πρὸς τῷ νεωρίῳ τῆς πόλεως καλουμένῳ λιμένι καταίρει, ὁ δὲ τοῦ Θεοδοσίου στόλος ἀδείας

23 κατῄρει P, f. κατῆρε Petavius.

multarum rerum experientia praeditum. hic universae classi praepositus cum Rhodum venisset, quae in mandatis habebat exposuit. ad haec assentientibus omnibus et ad navigandum paratis, soli Obsequiani profectionem illam metuebant. qui tandem seditione facta eo progressi sunt ut maledictis in Anastasium imperatorem coniectis Ioannem ipsum diaconum gladio peremerint. ea re facta tota classis huc illucque dissipata, singuli in patriam suam reversi sunt. at rebellium copiae, dum et ipsae quoque patriam repetunt et ad Adramyttium applicant, illic forte Theodosium quendam publicorum vectigalium exactorem inveniunt, quietum hominem ac privatum, eumque ad capessendum imperium hortantur. ille fuga elapsus in monte delituit. sed accurrentes illi ac vim a. 715 inferentes imperatorem salutant ac secum perducunt.

Haec ubi Anastasius comperit, Byzantio munitionibus firmato Nicaea in Bithyniam profectus est. ibi omnibus se praesidiis instruxit. interim Theodosii copiae Obsequianum omnem exercitum ac multas negotiatorum naves occupant; moxque, ut paulo ante relatum est, ad maritimam stationem Chrysopolitanae urbis applicant. inde oppugnare eam aggressi sex mensibus in obsidione persistunt. quae dum geruntur, Anastasii classis ad navale (id urbis portui nomen est) appellit. Theo-

ἐπιλαβόμενος διαπορθμεύεται πρὸς τὰ Θρᾳκῶα, καὶ τούτων ἐκράτησεν. ἐπὶ προδοσίᾳ δέ τινας ὑποφθείραντες διὰ τῆς πύλης τῆς καλουμένης Βλαχερνῶν τὴν πόλιν εἷλον, καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης εἰς τοὺς οἴκους τῶν πολιτῶν εἰσδραμόντες μεγίστην αὐτοῖς βλάβην
P 34 εἰργάσαντο. τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ ἄρχοντας ἅμα Γερμανῷ τῷ τηνικαῦτα ἱεράρχῃ τῆς πόλεως ἀποστέλλει ὡς τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πιστωσόμενος Ἀναστασίῳ. ὁ δὲ τούτους ἤδη λόγον ἤτησεν ὡς μήτε τι κακὸν πάθῃ, καὶ τὸ μοναχικὸν περιβαλόμενος σχῆμα πρὸς Θεοδόσιον ᾤχετο· ὁ δὲ ἕτερον μηδὲν βλάψας κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην ἐξόριστον ἔπεμψεν.

Ἐπεὶ οὖν πυκναὶ τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις ἐγένοντο καὶ ἡ τυραννὶς ἐκράτει, τά τε τῆς βασιλείας καὶ τῆς πόλεως κατημελεῖτο καὶ διέπιπτε πράγματα, ἔτι μὴν καὶ ἡ τῶν λόγων ἠφανίζετο παίδευσις καὶ τὰ τακτικὰ διελύετο. ἐξ ὧν συνέβαινε καὶ τοὺς πολε-
B μίους τῆς τῶν Ῥωμαίων κατατρέχειν ἀδεῶς πολιτείας, φόνοι τε πολλοὶ καὶ ἀπαγωγαὶ καὶ πόλεων ἁλώσεις. ἐντεῦθεν καὶ οἱ Σαρακηνοὶ ὁρμῶσι κατ' αὐτῆς τῆς βασιλευούσης, διὰ τῆς ἠπείρου στέλλοντες ἐκ διαφόρων ἐθνῶν τῶν ὑπὸ χεῖρα ἱππικά τε καὶ πεζικὰ στρατεύματα ἀριθμοῦ κρείττονα. ὡσαύτως καὶ στόλον πολὺν ἀπέστειλαν ἄχρι καὶ εἰς χιλίας ὀκτακοσίας ναῦς, ἡγεμόνα τούτων τινὰ καταστήσαντες Μουσαλμᾶν τῇ σφῶν διαλέκτῳ καλούμενον. ταῦτα μαθόντες οἱ στρατιωτικοὶ καὶ πολιτικοὶ ἄρχοντες καὶ τὴν τοῦ Θεο-

7 πιστωσάμενος P: corr Petavius. 11 πυκναὶ κατὰ τῶν?

dosiana vero classis liberam ea re facultatem nacta in Thraciam navigans eam provinciam obtinuit. post haec quorundam proditione, quos pretio corruperant, per portam quae Blachernarum dicitur in urbem ingressi sunt. tum sequenti nocte per civium domos grassati magnam iis vastitatem inferunt. Theodosius porro urbanos omnes magistratus cum Germano patriarcha ab urbe dimittit, ut quae gesta erant ad Anastasium perferrent. is accepta fide nihil se mali passurum, monachorum habitu vestitus ad Theodosium se contulit, a quo nullo alio malo affectus Thessalonicam deportatus est.

Dum assiduae hunc in modum contra imperatores coniurationes existunt, dumque invalescente tyrannide imperii status ac rei publicae negligitur ac paulatim in deterius prolabitur, una et literarum studia restingui atque intercidere coeperunt, nec minus disciplina militaris pessumdari. ita factum ut Romanum imperium bellis impune lacesseretur, ac caedes passim promiscue et abductiones hominum et urbium eversio-
a. 716 nes fierent. accessit ad horum malorum cumulum Saracenorum irruptio, qui contra regiam urbem terrestri expeditione facta infinitas equitum ac peditum copias ex subiectis sibi gentibus collegerant. eodemque tempore classem ingentem mille octingentarum navium circiter miserant, duce Musalmano: ita enim gentili eum lingua vocabant. quibus rebus cognitis, tam militiae praefecti quam civiles magistratus, cum Theodo-

δοσίου ἀπειρίαν, καὶ ὡς οὐχ ἱκανῶς ἔχει τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντικαθίστασθαι, ἐφίστανται αὐτῷ παραινοῦντες τὴν βασιλείαν παραιτήσασθαι καὶ ἀβλαβῶς ἰδιωτεῦσαι. καὶ αὐτὸς ὑπεχώρει, ἐνιαυτὸν ἕνα ἐν τῇ βασιλείᾳ διαρκέσας. εἶτα εἰς ψῆφον ἐληλυ- C
5 θότων τοῦ βασιλεύσοντος ᾑρέθη Λέων ὁ πατρίκιος, τηνικαῦτα στρατηγὸς ὢν τοῦ τῶν ἀνατολικῶν λεγομένου στρατοῦ. καὶ ὡς ἦν ἔθος βασιλεῦσι, διὰ προπομπίου δοχῆς διὰ τῆς χρυσῆς καλουμένης πύλης εἰς τὸ Βυζάντιον εἰσελαύνει, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γενόμενος ἐκεῖσε τὸν τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο στέφανον.
10 Ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν λαὸς πλεῖστα τῶν Ῥωμαίων καθελὼν πολίσματα καταλαμβάνει τὴν Πέργαμον καλουμένην πόλιν, καὶ ἤδη τῆς πρὸς αὐτὴν πολιορκίας εἶχοντο. καὶ ταύτην αἱροῦσιν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἔκ τινος δαιμονικῆς ἐπινοίας οἱ τῆς πόλεως ἔνδον D
πρωτοτόκον κόρην λαβόντες ἐγκυμονοῦσαν καὶ ἤδη πρὸς τὸ τεκεῖν
15 ἐγγίζουσαν, καὶ ταύτην τε ἀνέτεμον καὶ τὸ ἐν αὐτῇ βρέφος ἄραντες ἐπὶ λέβητος ὕδατι ἑψοῦσιν, ἐφ᾽ οὗ οἱ πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς ἐχθροῖς παρεσκευασμένοι τὰς χειρίδας τῶν δεξιῶν χειρῶν κατεβάπτισαν. ἐκεῖθέν τε τὰ ἐξ ὀργῆς τοῦ θεοῦ κατελάμβανεν· αἱ γὰρ χεῖρες ἐφάπτεσθαι ὅπλου διείργοντο, καὶ ἀπρακτούντων οἱ πολε-
20 μιοι τὴν πόλιν εἷλον ἀμαχητί. ἐκεῖθεν ἄραντες οἱ Σαρακηνοὶ πρὸς τῷ στενῷ τῆς Ἀβύδου καταλαμβάνουσι καὶ εἰς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἀντιπεραιοῦνται. καὶ πλεῖστα ταύτης ἑλόντες πολίσματα ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν ἀφίκοντο, καὶ χάρακα ταύτῃ περιβάλλουσι, καὶ τῆς P 35

5 εὑρέθη P an ἐπιπνοίας?

13 δαιμονιακῆς αἰτίας lemma notae Petavianae.

sii imperitiam animadverterent neque tantis hostium viribus sustinendis parem esse scirent, instare atque hortari coeperunt ut imperio sese abdicaret ac tuto se in ordinem cogi pateretur. nec condicionem abnuit ille, sed anno imperii vertente sponte se abdicavit. inde de successore deligendo consilium ineunt, ac tum forte Leo patricius oblatus est, Orientalibus copiis ea tempestate praefectus. hic igitur, ut imperatores solent, solenni pompa susceptus aurea porta Byzantium ingreditur, atque in maiore ecclesia imperatoriam coronam accipit.

At Saraceni multis Romanorum oppidis eversis Pergamum insuper a. 717
occupant; quam cum aliquamdiu obsedissent, hanc ob causam in suam potestatem redigunt. oppidani furore quodam mali daemonis correpti praegnantem puellam, quae tum primum uterum ferebat, iam vicinam partui consecant, ac detractum utero fetum in aquae caldario percoquunt; dehinc milites omnes dextrae manus digitos in vas illud immergunt. verum tam immane facinus repente divina ira consequitur: nam neque manus contrectare arma potuerunt, et cessantibus illis hostes urbe sine praelio potiti sunt. hinc profecti Saraceni ad fauces Abydi atque in Thraciam postremo delati sunt. nec paucis illic oppidis subactis regiam ad urbem contendunt. quam cum operibus cinxissent, tredecim

πολιορκίας εἶχοντο, τρισκαιδεκαμηνιαῖον χρόνον ἐν τῇ προσεδρίᾳ διανύσαντες, ἰδέας μηχανημάτων ὡς πλείστας προσενέγκαντες. ἐν τούτῳ καταλαμβάνει καὶ ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος, οὗ ἡγεῖτο Σολυμᾶν ὀνόματι Ἀράβων φωνῇ καλούμενος. ἐν ᾧ δὲ τῶν ὑπὸ τὸ Βυζάντιον πόρων ἀνήγοντο, αἱ κατόπιν ἰοῦσαι ναῦς, οἷάπερ νωτοφυλακοῦσαι καὶ φόρτῳ πολλῷ βεβαρημέναι ἔκ τε στρατιωτῶν πλήθους καὶ ὅπλων, καὶ ἅμα μικροῦ πνεύματος ἀντιπνεύσαντος καὶ τοῦ ῥείθρου εἰς τοὐπίσω ἄγεσθαι βιαζομένου, σχολαιότερον ἐπέπλεον. ταύτας ὁ βασιλεὺς θεασάμενος διήρεσιν ἐπιβὰς καὶ διέκπλους ποιησάμενος πυρὶ κατέφλεξεν, οὔσας τὸν ἀριθμὸν εἴ-
B κοσι. ὁ δὲ λοιπὸς ἅπας στόλος τῷ Θρᾳκικῷ προσπλεύσας Βοσπόρῳ τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Σωσθενείῳ προσορμίζεται, καὶ αὐτοῦ διεχείμαζεν. ἐν ᾧ συμβέβηκε χειμῶνα μέγιστον γενέσθαι, ὥστε μηδαμῶς γῆν ὀφθῆναι ἐκ πληθύος τῆς κατενεχθείσης χιόνος ἄχρις εἰς τὰς ἑκατὸν ἡμέρας· ἐξ οὗ πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ καμήλων καὶ λοιπῶν ζῴων ἀπέβαλον. ἔαρος δὲ ἐπιγενομένου ἐπικαταλαμβάνει καὶ ἕτερος τῶν Σαρακηνῶν στόλος πλεῖστος ἐξ Αἰγύπτου, οὗ ἡγεῖτο Σοφιὰν ὄνομα ἄρχων, φόρτον ἄγων ἐν αὐτῷ σίτου τε πλείστου καὶ ὅπλων. ὀλίγου δὲ διελθόντος χρόνου καὶ ἕτερος ἐφίσταται στόλος ἐκ τῶν περὶ Ἀφρικὴν ἀναχθείς, ὅπλων τε πολλῶν καὶ δαπανημάτων καταγέμων, οὗ
C ὑπῆρχεν ἡγεμὼν Ἰέζιδος Σαρακηνῶν ὄνομα. οὗτοι, ὥς φασι, τὴν ἐκ τοῦ ἐσκευασμένου παρὰ Ῥωμαίοις πυρὸς ὑφορώμενοι βλάβην, τὸν οὖν Βυζάντιον πόρον ἀπογνόντες τοῖς πρὸς Βιθυνίαν

15 ὀλίγων P 22 Σαρακηνὸς? cf. p. 65 10. 24 οὖν] ὑπὸ? cf. hui. p. v. 6.

totos menses in obsidione persistunt, et varia ad eam machinarum genera comparant. inter haec Saracenorum classis advenit, cuius dux erat Solyman Arabice dictus. ac dum postremo naves Byzantii fretum superant et a tergo sequuntur, utpote magna militum vi atque armorum onustae, dumque levi aura reflante et adverso maris impetu repellente tardius navigant, imperator ea re animadversa biremes conscendit, et per mediam classem elapsus numero circiter viginti succendit. ceterae naves ad Thracium Bosporum advectae ad Sosthenium portum applicant, et ibidem hiemant, quo tempore tam aspera vis hiemis fuit, ut prae nivium copia centenis diebus videri terra non potuerit. ex quo Saraceni hominum atque equorum, camelorum item ac iumentorum ingentem nu-
a. 718 merum amittunt. insequente vere altera rursum ex Aegypto classis appulit Sophiano duce, frumenti atque armorum copiam ingentem advehens; ac paulo post alia rursum ex Africa cum armorum apparatu atque annona submissa est, cui Iezidus quidam Saracenus imperabat. hi cum paratum a Romanis, ut ferunt, ignem atque incendium metuerent, Byzantii freto ob traiiciendi desperationem relicto ad Bithyniam applicant,

μέρεσι προσέσχον, ὁ μὲν πρὸς τὸν καλούμενον λιμένα Καλοῦ ἀγροῦ, ὁ δὲ πρὸς ταῖς ἀκταῖς τοῦ λεγομένου Σατύρου. οἱ δ' ἐν αὐτοῖς εἰσπλέοντες Αἰγύπτιοι νυκτὸς τοὺς ἐνεστηκότας λέμβους τῶν νηῶν εἰσβάντες πρὸς τὸ Βυζάντιον ἦκον καὶ τὸν βασιλέα εὐφήμουν. ἐφ' οἷς ἀναθαρσήσας ὁ βασιλεὺς πυρφόρους ναῦς κατὰ τῶν τοιούτων στόλων ἐξέπεμψε καὶ πάσας αὐτῶν τὰς ναῦς ἐνέπρησεν. ἐκεῖθεν λαφυραγωγήσαντες καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ὅπλων καὶ δαπανημάτων καταφορτισθέντες πρὸς βασιλέα ὑπέστρεφον.

Τούτῳ τῷ χρόνῳ Σέργιος ὁ πατρίκιος ὁ τῆς Σικελίας στρατηγὸς καὶ οἱ τὰ ἑσπέρια οἰκοῦντες, τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον καὶ τὸν βασιλέα ἀπογνόντες τῆς γενομένης τῶν πολεμίων χάριν κατ' αὐτῶν ἐφόδου, ἴδιον στέφουσι βασιλέα τῶν ὑπηρετῶν τινὰ Σεργίου Βασίλειον τοὔνομα, υἱὸν γεγονότα Γρηγορίου τὸ ἐπίκλην Ὀνομαγούλου, Τιβέριον αὐτὸν ὀνομάσαντες. τοῦτο ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς Παῦλον τὸν πατρίκιον στρατηγὸν Σικελίας προβάλλεται ἅτε πιστὸν καὶ οἰκεῖον ὑπάρχοντα καὶ τακτικῶν ἔμπειρον, καὶ πρὸς Βασίλειον ἐκπέμπει. οὗ τινὸς ἐκεῖσε καταλαβόντος Σέργιος φυγὰς ἐκεῖθεν οἴχεται καὶ πρὸς Λογγοβάρδους γίνεται, Παῦλος δὲ ἐν τῇ νήσῳ P 36
λαὸν περιαθροίσας τὰ βασιλέως ἀναγινώσκει γράμματα, δι' ὧν εἰς πίστωσιν ἐλθόντες τόν τε βασιλέα εὐφήμησαν καὶ Βασίλειον καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ προχειρισθέντας ἄρχοντας δεσμίους αὐτῷ παραδεδώκασιν. ὁ δὲ τούτους παραλαβὼν Γεώργιόν τινα καὶ ἕτέρους ἀνεῖλε, καὶ τούτων τὰς κεφαλὰς πρὸς τὸν βασιλέα ἀνέπεμψε,

2 τοῦ om P 19 δὲ τὸν ἐν?

atque alter Pulchri agri, alter Satyri portum capit. Aegyptii vero, qui una cum iis navigabant, noctu lembis qui navibus adhaerebant conscensis Byzantium confugiunt, et imperatoris nomen faustis acclamationibus prosequuntur. quibus rebus animatus imperator incendiarias naves adversus illas classes immittit, atque universas igne consumit. ex quo ingentibus spoliis ditati, illorum armis ac commeatu in suas naves impositio, ad imperatorem redeunt.

Per idem tempus Sergius patricius Siciliae dux, et qui in Occidente erant, ignari quae ad Byzantium acciderant, atque imperatoris rebus in tanta hostium incursione desperatis, quendam ex apparitione Sergii imperatorem constituunt, Gregorii cognomento, Onomaguli filium, quem mutato nomine Tiberium appellant. his auditis imperator Paulum patricium Siciliae praeficit, quem fidum sibi et coniunctum habebat ac rei bellicae peritum, eumque contra Basilium mittit. huius adventu Sergius ad Longobardos confugit. at Paulus insularibus congregatis imperatoris epistolas legit; quibus confirmati imperatori feliciter acclamantes, Basilium et electos ab eo magistratus vinctos offerunt. Paulus Georgio quodam et aliis interfectis, eorum capita ad imperatorem mittit, ceteros

τοὺς δὲ ἄλλους σὺν πληγαῖς καὶ αἰκίαις πολλαῖς, ὧν δὲ καὶ τὰς ῥῖνας ἐκτεμών, ὑπερορίαις παρέπεμψε. Σέργιος δὲ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας λόγον αἰτήσας πρὸς τὸν Παῦλον ἐκομίσθη. ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἑσπέρας πράγματα ἐν εἰρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ κατέστη.

B Μετὰ τοῦτο τίκτεται υἱὸς τῷ βασιλεῖ, ὃν ὠνόμασε Κωνσταντῖνον. πεντεκαιδεκάτῃ δὲ τοῦ ἐπεισιόντος μηνὸς Αὐγούστου πάντα τά τε ἱππικὰ καὶ πλόϊμα τῶν Σαρακηνῶν ἐκστρατεύματα τῆς βασιλευούσης ἀπεχώρουν, πλείστας ναῦς ἀποβαλόντες ὑπό τε ζάλης καὶ ἀνέμων ἀγρίων καταληφθείσας, καὶ πολλῶν μὲν εἰς τὰς νήσους ἄχρι καὶ εἰς Κύπρον σκεδασθεισῶν, ἑτέρων δὲ καὶ αὐτάνδρων τῷ βυθῷ παραδοθεισῶν. Ἀρτέμιος δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξόριστος ὢν πάλιν πειρᾶται τῆς βασιλείας ἐπικρατήσειν, καὶ ἐπεχείρει τοιάδε πράττειν. γράφει πρὸς Σισίννιον πατρίκιον τὸ ἐπίκλην Ῥενδάκιον, πρὸς τῇ τῶν Βουλγάρων διατρίβοντα χώρᾳ παρὰ

C βασιλέως τηνικαῦτα ἀποσταλέντα ὡς ἂν συμμαχίαν παρ' αὐτῶν κατὰ τῶν Σαρακηνῶν λήψοιτο, ὅπως αὐτῷ τὰ κατὰ γνώμην συμπράξειεν, ἀναπείσοι δὲ καὶ Βουλγάρους συνεργήσειν αὐτῷ. ὁ δὲ τοῦτο ὑπέσχετο. γράφει δὲ καὶ πρὸς Νικήταν τὸν μάγιστρον τὸ ἐπίκλην Ξυλινίτην, ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπάρχοντα, ἔτι δὲ καὶ πρὸς Ἰσώην πατρίκιον καὶ τοῦ λεγομένου βασιλικοῦ Ὀψικίου ἡγεμόνα, καὶ Θεοδόσιον τὸν πρώτιστον τῶν βασιλικῶν γραμματέων καθ' οὓς ἐβασίλευε χρόνους γενόμενον, καὶ Νικήταν ἐπίκλην Ἀνθρακα ἄρχοντα τειχῶν, παλαιᾶς φιλίας ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ ἑτοίμους εἶναι συντρέχειν αὐτῷ καὶ τὴν πόλιν ἀνοιγνύναι καὶ ὡς

verberibus atque ignominiis affectos, nonnullos etiam amputatis naribus, extra fines imperii relegat. Sergius accepta fide ad Paulum reversus est. inde pacatus in Occidente status rerum ac tranquillitas fuit.

Secundum haec imperatori filius nascitur, cui Constantini nomen
a. 718 imposuit. decima quinta insequentis mensis Augusti Saracenorum equitatus omnis et classis ab urbe discedit, amissis navibus quamplurimis, quas tempestas ac ventorum impetus disiecerat. harum quaedam per insulas dispersae ad Cyprum usque dissipatae sunt, aliae cum omni supplemento demersae. interim Artemius Thessalonicae exsulans de occupando rursum imperio nova consilia molitur; quod hunc in modum aggressus est. datis ad Sisinnium patricium cognomento Rhendacium literis, qui tum forte apud Bulgaros erat auxilii contra Saracenos impetrandi causa ab imperatore missus, huic igitur per literas suadet ut se conatibus suis adiutorem praeberet, sed et Bulgaros in consilii societatem pelliceret; quae omnia uti postularat facturum se esse promittit. eadem de re ad Nicetam magistrum cognomento Xylinitem Cpolim scribit, necnon ad Isoen patricium imperatorii Obsequii praefectum, et ad Theodosium notariorum quo imperabat tempore primicerium factum, itemque ad Nicetam cognomento Anthracem murorum praefectum. quibus literis pro veteri familiaritate rogat sibi ut mature subsidio esse ve-

βασιλέα ὑποδέχεσθαι. τὰ γραφέντα οὖν εὐθὺς τῷ βασιλεῖ διαγι- D
νώσκεται, καὶ τοὺς τὰ γράμματα δεξαμένους χειροῦται καὶ πλη-
γαῖς αἰκίζεται, καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι. καὶ Νικήτα μὲν τοῦ τὴν
ἀξίαν μαγίστρου καὶ Θεοκτίστου τὰς κεφαλὰς ἐξέτεμε, τοὺς δὲ
5 ἄλλους οὐ μικρῶς αἰκισάμενος καὶ δημεύσας ἐξορίαις ἀπέπεμψεν.
Ἀρτέμιος δὲ ἅμα Σισιννίῳ τῷ πατρικίῳ καὶ τοῖς Βουλγάροις μέ-
χρις Ἡρακλείας καταλαμβάνει, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ ἅπερ ἦγον ἐν
Θεσσαλονίκῃ ἀκάτια· μονόξυλα δὲ αὐτοὶ προσαγορεύουσι. γρά-
φει δὲ Βουλγάροις ὁ βασιλεὺς ὡς τὴν εἰρήνην μᾶλλον ἀσπάσοιντο
10 καὶ τοὺς ἐχθροὺς προδοῖεν. οἱ δὲ εἰς ἀπολογίαν κατέστησαν συγ-
γνώμην αἰτήσαντες καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην ὑπισχνούμενοι. καὶ τὸν P 37
μὲν Ἀρτέμιον σὺν τῷ ἀρχιερεῖ Θεσσαλονίκης καὶ ἄλλους πλείστους
δεσμώτας πρὸς βασιλέα πέμπουσι, καὶ Σισιννίου τοῦ πατρικίου
τὴν κεφαλὴν ἐκτεμόντες ὡσαύτως στέλλουσιν, οὕτως τε πρὸς τὴν
15 ἑαυτῶν ἀπεχώρουν. Ἀρτέμιον δὲ σὺν τῷ ἀρχιεπισκόπῳ παραλα-
βὼν ἐν τῷ λεγομένῳ κυνηγίῳ ἀπέτεμεν. ἱππικὴν δὲ ἅμιλλαν ἐπι-
τελέσας τῶν ἀποτμηθέντων τὰς κεφαλὰς διὰ τοῦ ἱπποδρομίου ἐπὶ
κοντῷ ἀνηρτημένας ἐξεπόμπευε. τοὺς δὲ ἄλλους πάντας αἰκισά-
μενος καὶ τὰς ῥῖνας αὐτῶν ἐκτεμὼν καὶ δημεύσας ὑπερορίαις κατ-
20 εδίκασε.

Ταῦτα οὖν καταπραξάμενος προσκαλεῖται Γερμανὸν τὸν τη- B
νικαῦτα ἀρχιερέα πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Μαρτίου μηνός, τῆς
τρίτης ἰνδικτιῶνος, τῇ σωτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσει, ἐν τῷ

5 *παρέπεμψεν?* 7 f. *εἶχον* Petavius. 18 *ἀπηρτημένας* P: cf. p. 5 12, 35 12, 42 4.

lint, atque urbem aperiant, ac pro imperatore se recipiant. his omnibus ad imperatorem perlatis, quotquot eas literas acceperant, comprehensi et flagellis affecti. nec illi factum infitiati sunt. ergo Nicetae magistro et Theoctisto capita praeciduntur. ceteri male mulcati et proscripti extra fines imperii relegantur. Artemius cum Sisinnio patricio et Bulgaris Heracliam pervenit cum lembis, quos Thessalonicam subduxerant, quae illi monoxyla vocant. imperator scriptis literis Bulgaros admonet ut bello pacem anteponant et hostes suos sibi in potestatem tradant. illi ad excusationem conversi veniam deprecantur et pacem firmam fore pollicentur. mox Artemium cum Thessalonicae praesule aliosque plurimos vinctos ad imperatorem mittunt, una cum Sisinnii patricii capite, quod ei praeciderant; atque ita in patriam reversi sunt. imperator Artemium et archiepiscopum in potestatem habens ambobus in Cynegio caput amputari iubet, tum equestri spectaculo dato eorundem capita conto suspensa per Hippodromum traduci. reliquos omnes verberibus caesos naribus amputatis et publicatis bonis relegat.

Haec ubi facta, Germanum patriarcham accersens quinta et vice- a. 720
sima Martii mensis, indictione 3, ipso die salutiferae Christi resurre-

Τριβουναλίῳ λεγομένῳ δεκαεννέα ἀκκουβίτων, στέφει τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον εἰς βασιλέα.

Οἷον δὲ κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους περὶ τὰς νήσους τῆς τε Θήρας καὶ Θηρασίας καλουμένας συμβέβηκεν, αἳ πρὸς τῷ Κρητικῷ πελάγει κεῖνται, παραδραμεῖν οὐκ ἄξιον. θέρους ὥρας ἐνεστηκυίας συνηνέχθη τὸν θαλάττιον βυθὸν πλεῖστον ὅτι καπνώδη ἀτμὸν ἐξερεύγεσθαι, ἐξ οὗ ἐπὶ πολὺ πυκνουμένου τοῦ ἀέρος πῦρ
C ἐξαφθῆναι, καὶ μετὰ τὸ πῦρ λίθους συστῆναι, ἐνωθῆναί τε τῇ γῇ τῇ Ἱερᾷ καλουμένῃ νήσῳ, ἣν δὴ καὶ αὐτήν φασι τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τοῦ βυθίου ἀναδυθῆναι χώρου, καθάπερ καὶ τὰς ῥηθείσας λόγος Θήραν καὶ Θηρασίαν νήσους. τῷ ἀπείρῳ δὲ πλήθει τῶν ἀναδιδομένων λίθων ἀνὰ πᾶσαν κατεστορέσθαι τὴν ἐκείνην θάλασσαν, ἐνθένδε τε ἀφικέσθαι ἄχρις Ἀβύδου καὶ τῆς Ἀσιάτιδος παραθαλασσίου. ὑπεκκαίεσθαι δὲ τὸ προσπελάζον ῥεῖθρον ὡς μηδὲ θιγγάνειν αὐτοῦ τινὰ ἱκανῶς ἔχειν.

Ταῦτά φασιν ἀκούσαντα τὸν βασιλέα ὑπολαμβάνειν θείας
D ὀργῆς εἶναι μηνύματα, καὶ ἥτις αἰτία ταῦτα κεκίνηκε διασκέπτεσθαι. ἐντεῦθεν λοιπὸν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἵσταται καὶ τῶν ἱερῶν εἰκονισμάτων μελετᾷ τὴν καθαίρεσιν ὡς ἐκ τῶν τούτων ἱδρύσεώς τε καὶ προσκυνήσεως γεγονέναι οἰόμενος τὸ τεράστιον, κακῶς εἰδώς. ἐκδιδάσκειν δὲ τὸν λαὸν τὸ οἰκεῖον ἐπεχείρει δόγμα. πολλοὶ γοῦν τὴν ὕβριν τῆς ἐκκλησίας ἀπωλοφύροντο. διὸ δὴ καὶ οἱ τὴν Ἑλ-

1 στέφει τε τὸν? 8 τῇ γῇ sustulerim. an τὴν γῆν (τὴν ἐκ τῶν λίθων συστᾶσαν)? 12 ἐκεῖσε? an ἐκείνῃ? 19 μελετᾷν P

ctionis, in tribunali quod novemdecim accubitorum dicitur, Constantinum filium imperatorem coronat.

Neque vero praetereundum est, quid ad Theram et Therasiam Cretici maris insulas sub idem tempus acciderit. nam ineunte aestate fumidae et opacae nebulae vis ingens e profundo maris erupit, ex qua longe lateque densatus aër in ignem exarsit, quem lapideae moles subsecutae cum Hiera (quam vocant) insula coaluerunt. hanc insulam, ut
a. 726 et ambas illas quas diximus, Theram ac Therasiam, eodem modo ex alto emersisse ferunt. ceterum tanta fuit erumpentium lapidum copia, ut totum illud mare consterneret, indeque Abydum usque et Asiatici litoris oram eiiceretur. quorum etiam lapidum ardore, quoquo delati erant, ita maris unda concaluerat ut ne admotis quidem manibus sustineri posset.

His, ut aiunt, acceptis imperator haud dubia divinae irae indicia reputans, quibus de causis excitata essent anxius cogitabat. ex quo demum de oppugnanda religione ac sacris imaginibus evertendis consilium cepisse dicitur, quasi ob earum collocationem et adorationem tanta illa prodigia contigissent, perperam omnino istud interpretatus; atque etiam populum ad suam sententiam traducere conatus est. quamobrem
a. 727 plerique calamitatem ecclesiae lugebant. at qui per Graeciam et Cy-

λάδα καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκοῦντες οὐ προσιέμενοι τὸ δυσσέβημα πρὸς τὸν βασιλέα διαστασιάζουσι, καὶ πλεῖστον στόλον ἀθροίσαντες Κοσμᾶν τοὔνομα ἐφ' ἑαυτοῖς βασιλεύουσι. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν ἀρχόντων τις Ἀγαλλιανὸς ὄνομα, ταῦτα θεασάμενος καὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ ἀπογνούς, σὺν τῇ πανοπλίᾳ ἑαυτὸν τῷ βυθῷ παρέδωκε. Κοσμᾶς δὲ καὶ ἕτερός τις Στέφανος συλληφθέντες τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

Τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ θέρει πάλιν ἱππικὰ στρατεύματα τῶν P 38
Σαρακηνῶν πλεῖστα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατέθεον, ὧν ἡγοῦντο Ἀμέρας καὶ Μαυίας ὀνομαζόμενοι Σαρακηνοί· καὶ καταλαμβάνουσι πρὸς τὴν προκαθεζομένην τῆς Βιθυνίας πόλιν Νίκαιαν καλουμένην· ἐπί τινα χρόνον τῆς πολιορκίας ἐχόμενοι τέλος ἄπρακτοι ἀπεπέμποντο.

Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀθροίζει πλεῖστον λαὸν τῆς πόλεως περὶ τὰ βασίλεια, καὶ συγκαλεῖ τὸν τότε τῆς πόλεως ἀρχιερέα Γερμανόν, καὶ συγγράφειν κατὰ τῆς καθαιρέσεως τῶν εἰκόνων τῶν ἁγίων ἠνάγκαζεν. ὁ δὲ παρῃτεῖτο· καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀπέβαλεν, λέγων ὡς ἄνευ οἰκουμενικῆς συνόδου ἔγγραφον πίστιν οὐκ ἐκτίθεμαι. ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν πατρικὸν οἶκον γενόμενος αὐτοῦ B
τὸν τῆς ζωῆς βιοτεύων διετέλεσε χρόνον. μετ' αὐτὸν δὲ προχειρίζονται ἀρχιερέα Ἀναστάσιον κληρικὸν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τυγχάνοντα. ἐξ ἐκείνου τοίνυν πολλοὶ τῶν εὐσεβούντων, ὅσοι τῷ

11 καθεζομένην P: corr Petavius. 12 καὶ ἐπί? 16 ὑπογράφειν Petavius.

cladas habitabant, dogma impium execrati ab imperatore deficiunt, maximaque classe comparata Cosmam sibi imperatorem praeficiunt. quod dum Agallianus quidam ex illius ducibus animadvertit, plane de eius salute desperans, ut erat armatus, se in profundum maris immittit. Cosmas una cum Stephano comprehensi et capite truncati sunt.

Inde aestate sequenti rursum Saracenorum equites in Romanorum fines incursionem faciunt, Amera et Mavia ducibus. qui ad Nicaeam Bithyniae metropolim positis castris, aliquanto tempore obsidione tentata, re infecta demum reversi sunt.

Post haec imperator ingenti civium numero in palatium collecto una et Germanum patriarcham advocat: tum apud eum vehementius instat ut de sacris imaginibus evertendis scriptum aliquod faceret. quod ille renuit, et episcopatu cessit. "neque enim" inquit "sine generalis concilii a. 730
auctoritate ullum religionis dogma scripto committo." ergo cum se paternam in domum recepisset, illic reliquum vitae tempus exegit. huius in locum Anastasius substituitur, ecclesiae magnae clericus. deinceps

βασιλείῳ οὐ συνετίθεντο δόγματι, τιμωρίας πλείστας καὶ αἰκισμοὺς ὑπέμενον.

Ἐν ᾧ δὲ οὕτω ταῦτα ἐπράττετο, ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν τοῦ ἔθνους τῶν Χαζάρων ἡγούμενον, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα μεταπέμπεται καὶ τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ εἰς γυναῖκα κατηγγύησε. χρόνου δὲ μεταξὺ παρελθόντος σεισμὸς ἐνσκήπτει κατὰ τὸ Βυζάντιον, μεθ' οὗ καὶ πόλεσιν ἑτέραις καὶ χώροις ἰσχυρῶς ἐπιφύεται. καὶ ἤδη ἄλλους τε πολλοὺς οἴκους καὶ ἱεροὺς ναοὺς καὶ στοὰς
C ἀθρόως ἐπικαταβάλλει, ἐκ πρώτων βάθρων αὐτῶν ἔστιν οὓς τούτων ἀνατρέψας, καὶ τὸν θεῖον ναὸν ὃν τῆς ἁγίας Εἰρήνης ἐπώνυμον καλοῦσι κατέσεισεν, ὃς πλησιαίτατα τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἵδρυται. μεθ' ὃν καὶ ὁ Ἀρκαδίου τοῦ πάλαι Ῥωμαίων τὰ σκῆπτρα ἰθύνοντος ἀνδριάς, ὃς κατὰ τὸν λεγόμενον Ξηρόλοφον καθύπερθε τοῦ γλυφαίου ἵδρυται κίονος, κατὰ γῆς ἄνωθεν ἔρριπτο. διέμεινε δὲ τὰ τοῦ σάλου ἄχρι καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον· διὸ πλεῖστοι τῆς πόλεως προϊόντες καὶ ἔξω τειχῶν αὐλιζόμενοι εἰς καλύβας κατέμενον.

Λέων δὲ μετὰ τέσσαρα καὶ εἴκοσι ἔτη τῆς βασιλείας μεταλλάττει τὸν βίον ὑδέρῳ χαλεπῷ περιπεσών, διάδοχον δὲ τῆς ἀρχῆς
D τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον καταλιμπάνει. Ἀρτάβαζος δέ, ὃς γαμβρὸς Κωνσταντίνου ἐπ' ἀδελφῇ ὑπῆρχεν, ἅμα τῷ περιόντι λαῷ (στρατηγὸς δὲ τοῦ Ὀψικίου λαοῦ ἐτύγχανεν) καὶ τοῖς δυσὶν υἱέσιν,

10 *γρ. νεὼν* margo P 13 *γρ. Λόφον* margo P 18 *μετὰ* add Petavius. 21 *παρόντι?* cf. 82 7.

itaque multi studiosi pietatis, qui imperatorio dogmati assentiri nolebant, variis poenis atque ignominiis affecti sunt.

Dum haec aguntur, imperator legatos ad Chazarum principem mittit, qui eius filiam peterent, quam Constantino filio despondit. interie-
a. 732 cto deinde aliquanto tempore Byzantium terrae motu concussum est, quo et aliae urbes ac loca non minore impetu quassata sunt. ac tum aedes aliae et ecclesiae ac porticus deiectae, et ex ipsis fundamentis quaedam earum subversae; tum quae sanctae Irenes nomine dedicata erat concidit, haud longe a maiore ecclesia sita. post hanc et Arcadii quondam imperatoris simulacrum corruit, quod in Xerolopho (hoc ei loco nomen est) supra caelatam columnam erectum est. et ad annum usque terrae ille motus perseveravit; cuius metu plerique urbe progressi extra moenia in tuguriolis manebant.

a. 741 Leo quarto et vicesimo imperii sui anno ex aqua intercute moritur, Constantino filio successore imperii relicto. Artabazus vero imperatoris gener (Constantini is sororem in matrimonio habebat) cum iis qui de populo superfuerant (erat enim Obsequianorum dux) ac duobus filiis

ὧν ὁ μὲν ἕτερος Νικήτας θάτερος δὲ Νικηφόρος ἐκέκλητο, κατὰ τὸ λεγόμενον τοῦ Λορυλαίου πεδίον ηὐλίζετο. καὶ δὴ τυραννίδα εὐθὺς κατ' αὐτοῦ μελετᾷ, τὸν τοῦ πενθεροῦ θάνατον πυθόμενος· καὶ ὅρκοις τὸν ὑπὸ χεῖρα κατεδέσμει λαὸν αὐτῷ μὲν εὔνουν ἔσεσθαι, ἕτερον δὲ εἰς βασιλέα μὴ δέχεσθαι. Κωνσταντῖνος δὲ τῆς βασιλείας κρατήσας, ἀπόμοιράν τινα στρατοῦ ἐπιλεξάμενος τῆς πόλεως ἔξεισι, καὶ τὸ πεδίον ὃ Κράσος προσαγορεύεται καταλαμβάνει, καὶ Ἀρταβάζῳ ἐσήμαινεν ἥκειν πρὸς αὐτόν, ὡς ἂν ἅμα τῶν πολε- P 39
μίων χάριν βουλεύσοιντο. ὁ δὲ ἤδη ὥρμα καὶ βουλῆς ἕνεκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν καθαιρήσων. Κωνσταντῖνος δὲ τὰ τῆς τυραννίδος πυθόμενος, καὶ Βίσιρον τὴν ἀξίαν πατρίκιον προσυπαντήσαντα καὶ τῷ ξίφει τῶν ἀντιπάλων πεσόντα αἰσθόμενος, καὶ ὡς τὸ βασιλικὸν ἐσκευασμένους στρατόπεδον εἰσιδὼν αὐτό, πρὸς τῇ χώρᾳ ἀνατολικῶν καλουμένῃ φυγὰς ἐνθένδε ἀπιὼν τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτοῦ περιεποιήσατο. καὶ αὐτοὶ εὐνοϊκῶς ὑποδεξάμενοι ἐνωμότους αὐτῷ συνθήκας δεδώκεσαν ὡς μέχρις αἵματος ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνελέσθαι τὸν κίνδυνον, καὶ Ἀρτάβαζον αἰσχρῶς δυσφημοῦντες καθύβριζον. μεταστέλλονται γοῦν καὶ Σισίννιον τὸν B
πατρίκιον σύμφρονα καθίστων ἅμα τῷ ὑπ' αὐτὴν στρατηγουμένῳ τῶν Θρᾳκησίων λεγομένῳ λαῷ, καὶ ἅπαντες κατὰ Ἀρταβάζου ὁμῶς ἐχώρουν. Θεοφάνης δὲ ὃν Μονώτιον ἐκάλουν, τὴν τοῦ μαγίστρου ἀξίαν διέπων καὶ τὴν βασιλέως χρείαν εἰς Βυζάντιον ἀποπληρῶν, Ἀρταβάζῳ προσετίθετο καὶ βασιλέα ἀνεκήρυττε, καὶ

11 προϋπαντήσαντα Petavius. 13 αὐτοὺς? 14 τῇ χώρᾳ τῇ τῶν ἀνατ.? 18 μεταστειλάμενοι? 20 λεγομένων?

Nicota et Nicephoro in Dorylaei campo stationem habebat. hic audita soceri morte de invadenda tyrannide consilium capit. quare populum omnem quem in potestate habebat sacramento adigit, fidos sibi ac benevolos fore, nec alterum imperatorem recepturos. Constantinus simul atque imperii compos factus est, cum delecta exercitus parte extra urbem in campum cui Crasso nomen est egreditur, simulque Artabazo mandat ut ad se veniat, quo inter se de propulsando hoste deliberent. nec minus ille sua sponte maturabat, ut et consilio interesset et eum imperio privaret. interim Constantinus, audita tyrannidis fama, cum insuper Viserum patricium in occursu ipso a contraria factione peremptum esse cognovisset, quae more imperatorii exercitus instructa veniebat, propere digressus ac saluti consulens ad Orientalium regionem confugit, qui humaniter eum excipientes cum iureiurando fidem insuper obstringunt, se ad mortem usque nullum pro eo periculum esse detrectaturos. mox contumeliosas in Artabazum voces ac convitia iactant. ad haec Sisinnium patricium cum Thracensibus copiis, quibus praeerat, ad suas partes pertrahunt, collatisque in unum viribus contra Artabazum procedunt. nam Theophanes cognomento Monotius, qui magisterii dignitatem gerebat et Byzantii imperatoris partes agebat, ad Artabazum defecerat, eum-

Βυζαντίους ἀνέπειθεν ὡς Κωνσταντῖνος τεθνήκει. τὸν δὲ υἱὸν Νικηφόρον τοὔνομα κατὰ τὴν Θράκην τότε στρατηγοῦντα μεταπέμπεται, καὶ σὺν τῷ περὶ αὐτὸν στρατῷ πρὸς φυλακὴν τῆς πόλεως ἐγκαθίστησι. τῶν βασιλικῶν δὲ ὑπηρετῶν οὓς μὲν ἀπετύφλου
C *οὓς δὲ καὶ ἑτέρως κατήκιζε. καὶ Ἀρτάβαζος εὐθὺς τῷ συνόντι ἅμα λαῷ τῇ πόλει ἐφίσταται, καὶ αὐτίκα τῶν ἁγίων ἀνέστη τὰ ἱερὰ ἀπεικονίσματα. τούτου δὲ κατόπιν ἰὼν Κωνσταντῖνος τὴν Χρυσόπολιν καλουμένην καταλαμβάνει· ἐπίνειον δὲ τοῦτο ἄντικρυ Βυζαντίου πρὸς τῇ Ἀσιάτιδι γῇ διακείμενον. κἀνταῦθα βραχὺν διατρίψας χρόνον ὑπενόστει, καὶ πρὸς τὴν πόλιν ἣν Ἀμορίαν καλοῦσι διεχείμαζε. τῷ δὲ ἑξῆς ἐπιγενομένῳ ἐνιαυτῷ τὸν ἕτερον τῶν υἱῶν Νικήταν στρατηγὸν τοῦ καλουμένου τῶν Ἀρμενιακῶν στρατοῦ Ἀρτάβαζος ἀποστέλλει, τὸν δ' αὖ ἕτερον Νικηφόρον εἰς βασιλέα στέφει. ἐπιστρατεύει δὲ κατὰ τῆς τῶν Ἀσιανῶν χώρας, καὶ τὰ ἐκείνης χωρία*
D *ἐπημαίνετο πικρῶς. κἄτα ἐπιτίθεται Κωνσταντῖνος καὶ πρὸς τὰς Σάρδεις ὑπαντιάζει, πολέμῳ τε αὐτῷ συμμίξας κραταιῶς ἐτροπώσατο, τόν τε ὑπόντα λαὸν δουλωσάμενος τήν τε ὑποῦσαν αὐτοῖς ἀποσκευὴν εἰσποιησάμενος. Ἀρτάβαζος δὲ φυγὰς πρὸς τὴν πόλιν Κύζικον καταλαβὼν κἀκεῖθεν ἀποπλεύσας ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ᾤχετο. Νικήτας δὲ ὁ αὐτοῦ υἱὸς κατὰ Κωνσταντίνου τὴν ὁρμὴν ἐποιεῖτο. ὁ δὲ πρός τι χωρίον αὐτῷ μάχῃ προσβαλών, Μωδρινὴν τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ προσαγορευόμενον, αὐτὸν μὲν Νικήταν ἐτρέψατο, τοῦ δὲ συνόντος λαοῦ πλείστους ἀναιρεῖ. ἐντεῦθεν ἐν μεγίστοις συμ-*

1 τεθνήκοι? 4 ἐπετύφλου P: cf. p. 55 21. 15 ἐλυμαίνετο?

que et imperatorem salutaverat, et Byzantiis persuaserat Constantinum esse mortuum. idem Nicephorum filium, qui tum in Thracia copias regebat, ad sese advocat et ad urbis custodiam cum his quos secum habebat militibus disponit: qui ex officio imperatoris erant, partim caecitate partim aliis poenis ac contumeliis afficit. Artabazus interim cum suis ad urbem accedit, cuius adventu sanctorum imagines illico restitutae sunt. hunc pone secutus Constantinus Chrysopolin occupat, navale ex adverso Cpolis in Asia positum. ubi paululum commoratus regreditur, et ad urbem Amoriam hiemat. anno insequenti Artabazus alterum e filiis Nicetam Armeniorum ducem mittit, Nicephorum vero imperatorem coronat. ipse in Asiam cum copiis traiicit. quam cum populationibus infestam haberet, Constantinus obviam ei ad Sardes occurrit; et signis collatis longe superior fuit. ita exercitu illius in potestatem redacto, omnibus quoque impedimentis potitus est. Artabazus Cyzicum primo, inde Cpolim fuga petiit. Nicetas eius filius aciem in Constantinum convertit, qui ad Modrinam commisso praelio Nicetam cum magna militum strage victum in fugam coniicit. magna deinceps imperii Romani cala-

φοραῖς τὰ τῶν Ῥωμαίων διέκειτο, ὑπηνίκα εἰ παρ' ἐκείνους περὶ τὴν τῆς ἀρχῆς ἤμιλλαν τὸν ἐμφύλιον Χριστιανοῖς ἀνέρριψε πόλεμον. οἷα γὰρ καὶ ὅσα συμβαίνειν τοῖς τοιούτοις εἴωθε τὰ δεινότατα, ὡς καὶ τὴν φύσιν ἑαυτὴν ἐπιλανθάνεσθαι καὶ καθ' ἑαυτῆς ἵστασθαι (καὶ τί γὰρ τἄλλα λέγειν;), πολλοὺς ἂν ἐν πείρᾳ καθεστηκέναι. ἐν τούτοις καθυπέρτερος Κωνσταντῖνος γενόμενος πρὸς τὰ Θρᾳκικὰ περαιοῦται χωρία, καὶ τῷ τείχει προσεδρεύων τῆς πόλεως διεκώλυσε τὴν τῶν ἀναγκαίων εἰσφοράν, καὶ ἐκ τούτου ἐν μεγάλῃ ἦν ἡ πόλις ἀνάγκῃ, ὥστε τοῦ μεγίστου λιμοῦ τοὺς Βυζαντίους κατατείνοντος τοὺς πολλοὺς μὲν συνέβαινεν διαφθείρεσθαι, ἄλλους ὑπὲρ τειχῶν ἑαυτοὺς ἔξω ῥίπτειν βιαζομένους. οἱ δὲ καὶ δώροις ἔπειθον τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν φύλακας κρύβδην ἐξιέναι τῆς πόλεως. Κωνσταντῖνος δὲ ἅπαντας εὐμενῶς ἐδέχετο καὶ περιεποιεῖτο μάλιστα. αὖθις οὖν Νικήτας ἐπιστρατεύει καὶ μέχρι Χρυσοπόλεως παραγίνεται. Κωνσταντῖνος δὲ πάλιν αὐτῷ ἐπιτίθεται καὶ κατὰ τὴν Νικομηδέων καταλαμβάνει πόλιν, καὶ αὐτὸν μὲν χειρωσάμενος σιδήροις ἐδέσμει, Μαρκελλίνου δὲ τοῦ συνόντος αὐτῷ ἀρχιερέως τῆς Γαγγρηνῶν μητροπόλεως τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμε. κἀκεῖθεν ἐπανελθὼν παραλαμβάνει τὸ Βυζάντιον. Ἀρτάβαζος δὲ ἀποδρὰς πρὸς τὴν ἐν Βιθυνίᾳ Νίκαιαν πόλιν διασώζεται, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ ἀνέπειθεν ὡς ἥκοι στρατολογήσων καὶ δύναμίν τινα ἐκεῖ περιβαλλόμενος. ἐξ ὧν ὀλίγους στρατιώτας προσλαβὼν ἐπὶ τὸ P 40 B

1 εἰ παρ'] οἱ ὑπὲρ? et mox ἀνέρριψαν? 5 γὰρ] δεῖ? ἂν] οἶμαι? 7 περατοῦται P τείχει Petavius pro τάχει. προσεδρεύει P 21 οἶκοι P: corr Petavius.

mitas fuit, cum haec de imperio ac dominatu contentio Christianos in civile bellum coniiceret. quae enim quamque atrocia illis temporibus evenire solent, ut vel ipsa natura suimet oblita videatur ac sibi ipsi bellum inferat, ceteraque quae dici minime necesse est, haud pauci experientia didicerunt. hoc modo superatis hostibus Constantinus traiecto in Thraciam exercitu castra ad urbem posuit; et ne quid importari posset, diligentissime aditus omnes interclusit. quae res tantam civitati rerum omnium inopiam attulit, ut ingravescente in dies fame plerique consumpti, alii e muro praecipitare se coacti sint, alii postremo portarum custodibus pretio corruptis furtim ab urbe discesserint. qui omnes a Constantino humaniter suscepti atque honorifice habiti sunt. post haec Nicetas rursum exercitu collecto Chrysopolim contendit. huic Constantinus obviam procedens ad Nicomediam iterato victum ac captum in vinculis habuit. Marcellino vero ex eius comitibus, Gangrenorum archiepiscopo, caput abscidit. inde rediens Cpolin obtinuit. Artabazus fuga in Bithyniam dilapsus Nicaeam pervenit. ubi cum se delectus habendi causa ac contrahendi militis venisse diceret, paucis indidem collectis in

C φρούριον τὸ λεγόμενον Πούζαντις ἀπιὼν ἐγκατακλείεται. Κωνσταντῖνος δὲ ἀπόμοιραν εἰς δίωξιν αὐτοῦ ἐκπέμψας αὐτόν τε χειροῦται, καὶ σὺν τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ δεσμώτας ἐπὶ ἀγῶνος ἱππικοῦ ἵλκων θριαμβεύει. οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Σισίννιος ὁ πατρίκιος τυραννίδα ἐφωράθη κατὰ Κωνσταντίνου μελετήσας, ἐφ' ἧ διαγνωσθεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόπτεται. μετὰ ταῦτα δὲ καὶ Ἀρτάβαζος καὶ οἱ αὐτοῦ υἱοὶ τῇ αὐτῇ τιμωρίᾳ ἠκίσθησαν.

Ταῦτα οὕτω τὰ τῆς ἰδίας ἀρχῆς διαθεὶς Κωνσταντῖνος μετὰ χρόνον οὐ πολὺν κατὰ τὴν χώραν Σαρακηνῶν ἐκστρατεύει, ἣν εἶλε πόλιν Γερμανίκειαν τῆς Εὐφρατησίας χώρας.

D *** καὶ καθ' οὓς τόπους τὸ φθοροποιὸν ἐπιφύετο πάθος, ἅπαν ἀνθρώπων γένος ἐπινεμόμενον διώλλυέ τε καὶ ἄρδην ἐξηφάνιζε. διεσώθη δ' ἄν τις θείᾳ πάντως βουλήσει, ὅστις ὡς πορρωτάτω τούτων τῶν χωρῶν ἀπέδρα. ἐπετείνετο δὲ τὰ τῆς φθορᾶς μάλιστα περὶ τὸ Βυζάντιον. τεράστια δ' οὖν καὶ δείματα ἐξαπίνης ἐφαίνετο· τύποι σταυροειδεῖς ἔν τε ταῖς τῶν ἀνθρώπων στολαῖς καὶ τῶν ἱερῶν ἐσθημάτων ἐπανέτελλον, ταῖς θύραις τε ὡσαύτως καὶ τοῖς τῶν θυρῶν σταθμοῖς, ἃ δὴ φαινόμενα φρίκην μεγάλην καὶ ἀπορίαν πᾶσιν ἐνέτικτεν ὡς παραχρῆμα τὸν ὄλεθρον μηνύοντα ἔσεσθαι. ὥσπερ δὲ ἐξεστηκότες τῷ δέει οἱ ἄνθρωποι καὶ φαντασιού-

P 41 μενοι ἐδόκουν αὐτοῖς ὡς ξένοις τισὶ συνοδεύειν καὶ εἰδεχθέσιν ἀνθρώποις, καὶ εἶτα ὡς γνωρίμους δῆθεν τοῖς ἐντυγχάνουσι προσαγορεύοντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ὡμιλημένα ἑτέροις ἔπειτα ἀφη-

a. 743 quoddam castellum, quod Pusantis dicitur, se coniicit. Constantinus, missa ad eum persequendum exercitus parte, postremo redactum in potestatem cum filiis vinctos omnes Circensibus ludis solenni pompa traducit. nec multo post Sisinnius patricius coniurationis in Constantinum et affectatae tyrannidis convictus oculis privatus est. eadem poena in Artabazum et filios decernitur.

Hunc in modum constitutis rebus imperii, Constantinus paulo post in Saracenorum fines expeditionem agit. ab his Germaniciam Euphratesiae provinciae urbem capit.

a. 747 *** ac quibus in locis pestilentia grassata est, hominum omne genus ad internecionem exstinxit: pauci duntaxat divino beneficio servati sunt, qui quam longissime ex his locis recesserunt. praecipue vero Cpoli vis illa morbi saeviit. per quam ostenta quaedam ac prodigia repente visa sunt; et crucis effigies partim in privatis hominum vestibus partim in sacris apparuit, eademque in ianuis ac postibus conspecta. quibus rebus perculsi ac consternati hominum animi ad imminentem cladem atque exitium pertinere non dubitabant. tanta vero terroris magnitudo fuit ut a sensibus alienati varias sibi species atque imagines offerri, seque cum peregrinis et deformibus hominibus iter facere et colloqui putarent; quos ubi tanquam notos sibi salutaverant, atque, ut moris est

γούμενοι καὶ ἄλλοις φάσμασί τισιν ἐκδειματούμενοι εὗρον ξίφεσιν ἀλλήλους τινὰς βάλλοντας. καὶ δὴ οὕτω τὰ πλεῖστα ἐξέβαινεν. ἐν οὐδενὶ δ' οἷοί τε ἦσαν οἱ περισωζόμενοι τῶν ἀποιχομένων ταφῇ παραδιδόναι τὰ σώματα καὶ τὴν ὁσίαν ἐπ' αὐτοῖς ποιεῖσθαι, ὀλιγοστοὶ μάλα πλείστους ἄγαν ἐκκομίζοντες. διὸ μηχανὰς ἔκ τινος περινοίας κατεσκεύαζον ἀπαγόμενοι, τοῖς ἀχθοφόροις ζῴοις σανίδας ἐπιστρωννύντες καὶ ἐπὶ μέγα τι χωρίον ἀπευρύνοντες τὸ μηχάνημα, οὕτω τε τὰ πλεῖστα τῶν πτωμάτων ἀκόσμως καὶ ὡς ἂν B ἔτυχεν ἐπετίθεσαν. ἤδη δὲ καὶ ἅμαξαι πρὸς τὴν ἐκφορὰν τοῦ πλήθους τῶν νεκρῶν φορούμεναι ὑπηρέτουν, τῶν ὑποζυγίων αὐταῖς μὴ ἐπαρκεῖν ἔτι δυναμένων. ἐπιλελοίπασι δὲ εἰς ἅπαξ καὶ οἱ τάφοι, ὥστε καὶ τὰς ἀνύδρους τῶν δεξαμενῶν νεκρῶν ἐμπλησθῆναι σωμάτων. ἄρουραι δὲ ἀνετέμνοντο καὶ ἀμπελῶνες διωρύσσοντο καὶ κῆποι διεσκάπτοντο πρὸς τὴν τῶν ἀπείρων σωμάτων ταφὴν καινοτομούμενοι. ἐξ ὧν συνέβαινε τοὺς πλείονας τῶν οἴκων κατακλειστοὺς πάμπαν γίνεσθαι. παρέτεινε δὲ τὸ τῆς θραύσεως μέχρις ἐνιαυτοῦ, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐνεδίδου τὰ πλεῖστα, καὶ κατὰ μικρόν, ὥσπερ τὴν ἀρχὴν ηὔξανεν, οὕτω δὲ καὶ ἐλώφησεν ἡ φθορά. ταῦτα C ἐκρίνετο τοῖς ὀρθὰ φρονεῖν εἰδόσιν ἐκ θείας ἐπισκήπτειν ὀργῆς, ἡνίκα ὅ τότε ἀθέως καὶ δυσσεβῶς κρατῶν, καὶ ὅσοι αὐτῷ συνήνουν τῷ ἀθέσμῳ φρονήματι, τὰς χεῖρας ἐπαφεῖναι κατὰ τῶν ἁγίων ἀπεικονισμάτων εἰς ὕβριν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τετολμήκασιν.

1 ἐώρων Petavius. 2 ἐξέβαινεν. οὐδαμοῦ? 5 πλεῖστοι P 18 δὴ?

in via sibi invicem occursantibus, usitata officia praestiterant, eadem illa aliis postea referebant. iis atque aliis id genus spectris exagitati plerique infestis in se gladiis incurrebant. atque eo postremo res adducta est ut paucis superstitibus, cum morientium numero pares esse non possent neque eorum sepelire corpora aut iusta persolvere, quasdam machinas conficerent ac iumentis imponerent. horum dorso instratis asseribus, postquam ad locum quendam capacem ac vastum pervenerant, laxata machina ita pleraque cadavera sine more ac temere congerebant. deinde etiam plaustra ad efferendos mortuos prae iumentorum inopia succollabant. ac demum sepulcra ipsa defecerunt. quare et cisternas exsiccatas mortuorum corporibus complebant, et agros proscindebant, et vineas atque hortos fodiebant, quibus praeter solitum ad tumulandam innumerabilem corporum struem abutebantur. ex quo accidit ut aedes quamplurimae penitus obstructae atque interclusae fuerint. tenuit ea mali vis ad annum usque, quo vertente magna ex parte remisit, ac paulatim ut excitata initio fuerat, ita tandem pestifera lues desiit. quae omnia prudentibus viris ad iram dei spectare haud dubie videbantur, cum perfidus atque impius princeps, ceterique qui scelerato illius dogmati consenserant, violare sacras imagines per summam essent ecclesiae ignominiam aggressi.

Ἐντεῦθεν τοίνυν ἀνοίκητον σχεδὸν ἤδη γεγονυῖαν τὴν πόλιν ταύτην κατοικίζει, ἐκ τῶν χωρῶν καὶ τῶν νήσων τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐξουσίας λαῶν πλήθη μετάγων. ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον στόλον ἐκπέμπει κατὰ τῆς τῶν Σαρακηνῶν χώρας, οὗ ἦγεῖτο ὁ τηνικαῦτα στρατηγῶν τῶν Κιβυρραιωτῶν καλουμένου στρατοῦ. καθορμίζεται δὲ ὁ στόλος κατὰ τὴν Κύπρον νῆσον. ἔνθα αὐτίκα μάλα καταίρει ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως καὶ τῶν Σαρακηνῶν πλοΐμον. ἅπερ ὁ στρατηγὸς προαισθόμενος ἐξαπιναίως εἰσπίπτει κατ' αὐτοῦ, πυρί τε διαφλέξας τὰς ναῦς τὰ αὐτῶν σφετερίζεται ἅπαντα, καὶ κατὰ κράτος ἑλὼν τοὺς πολεμίους πρὸς Κωνσταντῖνον ὑπενόστει.

Μετὰ ταῦτα τίκτεται τῷ βασιλεῖ υἱός, ὃν Λέοντα ἐπωνόμασε. τηνικαῦτα καὶ ἐν Συρίᾳ σεισμὸς μέγας γίνεται, καὶ ὄλεθρος ἐκεῖθεν ἐφίσταται μέγιστος. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἐκεῖ πόλεων ἐπὶ μέγα ἡ γῆ περὶ αὐταῖς ἔχανεν, αἱ δὲ παρὰ μέρος τοῦτο πεπόνθεσαν. ἄλλαι τῶν ὑψηλῶν ἀποκινηθεῖσαι χώρων πρὸς τὰ ὑποκείμενα πεδία σὺν τοῖς τείχεσιν αὐτοῖς καὶ οἰκήμασι σῶοι κατεσύρησαν, μέχρι σημείων ἓξ καὶ τῆς οἰκείας μεταστᾶσαι ἱδρύσεως, ἢ μικρῷ πρός. ἤδη δέ τινες ἔφασαν τὴν γῆν θεάσασθαι τὴν κατὰ τὴν Συρίαν Μεσοποταμίας ῥαγεῖσαν ἐπὶ σημείοις δύο βύθιον ἑτέραν ἀναβράσαι κάτωθεν γῆν ὥσπερ ἀμμώδη καὶ λευκοτάτην, συναναδοθῆναι δὲ ταύτῃ ἡμίονον θήλειαν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ τὴν τῶν

5 τοῦ? 15 ἐπὶ] ὅλαι κατεπόθησαν καὶ ἐπὶ? 17 σῶαι?
cf. σώαν p. 25 11. 18 καὶ] ἀπὸ? 19 τὴν τῆς κατὰ τὴν?

Post haec igitur desertam urbem ac pene ad vastitatem redactam evocatis novis civibus frequentat, quos undique ex provinciis atque insulis Romano nomini subiectis exciverat. eodemque tempore classem adversus Saracenos mittit, cui Cibyrrhaeoticorum ordinum ducem praeposuit. haec cum Cyprum appulisset, eodem et Saracenorum navales copiae Alexandria profectae sunt. quarum adventu comperto dux noster, incursione subita concrematis omnibus, quicquid opum in iis erat obtinuit, fusisque penitus hostibus Cpolim regressus est.

Secundum eas victorias imperatori filius nascitur, quem Leonem appellavit. quo tempore vehementi terrae motu Syria concussa est, magnaque exinde clades consecuta. quasdam enim illic urbes terra in immensam voraginem circumquaque dehiscens absorbuit; aliae ex parte disiectae, nonnullae ex editioribus locis in plana subductae cum moenibus ipsis atque aedificiis, ac sine ruina e propriis sedibus ad sextum usque miliare et eo amplius translatae. nec defuere qui in Mesopotamia Syriae vicina visam a se terram dicerent, cum ad duo miliaria hiatu vastissimo patefacta aliam velut ex alto terram effunderet, arenae instar tenuem maximeque candidam. addebant et mulam indidem erupisse,

Ἀράβων κατάλυσιν προαναφωνοῦσαν. οὐ πολὺ γὰρ τὸ μεταξύ, καὶ τῆς ὑπερέκεινα ἐρήμου ἔθνος ἐπιφυὲν πλήθη τούτων πολλὰ ἀμαχεὶ διεχειρίσατο.

Μετὰ δὴ ταῦτα στέφει Κωνσταντῖνος τὸν υἱὸν Λέοντα εἰς B βασιλέα, καὶ εὐθὺς κατὰ Σαρακηνῶν ἐκστρατεύει. καὶ γενόμενος κατὰ τὴν Μελιτηναίων πόλιν ταύτην πολιορκίᾳ εἶλε, λαὸν πολὺν δορυάλωτον καὶ πλεῖστα σκῦλα ἐκεῖθεν ἀπενεγκάμενος. ἐν τούτῳ δὲ ἐτελεύτα ἡ Μαρία ἡ Αὐγοῦστα ἡ αὐτοῦ γαμετή. ὅπερ δὲ μετ' ὀλίγον συνέβαινε μνήμης ἄξιον, οὐ παραδραμεῖν δίκαιον. συνηνέχθη γὰρ τηνικαῦτα θέαμα φοβερὸν καὶ τεράστιον ξένον ἐξ ἀερίου γενέσθαι συμπτώματος, ὅπερ περὶ λύχνων ἁφὰς κατάρξαν διὰ πάσης ἐφαίνετο νυκτός, ἔκπληξιν καὶ δέος μέγα τοῖς θεωμένοις ἐμποιοῦν ἅπασιν. ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς ὡς οἱ ἀστέρες ἅπαντες τοῦ τεταγμένου αὐτοῖς οὐρανίου χώρου παρ ** ιούμενοι κατὰ γῆς C ἐφέροντο. οἱ δὲ περίγειοι γενόμενοι ἀθρόον διελύοντο, ἥκιστα τὴν οἱανοῦν βλάβην ποιησάμενοι πώποτε. φασὶ δὲ πολλοὶ ὡς διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης τὸ τοιοῦτον ἔξαίσιον διεδεικνύετο θέαμα.

Καὶ τὰ μὲν τῶν ἀστέρων ἐν τούτοις ὤφθη, χρόνου δέ τινος διῳχηκότος Ἀναστάσιος ὁ τοῦ Βυζαντίου ἐτελεύτα ἱεράρχης. Κωνσταντῖνος δὲ καθάπαξ πρὸς τὴν ὕβριν τῆς ἐκκλησίας ἰδὼν καὶ πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἤδη ἀπομαχόμενος, ὡς ὑπὸ τοῦ ἄγοντος αὐτὸν ἐναντίου πνεύματος κινούμενος, σύνοδον ἱερέων ἀθροίζει ὀκτὰ

14 παρακινούμενοι?

quae humano sermone Arabici imperii cladem praediceret. nec longo interiecto tempore e superioribus desertis gens nova repentina impressione maximas illorum copias paene sine ullo certamine concidit.

His confectis rebus Constantinus Leonem filium imperatorem coro- a. 750
nat, ac statim contra Saracenos proficiscitur. moxque ut Melitenen attigit, obsessa urbe atque capta ingentem captivorum aeque ac spoliorum vim reportat. accidit interim Mariae Augustae coniugis illius obitus. a quo quid memoria dignum exstiterit, praeterire nefas existimo. tum enim horrendum quoddam in aëre monstrum atque inusitati terroris aspectum est; idque circa vesperam exorsum tota nocte deinceps apparuit, et contuentium animos incredibili metu ac stupore perculit. videbantur enim astra omnia ordine suo ac statione dissoluta in terram decidere, atque ubi prope illam attigerant, nullo cuiusquam damno dissipari. hoc tam immane prodigium plerique toto passim orbe visum esse memorant.

Post illud siderum portentum aliquanto tempore Anastasius Cpoli- a. 753
tanus patriarcha moritur. Constantinus ubi semel se ad ecclesiae contumeliam ac pietatis oppugnationem accinxit, tanquam afflatu impulsuque contrarii spiritus abreptus, coetum episcoporum colligit octo et triginta

καὶ τριάκοντα καὶ τριακοσίους τὸν ἀριθμὸν τυγχάνουσαν. ταύτης
D ἐξῆρχε Θεοδόσιος ὁ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἀρχιεπίσκοπος. ἀρχιερέα τε τῆς πόλεως ἀνακηρύσσει Κωνσταντῖνόν τινα τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα περιβεβλημένον, ἐπίσκοπον δὲ τῆς τοῦ Συλλαίου πόλεως γεγονότα. ὅρον δὲ πίστεως ἐκτίθενται, ἐν ᾧ ὑπεσημήναντο 5
ἅπαντες κακῶς καὶ δυσσεβῶς συμφρονήσαντες, τὴν τῶν ἱερῶν εἰκονισμάτων καθαίρεσιν ἐκφωνήσαντες, καὶ ὥσπερ νηπιωδῶς ἐπ᾽ ἀγορᾶς ταῦτα ἀνεθεμάτιζον. μεθ᾽ ὧν καὶ Γερμανὸν τὸν ἀρχιερέα τοῦ Βυζαντίου γεγονότα, Γεώργιόν τε τὸν ἐκ Κύπρου τῆς νήσου ὁρμώμενον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀπὸ Δαμασκοῦ τῆς Συρίας τὸ ἐπί- 10
κλην Μανσούρ.

Ταῦτα ἐπιτελῆ ποιήσας Κωνσταντῖνος ἦρξε δομεῖσθαι τὰ
P 43 ἐπὶ Θρᾴκης πολίσματα, ἐν οἷς οἰκίζει Σύρους καὶ Ἀρμενίους, οὓς ἔκ τε Μελιτηναίων πόλεως καὶ Θεοδοσίου πόλεως μετανάστας πεποίηκε, τὰ εἰς τὴν χρείαν αὐτοῖς ἀνήκοντα φιλοτίμως δωρησάμε- 15
νος. ταῦτα τοίνυν οἱ Βούλγαροι ὡς ἐπολίζοντο θεασάμενοι, φόρους ᾔτουν παρὰ βασιλεῖ δέξασθαι. τοῦ δὲ μὴ δεξαμένου οἵ γε στρατευσάμενοι τὰ ἐπὶ Θρᾴκης χωρία κατέτρεχον, καὶ μικροῦ τοῦ μακροῦ καλουμένου τείχους ἐπεξέθεον. ὁ δὲ ἀντεπεξῆλθε καὶ συμβαλὼν πολέμῳ εἰς φυγὴν ἐτρέψατο, καὶ ἐδίωκεν ἀνὰ κράτος, καὶ 20
πλείστους Βουλγάρους ἀνεῖλε. μετ᾽ οὐ πολὺ πλοῖ καὶ πεζῇ κατ᾽ αὐτῶν ἐστράτευσεν. οἱ γοῦν τὰς ναῦς ἔχοντες, ἄχρι καὶ πεντακοσίους ἀριθμὸν συντελούσας, διὰ τοῦ Εὐξείνου ἐκπλεύσαντες

1 *f.* τριακοσίων Petavius. 8 ὃν P 12 ἐπιτελῆ Petavius, ἐπὶ τέλει P 18 μικροῦ] μέχρι? 22 καὶ εἰς πεντακοσίας?

numero supra trecentos, cui Theodosius Ephesinus archiepiscopus praefuit. urbis porro praesulem Constantinum quendam, qui monachi habitum praeferebat, ex Syllaeae urbis episcopo constituit. in eo conciliabulo fidei canonem condiderunt de sacris imaginibus evertendis, cui ab omnibus impio consensu ac nefario subscriptum est; eaque religio omnis pueriliter in foro anathemate damnata. eadem et in Germanum Cpolitanum patriarcham dicta sententia est et Georgium Cyprium et Ioannem Damascenum, cognomento Mansur.

His rebus postremo perfectis Constantinus oppida per Thraciam exstruxit, in quibus Syros et Armenios collocavit, quos ex Melitenensium urbe ac Theodosiopoli transtulerat; iisque necessaria omnia liberalissime largitus est. haec oppida dum adhuc aedificantur conspicati Bulgari, tributa ab imperatore postulant; quo renuente illi exercitu collecto Thraciam depopulantur, ac propemodum ad Longos usque muros excurrunt. sed occurrente imperatore commissoque praelio in fugam conjecti sunt, cumque eos acrius insequeretur, quam plurimi e Bulgaris interfecti. deinde ingentibus terra marique copiis contra eosdem imperator profectus est. classis ipsa quingentarum numero navium Euxino

καὶ πρὸς τῷ Ἴστρῳ γενόμενοι ποταμῷ χώρας τε Βουλγάρων ἐπίμ- B
πρασαν καὶ δορυαλώτους οὐκ ὀλίγους εἷλον· αὐτὸς δὲ μάχῃ συμ-
μίξας αὐτοῖς κατὰ τὰς λεγομένας Μαρκέλλας (φρούριον δὲ τοῦτο
πλησιαίτατα Βουλγάρων κείμενον) εἰς φυγὴν ἐτρέψατο καὶ πολ-
λοὺς αὐτῶν ἔκτεινεν. ἐντεῦθεν ἐκεῖνοι τὸ ἧττον ἀπενεγκάμενοι
περὶ εἰρήνης διεπρεσβεύοντο, ἐκ τῶν οἰκείων τοκετῶν ὁμήρους
προέμενοι.

Ἔτι πρὸς τούτοις οὐδὲ ἐκεῖνο νῦν παραδραμεῖν ἄξιον. ὥρα
ἐνέστηκε φθινοπώρου, καὶ ἐν αὐτῇ χειμέριον γίνεται τὸ κατάστημα
καὶ τῷ ὄντι κρυερὸν καὶ δριμύτατον, ὡς ξένην τινὰ καὶ ἐξαίσιον
τοῖς τηνικαῦτα ὁρῶσιν ἀποτελέσαι τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἐκ τῆς περὶ
αὐτὴν συμβάσης πήξεως τὴν θέαν, οὐκ ἐν τοῖς γλυκέσιν ὕδασι C
μόνον, ἀλλὰ τὸ δὴ παραδοξότερον, καὶ κατὰ τῆς ἁλμυρᾶς ἰσχῦ-
σαν ποιότητος, καὶ ἐν ἄλλοις μὲν πλείστοις τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκου-
μένην τόποις, οὐχ ἥκιστα δὲ τά τε ὑπερβόρεια καὶ προσάρκτια
καταπῆξαν δεινότατα. ἐπὶ τοσοῦτο δὲ κατεπυκνοῦτο καὶ διεπήγνυεν
ὥστε τὴν ὑπερπόντιον τοῦ Εὐξείνου θάλασσαν ἐπὶ σημείοις ἑκα-
τόν που ἀποκρυσταλλωθῆναι κατὰ τὸ πέλαγος, εἶτα καὶ τοὺς
ὑπερκειμένους μεγίστους ὅτι μάλιστα καὶ πλείστους ποταμῶν, καὶ
ἔτι τοῦ ἐπὶ Μεσημβρίαν καὶ Μήδειαν πόλιν ἀρχομένην παράκτιον
χῶρον τῷ πάγει συναποπετρωθῆναι, διὰ βάθους χωρησάσης τῆς D
τοιαύτης πήξεως ἄχρι καὶ εἰς τριάκοντα πήχεις, ἐπὶ τούτοις ἀφά-
τον καταῤῥαγείσης χιόνος εἰς ὕψος διαρθῆναι τὸ κρύος ὑπερανε-

7 προϊέμενοι? 16 κατεπύκνον τε? 20 τὸν? et postea ἐρχόμενον? 21 βάθους τε χωρ.?

mari navigans ad Istrum applicuit. inde Bulgarorum agros incendio vastare, innumeros in captivitatem abducere. imperator ipse ad Marcellas, quod castellum prope Bulgarorum fines positum est, acie congressus barbaros in fugam convertit, ac bene multos interficit. his cladibus acceptis Bulgari de pace legatos mittunt obsidesque liberos tradunt.

Sed neque illud quod eodem tempore contigit praetermittendum est. ineunte autumno immanis hiems et acerrima vis frigoris fuit; ex quo aqua omnis in glaciem durata et adstricta contuentium oculos horrendo atque inusitato spectaculo perterruit. neque hoc in dulcibus duntaxat aquis, sed quod admirabilius est, etiam in salsis ac mari ipso contigit. ac cum in aliis orbis terrarum plagis, tum in iis quae ad septentriones iacent, asperrimo gelu omnia concreta sunt. quo adeo constrictum et induratum mare est, ut ad centum fere milia Euxinum pelagus obriguerit. eadem vi superiores amnes ac maximi meliori ex parte coaluerunt; tum maritima omnis ora, qua Mesembriam et Medeam urbes alluit, subeunte in profundum gelu, ad triginta usque cubitos in silicis soliditatem induruit. ad haec erumpente nivium incredibili copia, in altum exagge-

στηκὸς τῆς ἐπιφανείας μέχρι πηχῶν που ἄλλων εἴκοσι, καί πως συμφυῆναι τῇ ἠπείρῳ τὴν θάλατταν ὡς μηδὲ διακρῖναι ῥᾳδίως ποτέρα ἑτέρας ἀποκέκριται. οὕτω τε ἅπαν τὸ πρὸς ἄρκτον ἠπειρωθὲν ὕδωρ πεζεύειν κατὰ νώτου συνεχώρει τοῖς βουλομένοις, βάσιμά τε ἦν τὰ ἐκείνης ἅπαντα, ὅσα τε ἐν ταῖς τῶν Χαζάρων γῆς μεθορίαις καὶ τοῖς πλησιοχώροις Σκυθικοῖς ἔθνεσι, καὶ οὐκ ἀνθρώποις μόνον ἀλλὰ καὶ κτήνεσι καὶ ζῴοις ἑτέροις γενόμενα· ἄπλωτον δὲ ἤδη ἐντεῦθεν γενέσθαι τὴν Ποντικὴν τότε θάλατταν.

P 44 ἡμέραις δέ τισι διιππευούσαις καὶ ὁ ἄπλετος ἐκεῖνος τοῦ παγετοῦ ὄλκὸς εἰς διάφορα συρρήγνυται τμήματα, ἅπερ εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀνέσχεν ὡς ὄρη δοκεῖν εἶναι ὑπερύψηλα. τούτων ἀπορραγέντα μέρη τινὰ καὶ τῇ βίᾳ τῶν πνευμάτων συνωθούμενα πρός τε Λαφνουσίαν φρούριον ὄν τι τῆς Ποντικῆς μοίρας, ἐρυμνότατον τυγχάνον, ἐξοκέλλουσι καὶ ἄχρι τοῦ στομίου τοῦ Εὐξείνου καταρρέουσι· συστραφέντα δὲ πρὸς ἑαυτά, καὶ τὸν αὐτόθι στενὸν πόρον τὸν μεταξὺ πόρθμων πληρώσαντα, τὰς ἑκατέρωθεν ἠπείρους, τήν τε Θρᾴκην καὶ τὴν Ἀσιάτιδα, ἀλλήλαις συνήνωσαν, ὡς ἐξ ἑκατέρας πρὸς θατέραν πεζῇ μᾶλλον ἢ πλοῖ διαπεραιοῦσθαι ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ. ἐκεῖθεν συνωθούμενα ἀνὰ τὴν Προποντίδα μέχρι Ἀβύ-

B δου ἐξεχύθησαν, ἥπερ δὴ οὐδὲ θάλασσα εἶναι τὸ λοιπὸν ὑπωπτεύετο. τούτων ἓν ἀποσπασθὲν τῇ ἀκροπόλει τοῦ Βυζαντίου προσαράσσεται, καὶ τὸ αὐτόθι τεῖχος περιέσεισεν ὡς καὶ τοὺς ἔνδον οἰκοῦντας συμμετασχεῖν τοῦ σάλου. καὶ τοῦτο τριχῇ διαιρε-

5 ἐκείνῃ? cf. p. 64 12. 16 μεταξὺ τῶν π.?

rata glacies ad viginti alios cubitos sublata est. unde ita mare cum continenti ora coaluit, ut utrum ab altero secretum esset vix quisquam discerneret. sic igitur quicquid aquae obversum Boreae fuit velut in solum conversum pedibus solidum iter constraverat; nec ulla pars eius, praecipue ad Chazarum fines ac finitimarum Scythiae nationum, non aut hominum gressibus, aut pecudum ac iumentorum patebat. ergo interclusum per illud tempus navigationibus Ponticum mare fuit. inde diebus aliquot interiectis immanis illa glaciei moles varias in crustas diffinditur, quae altissimorum montium specie in immensum exstructae sunt. harum avulsae nonnullae abscissaeque partes ventorum impetu ad Daphnusiam, castellum in ora Pontica munitissimum, eiectae sunt et ad Euxini ponti fauces impulsae; ubi confertae ac stipatae, occupatis Bospori angustiis et oppletis, continentes ambas, Thraciam videlicet cum Asia, coniunxerunt, adeo ut ultro citroque pedibus magis iter quam navibus pateret. inde rursum expulsae per Propontidem Abydum usque dissipatae sunt. ceterum tam longe lateque se glacies diffudit ut mare illic esse nemo suspicari posset. horum fragminum unum ad arcem Cpolis illisum murum ita concussit, ut qui intus erant agitatione illa quaterentur. hinc

θὲν παρ᾽ ἑκάτερα μέρη τῆς ἀκροπόλεως τὰς ἀκτὰς ἐμπίμπλησι. τὸ δὲ ὕψος αὐτοῖς τῶν τῆς πόλεως τειχῶν ὑπερανέστηκε, δι᾽ αὐτῶν τέ τινες ἐξ ἀκροπόλεως πρὸς τὸ ἀντικρύ, ἐν οἷς τὸ Γαλάτου λεγόμενον ἵδρυται φρούριον, πεζῇ διεπεραιοῦντο. ταῦτα ἔκπληξιν μεγίστην τοῖς τῆς πόλεως ἐνεποίει· τῷ παραδόξῳ γὰρ καὶ ἀδοκήτῳ τῆς θέας ἐν ἀπορίᾳ γενόμενοι θρήνοις καὶ δάκρυσι πλείστοις συνεχόμενοι ἐνθένδε ἀπηλλάσσοντο.

Χρόνων δὲ οὐκ ὀλίγων διελθόντων, Σκλαβηνῶν γένη τῆς C ἑαυτῶν μεταναστάντα γῆς φυγάδες διαπερῶσι τὸν Εὔξεινον. συνετέλει δὲ αὐτῶν τὸ πλῆθος ἄχρι καὶ εἰς ἀριθμὸν ὀκτὼ καὶ διακοσίας χιλιάδας. καὶ πρὸς τὸν ποταμὸν ὃς Ἀρτάνας καλεῖται αὐτοὶ κατοικίζονται.

Τὰ δὲ κατὰ τοὺς Οὔννους καὶ Βουλγάρους ἐπράττετο τῇδε. οὗτοι τὰ πρὸς ἀλλήλους συνθέμενοι τοὺς μὲν ἐκ Ξηρᾶς τὴν κυρίαν τὴν ἐπ᾽ αὐτοὺς κεκτημένους κτείνουσιν, ἡγεμόνα δὲ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς καθιστᾶσι Τελέσιον ὄνομα, ἄνδρα συβαρὸν καὶ τὸ ἐκ νεότητος θράσος ἅμα ἐπιδεικνύμενον. οὗτος λαὸν συναγείρας ὁπλίτην καὶ μάχιμον τὰ πλησιαίτερα τῶν Ῥωμαίων χωρία καὶ φρούρια κατέτριχε καρτερῶς. οὗ τὸ θρασὺ καὶ αὐθάδες Κωνσταντῖνος θεα- D σάμενος ναῦς ἱππαγωγοὺς ἄχρι καὶ εἰς τὰς ὀκτακοσίας κατεσκεύασε, καὶ ταύτας ἱππικῷ στρατῷ πληρώσας διὰ τοῦ Εὐξείνου πρὸς τὸν Ἴστρον ἐξέπεμψεν. αὐτὸς δὲ στρατὸν ἕτερον ἐπαγόμενος πρὸς Ἀγχίαλον πόλιν παραγίνεται. καθ᾽ ὃν Τελέσιος ἐξέρχεται ἔχων

3 τὸ *Γαλ.* Petavius, τῶν *Γαλ.* P vel *Γαλατῶν* Petavius. 13 καὶ add Petavius. 23 οὗ?

trifariam divisum ad utramque arcis partem oram omnem occupavit, ea altitudine quae urbis moenia transcenderet. itaque nonnulli per constratos crustarum aggeres adversum in litus, ubi castellum illud quod Galaten vocant situm est, ex arce transmiserunt. haec omnia ingentem civitati metum afferebant: quippe novo hoc et inusitato spectaculo consternati atque in gemitus et lacrimas soluti recedebant.

Nec longo post haec interiecto tempore Sclavini patriis finibus extorres Euxinum traiiciunt, quorum numerus ad octo et ducenta milia pervenisse dicitur. hi ad fluvium (quem Artanam nominant) consederunt.

Dum haec aguntur, apud Hunnos et Bulgaros ista contigerunt. foe- a. 763
dere illi inter se constituto, Xerensibus, quorum in dominatu erant, interfectis, ducem sibi Telesium nomine praeficiunt, arrogantem hominem ac iuvenili audacia ferocem, qui collecta militum manu vicina Romanorum loca et castella hostiliter populatus est. Constantinus eius audaciam ac violentiam animadvertens hippagogas naves ad octingentas comparat, quas cum equitatu complesset per Euxinum mare in Istrum immittit. ipse cum alio exercitu Anchialum pervenit, ad quam ei Telesius

εἰς συμμαχίαν καὶ Σκλαβηνῶν οὐκ ὀλίγα πλήθη. καὶ ἡττηθεὶς μάχῃ εἰς φυγὴν ἐτράπετο. πλεῖστοι δὲ τῶν πολεμίων ἀφ' ἑκατέρου μέρους πίπτουσι, καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν ἐπιφανεστέρων ἐζωγρήθησαν. οὕτω τε τοῦ πολέμου κρατήσας πρὸς τὸ Βυζάντιον Κωνσταντῖνος ᾤχετο, καὶ οὓς ἐπήγετο τῶν ἐζωγρημένων τοῖς τε πολίταις καὶ τοῖς ἐκ τῶν λεγομένων χρωμιάτων δημόταις ὡς ἀναι-
P 45 ρήσειν αὐτοχειρίᾳ παραδίδωσιν. οἱ δὲ λαβόντες ἔξω τείχους τοῦ πρὸς τῷ χερσαίῳ κειμένῳ ἀνεῖλον. καὶ τούτων τὰ λάφυρα τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα θεώμενος ἐθριάμβευσεν. μεθ' ὧν καὶ δύο χρυσοῖ λουτῆρες, οἳ ἐν τῇ νήσῳ κατεσκευάσθησαν Σικελίᾳ, δημοσιεύον-
10 ται, ὁλκὴν χρυσοῦ ἄχρι καὶ εἰς ὀκτακοσίας λιτρῶν ἕκαστον ἄγοντα.

Οἱ δὲ Βούλγαροι τὸ δυστυχὲς Τελεσίου θεασάμενοι τοῦτόν τε στασιάσαντες κτείνουσι, καὶ κύριον αὐτῶν καθιστῶσιν ἕνα τῶν ἐν αὐτοῖς ἀρχόντων τυγχάνοντα, ᾧ Σαβῖνος ὑπῆρχεν ὄνομα· ὃς
15 εὐθὺς τὸ κῦρος δεξάμενος πρὸς βασιλέα διαπρεσβεύεται, εἰρήνην αὐτοῦ αἰτούμενος βεβαιότατα. Βουλγάροις δὲ οὐκ ἤρεσκε τὸ
B πραττόμενον· ἀλύοντες γὰρ ἐν τούτῳ ἰσχυρῶς ἀντέλεγον, οἰόμενοι ὡς Ῥωμαίοις αὐτίκα δουλωθησόμενοι. τούτους δεδιὼς Σαβῖνος φυγὰς πρὸς βασιλέα ᾤχετο. εὐζώνων δὲ ἀποστείλας ἀνδρῶν τινὰς
20 τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τοὺς συγγενεῖς κεκρυμμένους εὑρὼν πρὸς Σαβῖνον ἄγει. ἐν τούτοις μεταμεληθέντες οἱ Βούλγαροι καὶ αὐτοὶ πέμπουσι πρὸς βασιλέα τοὺς τὴν εἰρήνην αἰτήσοντας. ὁ δὲ οὐκ

8 κειμένου Petavius. 11 λίτρας?

cum Sclavinorum auxiliis haud poenitendis occurrit. ibique praelio victus in fugam vertitur. multi utriusque gentis hostium in acie caesi, nec pauci etiam e primoribus capti. hac victoria potitus imperator Byzantium revertitur; captivos omnes in populum ac Circenses praecipue factiones ad necem dividit. educti igitur extra muros qui ad Chersaeum spectant ad unum caesi sunt. horum spolia Circensibus ludis spectante populo solemni pompa traducta sunt. in quibus aurea duo labra, quae in Sicilia facta erant, singula octingentarum librarum pondere publice proposuit.

Bulgari Telesii infelicitate cognita hunc per seditionem opprimunt, et Sabino cuidam ex ducibus suis imperium deferunt. qui simul atque rebus potitus est, pacem ab imperatore per legatos constanter petit. quae res Bulgaros non parum offendit; magnamque ex ea re molestiam capientes ob eam causam obsistebant, quod se subito in Romanorum servitutem venturos crederent. Sabinus horum insidias metuens fugam arripit, seque ad imperatorem recipit. ille missis aliquot expeditis, eorum coniuges et cognatos e latebris eductos ad Sabinum perducit. interim Bulgari mutatis animis legatos de pace ad imperatorem destinant. qui reie-

ἐδέχετο, ἀλλ' εὐθὺς κατ' αὐτῶν ἐστράτευσεν. οἱ δὲ τὰς δυσχωρίας τοῦ περὶ αὐτοὺς ὄρους ἀνέφραττον. καὶ τούτων ὁ κύριος τὰ πιστὰ παρὰ βασιλέως λαβὼν σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ πρὸς βασιλέα παραγίνεται. αὐτὸς δὲ τούτους δεξάμενος ἅμα Σαβίνῳ συμπαρεδρεύοντι ὠνείδισε τὴν ἀταξίαν καὶ τὸ μῖσος ὃ κατὰ Σαβίνου ἐπιδείξαντο, καὶ εἰρηνεύειν αὐτοῖς συνετίθετο. C

Ταῦτα κατεπράττετο κατὰ τὴν πρώτην ἰνδικτιῶνα. ἔτι καὶ υἱὸς τίκτεται τῷ βασιλεῖ, ὃν Νικήταν ὠνόμασεν. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον στόλος τῶν Σαρακηνῶν ἐξ Ἀφρικῆς ἀπάρας κατὰ τὴν νῆσον Σικελίαν παραγίνεται· τὸ δὲ ἐν αὐτῇ στρατιωτικὸν γενναίως ἀντιταξάμενον τούτους μηδὲν τῆς ἐλπίδος ἠνυκότας ἀπέπεμψε.

Κατὰ δὲ τὴν τρίτην ἰνδικτιῶνα εἰσέρχεται Κωνσταντῖνος εἰς Βουλγαρίαν τῷ τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν κατασταθέντα ὑπὸ Σαβίνου Οὔμαρον ὄνομα τῆς ἀρχῆς μεταστῆσαι Βουλγάρους, ἀνειπεῖν δ' D ἐν αὐτῇ Τόκτον ἄνδρα Βούλγαρον τοῦ Βαϊανοῦ ἀδελφόν. οἱ δὲ Βούλγαροι φυγάδες ἐν ταῖς ὕλαις τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἴστρου ἀπῴχοντο. οὐκ ὀλίγοι δὲ αὐτῶν κατακτείνονται, μεθ' ὧν καὶ ὁ Τόκτος ἅμα τῷ ἀδελφῷ Βαϊανῷ ἀναιρεῖται καὶ ἕτεροι. ἄλλος δέ τις ἄρχων αὐτῶν, ὃν ὀνομάζουσι Καμπαγάνον, ἐν Βάρνῃ προσφυγεῖν ὡς ἐδόκει προσρύεσθαι, ὑπὸ τῶν ἰδίων δούλων ἀνῃρέθη. τότε δὴ καὶ Βουλγαρίας ὑπὸ Ῥωμαίων πυρίκαυστα ὡς πλεῖστα χωρία γέγονε καὶ διόλωλεν.

5 ἀξίαν P : corr Petavius. 20 προσφυγὼν?

ctis horum precibus statim in eos exercitum movet. barbari montis eius, quo undique cincti sunt, angustias muniunt. horum princeps fide accepta cum ducibus suis ad imperatorem pervenit; qui his exceptis, assidente Sabino, turbulentos animos et odium illud in Sabinum exprobravit, ac postremo pacem eis concessit.

Haec indictione prima sunt facta. post quae imperatori filius nascitur, quem Nicetam nominavit. sub idem tempus Saracenorum classis ex Africa solvens in Siciliam pervenit. sed militaribus praesidiis quae illic erant strenue resistentibus, irrito conatu redierunt.

Indictione deinde tertia Constantinus in Bulgariam exercitum ducit, a. 765
quod Umaro, quem Sabinus ducem praefecerat, imperio exuto Bulgari Toctum genere Bulgarum Baiani fratrem eius loco substituissent. qui sub adventum imperatoris ad saltus Istro propinquos confugiunt. nec pauci tamen interfecti sunt; inter quos et Toctus cum fratre Baiano atque aliis compluribus occiditur. alius item ex eorum ducibus, quem Campaganum vocant, cum Barnam fugisset ac iam evasisse videretur, a servis suis peremptus est. quo tempore Bulgariae magna pars a Romanis igne vastata atque hostiliter populata est.

Ἤδη δὲ ἡ ἀσέβεια τοῦ κρατοῦντος ἐπαρρησιάζετο, καὶ πᾶς εὐσεβούντων καὶ θεῷ προσανακειμένων ὁ βίος ἐχλευάζετο καὶ διεσκώπτετο, μάλιστα δὲ τῶν μοναζόντων τὸ ἱερὸν ἐκθέσμως ἐδιώ-
P 46 κετο τάγμα. τούτων γὰρ τοὺς τὴν ἑαυτῶν ὁμολογίαν φυλάξαντας καὶ ἐπὶ τοῦ οἰκείου διαμείναντας σχήματος καὶ τῷ ἀνοσίῳ αὐτῶν ἀνθεστηκότας δόγματι ποικίλαις βασάνοις καὶ διαφόροις αἰκίαις παρεδίδοσαν, καὶ ὧν μὲν τὴν γενειάδα ἀφειδῶς ἀνεπίμπρων, ὧν δὲ τῶν ταύτης τριχῶν βίᾳ ἀποσπῶντες ἀφῄρουν. κεφαλὰς δ' ἄλλων τοῖς ἱεροῖς πίναξιν, ἐν οἷς τῶν ἁγίων τὰ ἐκτυπώματα ἐκεχάρακτο, διέθρανον παίοντες. καὶ μέντοι καὶ ὀφθαλμοὺς τούτων διώρυττον καὶ τῶν μελῶν ἕτερα τοῦ σώματος ἐξέκοπτον ἀπανθρώπως οἱ δείλαιοι. καὶ ἅπαν ὡς εἰπεῖν τὸ εὐσεβὲς διωθεῖτο καὶ ἀπηλαύνετο, καὶ ὥσπερ ἑλληνισμοῦ δευτέρου Χριστιανοῖς ἐπιφυέντος πᾶσα μηχανὴ κακουργίας ἐπενοεῖτο, δι' ἧς
B τοὺς κατὰ θεὸν ζῆν αἱρουμένους ἐπηρεάζειν καὶ πημαίνειν ἐσπούδαζον. ἤδη δὲ τούτων ἐνίους πρὸς τὸ τῆς οἰκείας ἀπωλείας καθεῖλκυσαν βάραθρον, καὶ τῷ δυσσεβεῖ αὐτῶν εἶξαν θεσπίσματι ἢ βίᾳ ἑλκόμενοι ἢ ἀπάτῃ ἀποσυρόμενοι ἢ θωπείαις ὑποκλεπτόμενοι ἢ χρήμασι δελεαζόμενοι ἢ στρατείαις τῶν ἀξιωμάτων φιλοτιμούμενοι, ἢ ἑτέραις παλιντρόποις τοῦ πονηροῦ μεθοδείαις τὴν ἀπάτην εἰσδεχόμενοι τὸ ἐπάγγελμά τε ἠθέτουν καὶ τὸ σεμνὸν μεταμφιεννύμενοι στόλισμα κομῆται αὐτοὶ ἀντὶ κεκαρμένων διεδείκνυντο, καὶ εἰς λαϊκῶν σχῆμα εὐθὺς μεθηρμόζοντο, γυναιξί τε ὁμιλεῖν κατε-

1 πάντων μὲν τῶν εὐσ.? 7 ἐνεπίμπρων?

Inter haec imperatoris impietas multo insolentius efferri, ac religiosorum hominum et consecratorum vita omnis irrideri ac ludibrio haberi. sed in sancta monachorum collegia praecipue vis illa bacchata est. qui enim ex illorum ordine in suscepta professione persisterent, ac vitae suae cultum et institutum constantius retinerent, atque illorum sacrilego dogmati repugnarent, variis poenis et exquisitis tormentis subiecti sunt. aliis barba flammis exusta, aut cum ea parte traherentur, violenter evulsa. aliis sacrarum tabularum, quibus sanctorum effigies inscriptae erant, illisu capita diffracta sunt. nonnullorum oculi suffossi, alii aliis corporis partibus crudelissime mutilati. ita pietate omni ac religione pulsa, et gentili superstitione denuo velut introducta, scelerum machinae omnes admotae sunt, quibus sanctis hominibus insultare ac nocere studebant. ex quo factum est ut nonnullos in eandem secum perniciem atque exitium traherent; qui illorum impio dogmati cesserunt partim dolo circumventi, partim adulatione decepti, aut pecuniarum illecebra capti, aut magistratuum spe ac praefecturarum militarium inducti; aut aliis denique nefarii hominis insidiis ac fraudibus irretiti, eiurata professione ac religioso illo cultu deposito, ex attonsis in comatos mutati sunt, atque ad laicorum speciem traducti cum uxoribus etiam copulati sunt, et

δέχοντο καὶ τὸ πρὸς αὐταῖς ἠσπάζοντο συνοικέσιον. ἐπράττετο γοῦν ταῦτα, ὡς ἂν διὰ πάντων αὐτός τε ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τό γε C ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀτιμάζηται καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας καθυβρίζηται τίμια.

Ἐντεῦθεν συλλαμβάνονται Στέφανόν τινα, ἄνδρα ὅσιον καὶ Θεοφιλῆ τυγχάνοντα, μοναστὴν δὲ τῷ σχήματι καὶ περιειργμένον ἐν οἰκιδίῳ στενωτάτῳ πάνυ ὑπάρχοντα, ὑπὸ τὴν τοῦ μείστου ὄρους ἱδρυμένον ἀκρώρειαν, ὃ καλοῦσι τοῦ ὁσίου Αὐξεντίου λόφον. ἔγκλημά τε εὐσεβείας ἐπάγουσιν αὐτῷ οἱ ἀνόσιοι, ὡς πολλούς, φασίν, ἐξαπατᾷ διδάσκων δόξης τῆς παρούσης καταφρονεῖν οἴκων τε καὶ συγγενείας ὑπερορᾶν καὶ τὰς βασιλείους αὐλὰς ἀποστρέφεσθαι καὶ πρὸς τὸν μονήρη βίον μεταρρυθμίζεσθαι. καὶ διὰ ταῦτα πληγαῖς πλείσταις αἰκισάμενοι καὶ δεσμωτήριον οἰκεῖν κατα- D δικάσαντες, τέλος σχοινίοις αὐτὸν κατὰ τοὺς πόδας ἐξάψαντες καὶ τῶν βασιλικῶν ἀφορμήσαντες περιβόλων, μέχρι τῆς λεγομένης τοῦ Βοὸς ἀγορᾶς ἑλκύσαντες διέσπασαν, καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν τοῖς καλουμένοις τάφοις τῶν Πελαγίου ὡς κακοῦργον οἱ δυσσεβεῖς ἀπέρριψαν· αὐτόθι γὰρ τά τε τῶν ἐθνικῶν ἀμυήτων σώματα καὶ τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἀπηγορευμένων τελευτώντων ἐξεπέμπετο. πλείστους τῶν τε ἐν τέλει καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ ὑπευθύνους καθιστῶντες, προσκυνεῖν ἱεραῖς εἰκόσι καταιτιώμενοι, ὥσπερ ἐπὶ καθοσιώσει ἁλόντας διέφθειραν, οὓς μὲν διαφόροις θανάτοις παραδιδόντες, οὓς δὲ τιμωρίαις ξέναις καθυποβάλλοντες, πλήθη τε P 47 ἄπειρα ὑπερορίαις παραπέμποντες. ἐφ᾽ οἷς ὅρκοις βεβαιοῦν ἐβου-

7 ἱδρυμένῳ? 16 Πελαγίων p. 84 20. κακούργου?
19 πλείστους δὲ τῶν τε?

earum se contuberniis illigarunt. quod ab illis eo animo procurabatur, ut ea re, quantum in ipsis erat, deo ignominiam facerent et ecclesiae dignitatem minuerent.

Post haec Stephanum quendam comprehendunt, virum sanctum ac a. 766 religiosum, habitu monachum atque angusto tuguriolo inclusum ad radices montis maximi, quem vulgo Sancti Auxentii nominant. hunc igitur sacrilegi homines impietatis accusant, quod multos deciperet, quos scilicet ad huius vitae gloriam contemnendam impelleret, eoque adduceret ut domo sua, cognatis ac principum palatiis relictis sese ad monasticum vitae genus transferrent. ob id verberibus multis affectum et carcere damnatum, postremo tandem reste pedibus alligata, a palatio ad Bovis usque forum attractum miserrime discerpserunt. cuius corpus in eum locum quem Pelagii sepulcra nominant, tanquam malefici cuiusdam, abiiciunt: illuc enim et profanorum gentilium, et eorum qui capitali supplicio damnati essent, cadavera deportabantur. hinc innumeros tam e magistratibus quam ex ordine militari, quod sacras imagines adorassent, tanquam maiestatis convictos variis cruciatibus necant. itaque alii diverso mortis genere consumpti atque inauditis suppliciis affecti, alii extra imperii fines relegati. nec ea re contentus imperator iureiurando insuper

λεύσατο ἅπαν αὐτοῦ τὸ ὑπήκοον ὡς τὸ λοιπὸν εἰκόνι μὴ προσκυνεῖν ἁγίων τινά. φασὶ δὲ καὶ ὡς τὸν τηνικαῦτα τῆς πόλεως ἀρχιερέα θεασόμενοι ὑψώσαντα τὰ ζῳοποιὰ ξύλα ὁμωμοκέναι μηδ' αὐτὸν εἶναι τῶν προσκυνούντων τὰς ἱερὰς εἰκόνας. τοιαῦτα τῶν ἀσεβούντων τὰ τολμήματα.

Τῷ δὲ αὐτῷ ἔτει ἐπιστρατεύει Κωνσταντῖνος κατὰ Βουλγάρων, καὶ παραγίνεται σὺν τῷ παρόντι λαῷ ἐγγύτατα τῆς Βουλγάρων γῆς, καὶ σκηνοῦται παρὰ τὴν λεγομένην ἐμβολὴν Βεριγάνων. πλοΐμον δὲ ἐξοπλίσας συντελοῦν περὶ τὰ δισχίλια καὶ ἑξακόσια
B σκάφη, ναυτικὸν δὲ πλῆθος καὶ στρατιωτικὸν ἔκ τε τῶν πλοΐμων στρατηγίδων καὶ ἑτέρων χώρων ἐμβαλὼν ἐν αὐτοῖς ἀπέστειλεν, ὥστε γενέσθαι περί τε Μεσημβρίαν καὶ Ἄγχιαλον τὰ πολίσματα καὶ προσπελάζειν Βουλγάροις. ἐντεῦθεν οὖν περικτυπηθέντες οἱ Βούλγαροι τότε, τὸ ἱππικὸν καὶ πλοΐμον θεασάμενοι πλῆθος, εἰς συμβάσεις τῷ βασιλεῖ ἐτράποντο. ἐπεὶ δὲ τὸ πλοΐμον πρὸς ταῖς ἀκταῖς
C ἐκείνης τῆς θαλάσσης καθωρμίζετο (ἀλίμενος γὰρ ὁ τόπος καὶ τοῖς πλέουσι δυσφορώτατος), πνεῦμα βίαιον καὶ σκληρὸν κατ' αὐτῆς πνεῦσαν (βορέας δ' ἦν ἄνεμος) τάς τε ναῦς πρὸς ταῖς ἀκταῖς περιτρέψας συνέτριψε καὶ πλήθη τῶν εἰσπλεόντων οὐκ ὀλίγα τῷ ῥοθίῳ κατεπόντισεν. ἐν τούτοις ἄγαν θορυβηθέντα τὸν βασιλέα κελεῦσαι τοὺς ἄρχοντας δικτύοις περιβαλεῖν τὴν θάλασσαν, ὡς ἀνελέσθαι τῶν ἀποπνιγέντων τὰ σώματα καὶ τῇ γῇ παραδιδόναι, οὕτω τε πρὸς τὰ βασίλεια ἀποστρέψαι.

20 θορυβηθέντες P

subiectos sibi omnes adstringere voluit, nullam se deinceps sancti cuiusquam imaginem adoraturos esse. tum urbis patriarcham narrant qui viderunt salutaribus signis in altum sublatis iurasse se ex eorum numero non esse, qui sacrosanctas imagines adorarent. eo usque sacrilegorum hominum impietas provecta est.

Eodem anno Constantinus contra Bulgaros expeditione facta cum suis ad illorum limites pervenit, et prope eum locum qui Beriganorum Embole dicitur consedit. ad haec instructa classe bis mille ac sexcentorum navigiorum, et classiariis supplementis ac militibus, quos partim ex navalibus praefecturis partim aliis ex locis contraxerat, impositis, Mesembriam et Anchialum ad Bulgarorum fines navigare iussit. quibus rebus consternati barbari, atque equitum et navium multitudine territi, cum imperatore de condicionibus agunt. sed cum classis ad illius maris littus constitisset, quod importuosus hic locus et navigantibus difficilis esset, subito coortus a septentrione vehemens ventus eversas naves atque ad littus afflictas confregit, nec exiguam vectorum multitudinem fluctus oppressit. inter haec trepidantibus omnibus iussi ab imperatore duces praefocatorum corpora dispositis in mari retibus excipere ac sepulturae tradere. quibus perfectis Cpolim reversus est.

Ἔτι δὲ πνέων κατὰ τῆς εὐσεβείας τὸ ἱερὸν τῶν Ναζηραίων σχῆμα καθύβρισεν. εὐθὺς γὰρ ἀγῶνα ἱππικὸν ἐπετέλει, καί τινας τούτων ἐπιτρέπει ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ διέλκεσθαι καὶ αὐτῶν ἕκαστον γυναῖκα μονάστριαν παρὰ χεῖρα φέρειν· πολλῶν τε παρὰ πλήθους τῶν θεωμένων ὕβρεων αὐτοῖς καὶ ἐμπτυσμάτων, οἷα περὶ τὸ ὀχλῶδες καὶ ἀγελαῖον συμβαίνειν εἴωθε, καταχυθέντων οὕτω τὸν ἄθεσμον ἐκεῖνον καὶ αἴσχιστον διήνυσαν δίαυλον. μετὰ δὲ D ταῦτα ἄνδρας τινὰς τῶν ἐν ὑπεροχαῖς καὶ ἀξιώμασιν ἐγκλήμασι βαρυτάτοις συκοφαντῶν ὑπάγει ὡς εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἐπιβουλεύσειν πειρωμένους. τούτων δ' ἦν Ἀντίοχος μὲν ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις αὐτῷ διακομίζων (λογοθέτην δὲ τοῦ δρόμου τὴν ἀξίαν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλοῦσι), Θεοφύλακτος δὲ ἐν τοῖς πατρικίοις καὶ στρατηγοῖς διατελῶν, ἔτι μὴν καὶ ἄλλοι τῶν περὶ αὐτὸν ἀσπιδηφόρων καὶ δορυφόρων τυγχάνοντες, πρὸς δὲ καὶ τούτων ἐκτὸς ἕτεροι. μετ' οὐ πολὺ τὴν ὁμοίαν ἐπιτελῶν ἅμιλλαν δεσμώτας ἐνταῦθα περιελκύσας ἐθριάμβευε, καὶ τῇ ἑξῆς Κων- P 48 σταντῖνον μὲν καὶ Στρατήγιον ἀδελφοὺς ὑπάρχοντας θανάτῳ κατεδίκασε, καὶ ἤδη τούτων τὰς κεφαλὰς ἐν τῷ λεγομένῳ τῆς πόλεως κυνηγίῳ ἀπέτεμεν, ἄλλων δὲ αὖ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξέκοψε. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ παρασκευάζει τῶν οἰκείων τινὰς Κωνσταντίνου τοῦ τῆς πόλεως ἀρχιερέως ὅρκον κατ' αὐτοῦ ἐξυφῆναι κατηγορίαν, διελέγχει δὲ φανερῶς ὡς παρ' αὐτοῦ ἀκηκοέναι πάντα τὰ παρὰ τῶν περὶ Ἀντίοχον καὶ Θεοφύλακτον μελετώμενα. καὶ εὐθὺς ἐκεῖνον

1 ἀσεβείας P 15 οὓς μετ'? 19 αὐτοὺς P 21 ἔνορκον Petavius.

Exinde fervente adhuc religionis odio sacrum Nazaraeorum cultum contumeliose habuit. commodum equestre certamen dederat, cum ex illo grege certos homines traduci per Hippodromum iubet, adiuncta cuique muliere monacha, quam prehensa manu circumduceret. atque ii multis a spectante populo contumeliis ac sputis etiam dehonestati, cuiusmodi ab incondita forensique plebe par est fieri, infando illo ac turpi curriculo perfuncti sunt. sub haec primarios quosdam ac praecipuarum dignitatum homines atrocissimis criminibus per calumniam aggreditur, affectatum ab iis imperium causatus, seque illorum insidiis appetitum. ex iis Antiochus magister memoriae (quem magistratum logothetam cursus appellare solent) necnon Theophylactus dux et patricius, cum aliis plerisque e scutatorum et protectorum numero atque ex aliis ordinibus. quos omnes iisdem Circensibus spectaculis vinctos circumduxit. postera luce Constantinum et Strategium fratres morte damnavit, ac subinde in Cynegio, loco urbis ita dicto, caput illis abscidi iussit; aliorum oculos eruit. postridie Constantino patriarchae accusatores subornat quosdam ex eius familiaribus, qui Antiochi ac Theophylacti consilia audisse se de

μὲν ἐξόριστον ἐν τῇ Ἱερίᾳ, οὕτω καλουμένου βασιλικοῦ παλατίου ἀντιπέρα πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Βυζαντίου κειμένου, παρέπεμψε, Νικήταν δὲ πρεσβύτερον τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐκκλησίας εὐνοῦχον προχειρίζεται ἀρχιερέα. ταῦτα δὲ πάντα ἐπράτ-
B τετο κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος. 5

Μετ' οὐ πολὺ δὲ μεταπέμπεται Κωνσταντῖνον, καὶ ἀποστέλλει πρὸς τὸ ἱερὸν φορείῳ ἐποχούμενον. συνεκπέμπει δέ τινα αὐτῷ τῶν βασιλικῶν γραμματέων κομίζοντα ἐν γραμματίῳ ὅσα κατ' αὐτοῦ· ἅπερ εἰς ἐπήκοον τοῦ ἀθροισθέντος ἐκεῖσε λαοῦ ἀνέγνω, παίων αὐτὸν κατὰ κόρρης ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν κατηγορουμένων. 10 καὶ οὕτως ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ἀνενέγκαντες καθαιροῦσιν, τοῦ νέου πατριάρχου πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ τοιαῦτα αἰτιάματα ὑπαναγινώσκοντος. καὶ τῇ ἑξῆς τὴν συνήθη αὐτῷ ἱππικὴν ἀγωνίαν ἐπιτελῶν ἐπιτρέπει αὐτὸν ἐπ' ὄνου προσιζηκότα, τῆς καθέδρας αὐτῷ πρὸς τοῖς ὀπισθίοις τοῦ ζῴου περιτραπείσης, καὶ ἐκεῖσε διέλκεσθαι 15
C καὶ ὑπὸ τοῦ λαοῦ παντὸς δυσφημεῖσθαί τε καὶ καταπτύεσθαι. εἶτα μετ' οὐ πολὺ ἐν τῷ τῆς πόλεως κυνηγίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι προστέταχε, καὶ τὴν μὲν ἐν τῷ καλουμένῳ Μιλίῳ ἐξαρτηθεῖσαν μετέωρον φέρεσθαι, τὸ δ' αὐτοῦ σῶμα σχοινίοις διασύρουσιν ἀνὰ τὰς λεωφόρους τῆς πόλεως εἰς τὴν τῶν Πελαγίων 20 καλουμένην ταφὴν ἐξέρριπτον.

Πέμπτῃ δὲ ἰνδικτιῶνι ἀβροχίας ἐπικρατούσης αὐχμιῶδες καὶ

1 καλουμένῳ βασιλικῷ παλατίῳ — κειμένῳ? quanquam etiam supra (p. 50 3): ἄχρι Χρυσοπόλεως κατελθεῖν, παραθαλάσσιον χωρίον — κείμενον. 9 ὑπήκοον P 10 αὐτῷ P: cf. p. 7 9. 20 διασύραντες? an διασυρὲν?

eo iureiurando firmarunt. statim igitur in Hieriam pontifex relegatur (est hoc imperatoris palatium e regione Cpolis ad subsolanum positum), moxque Nicetas sanctorum apostolorum ecclesiae presbyter eunuchus in eius locum substituitur. atque haec omnia Augusto mense indictione quarta contigerunt.

Nec longo post tempore Constantinum arcessitum et in lecticam impositum ad ecclesiam mittit, unaque cum eo quendam ex domesticis notariis cum accusationis libello. quem is frequenti concione legens ad singula capita patriarchae genis infligit. ita in ambonem productus in ordinem redigitur, novo interim pontifice criminationes eiusmodi ad aram perlegente. sequenti die per equestres ludos, quos ex more frequentabat, Constantinum in asellum impositum, sella in posteriorem iumenti partem obversa, traduci coram imperat, et ab universo populo maledictis ac sputis appeti, pauloque post in urbis Cynegio capite truncari. hoc uti erat praecisum, in Milio e sublimi suspensum est. reliquum cadaver per urbis plateas funibus tractum in Pelagiorum, ut vocant, sepulturam abiectum.

a. 767 Indictione postmodum quinta ex imbrium inopia squalore ac sicci-

ξηρὸν γέγονε τὸ κατάστημα, ὡς καὶ αὐτὴν ἀπολελοιπέναι τὴν ἀέριον δρόσον, ἔτι καὶ τὰ πηγαῖα ὑποστέλλεσθαι νάματα, ἀργά τε μένειν ἐντεῦθεν καὶ τὰ λουτρὰ τῶν ἐκδοχείων κενῶν ὑπαρξάντων. ἐκ τούτου βουλεύεται Κωνσταντῖνος τὸν τοῦ ὕδατος ὀλκὸν D ἀνακαινίζειν ὃν Βαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς κατεσκεύασεν, ὑπὸ δὲ Ἀβάρων ἐπὶ τῶν Ἡρακλείου χρόνων τοῦ βασιλέως καταστραφέντα. καὶ πλείστους ἄνδρας τεχνίτας εἰς οἰκοδομὴν ἐμπείρους ἐκ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχῆς συναθροίσας, πολλά τε δαπανήματα αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων προσαναλώσας, οὕτω τὸ τοιοῦτον ἔργον διετέλεσε. φιλόχρυσος δὲ ὢν ὁ μισόχριστος νέος Μίδας Κωνσταντῖνος ἀναδείκνυται, καὶ τὸν χρυσὸν ἅπαντα ἀποθησαυρίζει. ἐν οἷς συνέβαινεν ἐν ταῖς τῶν φόρων πράξεσι τῶν φορολογουμένων βιαζομένων εὐώνως τὰ τῆς γῆς καρπήματα καὶ γεννήματα διαπιπράσκεσθαι, ὡς τῷ νομίσματι ἑξήκοντα μοδίους σίτου διαγοράζεσθαι, κριθῆς δὲ ἑβδομήκοντα, καὶ πλεῖστα ἄγαν βραχεῖα πάνυ P 49 ἀπεμπολεῖσθαι ποσότητι. ὅπερ τοῖς μὲν ἀνοήτοις εὐφορία τε τῆς γῆς καὶ πραγμάτων εὐθηνία ἐνομίζετο, τοῖς δὲ εὖ φρονοῦσι τυραννίδος καὶ φιλοχρηματίας ἔργον καὶ ἀπανθρωπίας νόσος ἐκρίνετο.

Κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἰνδικτιῶνα τίκτεται υἱὸς Κωνσταν- τίνῳ, ὃν ἐκάλεσεν Ἄνθιμον. ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Νικήτας ὁ τῆς πόλεως πρόεδρος τινὰ μὲν τῶν ἐκ χρόνου διαφθαρέντα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀνακαινίζει κτίσματα, τάς τε ἐν τοῖς ἐκεῖσε ἱδρυμένοις τῶν προόδων οἴκοις, ἃς Ῥωμαῖοι σέκρετα καλοῦσι, τό B

1 ἐπιλελοιπέναι? 21 διαφθαρέντων?

tate laboratum est, adeo ut ne ros quidem ullus ex aëre suppeteret, subsidentibus adhaec fontium aquis, qua ex re factum est ut exhaustis receptaculis balneae conticescerent. Constantinus ea re animadversa instaurare aquaeductum illum instituit, quem Valentinianus imperator olim exstruxerat, sed Avares postea Heraclii temporibus everterant. ergo pluribus ad id eius opificii gnaris ex toto imperio contractis, multisque ex aerario publico impensis pecuniis, tanto operi finem imposuit. sed cum auri mirum in modum in illo Christi hoste cupiditas flagraret, novum sese Midam exhibuit et aurum omne in thesauros suos condidit. unde coactis ad tributi pensitationem violenter populis, summa frugum ac pecorum vilitas fuit, usque eo ut tritici modii sexaginta, hordei septuaginta numis singulis addicti sint, ac pleraque exiguo admodum pretio constiterint. quod ipsum ad agrorum fertilitatem et rerum copiam trahentibus imperitis, prudentiores quique hominis tyrannidi et avaritiae ac crudelitati tribuebant.

Indictione deinde septima Constantino filius nascitur, quem Anthimum nominat. sub idem tempus Nicetas patriarcha catholicae ecclesiae a. 768 aedificia quaedam, quae vetustate collapsa fuerant, instaurat. tum in attinentibus domiciliis, ubi stationes in processibus obiri solent, quae Romani Secreta vocant, tam in maiore quam minore, Christi domini ac

τε μικρὸν δόμημα καὶ τὸ μέγα, τοῦ σωτῆρος καὶ τῶν ἁγίων οὐσας διὰ ψηφίδων χρυσῶν καὶ κηροχύτου ὕλης εἰκονογραφίας ἀπέξυσε. Κωνσταντῖνος δὲ τοὺς τῶν Σκλαβηνῶν ἀποστέλλει ἄρχοντας, καὶ ἀνακαλεῖται τοὺς ἐπὶ πλείονος χρόνου παρ' αὐτοῖς αἰχμαλωτισθέντας Χριστιανοὺς ἀπό τε Ἴμβρου καὶ Τενέδου καὶ Σαμοθρᾴκης τῶν νήσων, σηρικοῖς ἱματίοις τούτους ἀμειψάμενος, τὸν ἀριθμὸν
C ὄντας ἄχρι δισχιλίων καὶ πεντακοσίων, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀγαγὼν καὶ μικρὰ φιλοτιμησάμενος ἀπέπεμψε πορεύεσθαι οὗ ἂν βούλοιτο ἕκαστος.

Τῇ ἑβδόμῃ ἰνδικτιῶνι, κατὰ τὸν Ἀπρίλιον μῆνα, τῷ ἁγίῳ σαββάτῳ στέφει Κωνσταντῖνος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Εὐδοκίαν Αὐγοῦσταν, καὶ τῇ ἐπαύριον τῶν υἱῶν αὐτοῦ τοὺς μὲν δύο Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον Καίσαρας, Νικήταν δὲ νοβελίσιμον. τῆς δὲ βασιλικῆς προόδου κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἐκκλη-
D σίαν γενομένης ὑπατείαν ἐποίησαν καὶ τοῖς παρελθοῦσι χρήματα διένειμαν, ἐκ τοῦ παλατίου ἀρξάμενοι μέχρι τῆς ἐκκλησίας τοῦτο ἐπιτελοῦντες. ὀγδόῃ δὲ ἰνδικτιῶνι ἄγεται Κωνσταντῖνος εἰς υἱὸν Λέοντα γαμετὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος Εἰρήνην, καὶ τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ στέφει τε αὐτὴν Αὐγοῦσταν καὶ τῷ υἱῷ ζεύξας τὸν γάμον ἐπιτελεῖ.

4 ἀπὸ ? 6 σηρικοῖς τε ἱμ.?

sanctorum imagines opere tessellato atque ex cera factas eradit. at Constantinus legatis ad Sclavinorum principes missis Christianos, qui iamdudum apud eos captivi detinebantur, recipit, quos illi ex insulis Imbro Tenedo ac Samothracia duxerant. hos omnes bis mille ac quingentos fere sericis vestibus permutatos cum muneribus abire quoquo vellent permisit.

Indictione 7, mense Aprili, sabbato sancto, Constantinus Eudociam coniugem Augustam coronat. postera die duos e liberis suis Christophorum et Nicephorum Caesares, Nicetam vero nobilissimum creat. cumque, ut imperatorum mos est, in ecclesiam procederent, ingenti in populum largitione facta pecuniam a palatio ad ecclesiam usque sparserunt. indictione demum octava Constantinus Leoni filio coniugem e Graecia Irenen arcessit. qua Decembri mense Augusta consalutata, eiusdem mox et filii nuptias celebravit.

AD NICEPHORI BREVIARIUM

N O T A E

AUCTORE DIONYSIO PETAVIO S. I.

AD NICEPHORI BREVIARIUM P 50

N O T A E

AUCTORE DIONYSIO PETAVIO S. I.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Ex omnium imperatorum numero neminem reperies qui aut difficiliora quam Heraclius tempora nactus sit aut plura praestantioraque brevi adeo spatio perfecerit. eadem vero illa tempora non magis olim bellorum tumultibus erant quam hodie narratione ipsa sunt atque annorum serie perturbata. hoc enim citra invidiam dici potest, nullum huc usque chronicon, annales nullos exstitisse, in quibus non illa praepostere descripta sint, atque ex annorum vel anticipatione vel traiectione vitii aliquid adhaeserit. equidem quantum in illis partim eruendis partim emendandis operae posuerim, mihi ipse sum conscius: quantum porro consecutus fuerim, malo id aliorum iudicio relinquere quam in oratione mea ponere.

Auctores vero ac duces adhibui cum alios plerosque, tum Cedrenum ac Theophanem, cuius Graeca nondum in hanc diem vulgata penes nos habuimus, tum Alexandrinum Chronicon sive Fastos Siculos, quos hoc anno P. Matthaeus Raderus, vir cum primis eruditus, in lucem edidit. horum auctoritate freti non modo quid unoquoque imperatoris anno gestum sit accurate distinximus, verum etiam, quod caput est, cuinam esset Iuliano anno tribuendum, qua anni modulatione annales nostri omnes ac chronologiae nituntur. quo quidem nos partim Indictionum, quas duo illi posteriores adscribunt, exacta ratio, partim annorum notae velut manu deduxerunt. sunt hi lunae solisque cycli, P 51
ac paschatum et feriarum characterismi. quorum methodus ut facilis est, sic incredibilem ac prope necessarium habet usum, ut historiae munimentum ac temporum *ὄχημα* dici merito possit.

eiusmodi enim sunt ut sine iis in annorum designatione plurimum aberres, imo etiam pugnantia secum minimeque cohaerentia loquare; aut si tamen recte aliqua digesseris, in ea fortuito incurrisse, non certo animi iudicio delegisse videare. ac cum diversis ex initiis imperatorum in Fastis descripta sint tempora, nec ab eodem quo anni Iuliani capite Graecorum Indictiones annique repetantur, necesse est eundem unum annum aliquid e duobus Iulianis decerpere. quodnisi annos illos, ad quos velut ad regulam quandam historiam exigis, certis notis ac vestigiis distinxeris, nonne, ut paulo ante dixi, ariolari ac divinare saepius oportebit? dici vix potest quoties huius ex doctrinae vel contemptu vel dissimulatione peccatum sit ab hominibus eruditis, ut vel eorum casus admonere nos debeat ut in tractandis antiquorum temporibus ad eum omnia veluti ad normam exigantur. quod ne quis gratis a nobis affirmari putet, uno id in exemplo alterove periclitandum est, ex iis praesertim quae cum instituto nostro necessario coniuncta sunt. ac primum quod ad Indictiones attinet, quibus haec nostra ut et recentiores omnes Graecorum historiae notatae sunt, videamus quid de illarum epocha magnis illis atque omni doctrinae genere refertis in Annalibus disputetur. sic igitur anno Christi 562, Iustiniani 36, scribit Baronius, omissis deinceps consulibus, qui nulli fere notantur, se Indictionibus usurum ex methodo exemploque Cassiodori. *in quo illud monendum*, ait, *quod etsi numeret Cassiodorus ab incarnatione, nos vero a natali domini, unus idemque annus domini est, cum novem tantum menses intercedant ab incarnationis tempore usque ad natalem ipsius diem* etc. *verum si a mense Septembri more maiorum numerare coeperis Indictiones, tunc fiet ut non eadem sit Indictio anni ab incarnatione numerati et eius qui exorditur a sequenti natali domini. saepe enim opus erit ut unius numero crescat annus a natali domini notatus. sicque hic ipse annus domini quingentesimus sexagesimus secundus, sub consulatu Basilii vicies semel, Indictionis decimae ab incarnatione domini, idem sit indictionis undecimae a natalis tempore. quamobrem cum hoc anno* (Christi 562) *Indictio decima a Cassiodoro ponatur, undecima ponenda a nobis esset, ipsa incipiente a mense Septembri eiusdem anni quingentesimi sexagesimi secundi incarnationis domini, qui deducitur usque ad vigesimam quintam mensis Martii anni huius, a quo tempore postea sexagesimus tertius incipit numerari.* haec ille perplexa sane ac prorsus inextricabilia. qui annos Christi ab incarnatione putare instituunt, ii numerandi ab eo anno sumunt exordium qui aerae Christianae primus est et cyclo notatur solis 9, lunae 2, Indictione 4. ita enim Cassiodorus ad annos ab incarnatione iubet addere 3, ut Indictio cuiusvis anni reperiatur. igitur annus primus incarnationis notandus est Indictione quarta, qua et aerae Christianae

primus signatur annus. quod insuper ex decemnovennali cyclo et dominica paschalis die illius anni probatur, quam in exemplum methodi suae idem Cassiodorus affert; qui est annus Christi 562. hunc enim annum duodecimum numerat cycli decemnovennalis, quo pascha incidisse scribit in diem nonum Aprilis. quae omnes notae confluunt in annum Christi 562, qui cyclum solis habuit 11, lunae 12, Indictionem 10. litera dominicalis A, neomenia paschalis Martii 22, quartadecima, Aprilis 4, feria tertia. ergo Aprilis nono dominica paschalis fuit.

Igitur si annus aerae Christianae quingentesimus sexagesimus secundus, praeditus fuit cyclo solis 11, lunae 12, Indictionis 10, et primus annorum Christi notatur cyclo solis decimo, lunae secundo, Indictionis quarto, et qui hunc proxime praecessit, cyclos habuit solis nonum, lunae primum, Indictionis tertium.

Cum autem veteres computistae annos Christi ab incarnatione numerarent, eamque conferrent in primum annum aerae P 52
Christianae, iidem natalem Christi post menses exactos novem imputabant eidem anno desinenti, Decembris vicesimo quinto; ut incarnatio in eundem cum natali Iulianum annum caderet. at postea natalis Christi translatus est in annum antecedentem, qui proxime Christianam praecessit aeram, ita ut anni Christi ab natali proficisci coeperint, quia primus octavo die post natalem iniit.

Iam vero quod ad Indictionem spectat, ea ex Orientalium instituto ab Septembri mense coepit exordium; et qui hoc secuti sunt, quattuor ante mensibus Indictionem putare coeperunt quam qui ab kalendis Ianuariis eam auspicati sunt: nunquam autem ab Septembri ineuntes illum elegere Septembrem, qui nonus esset ab kalendis Ianuariis, unde aliorum Indictio processit. de quo vide quae in undecimo libro de Doctrina temporum c. 40 dixi.

Quamobrem omnes illi qui a Septembri Indictiones numerant, Christum ex vulgari computo incarnatum esse censent Indictione tertia, natum vero Indictione quarta. at veteres computistae, qui anno primo aerae hodiernae Christi incarnationem ac natalem pariter affigunt, incarnationi quartam Indictionem assignant, natali quintam. quodsi ab Ianuario vel ab octavo kal. Apriles Indictionis initium repetant, incarnatum natumque dicunt vel Indictione tertia, anno illo qui aerae Christianae primum annum proxime praecessit, vel quarta, si in primum ipsum aerae Christianae utrumque coniiciant.

Ex his evidens est non recte illud usurpari, nos, qui ab natali numeramus annos Christi, in eundem cum Cassiodoro qui ab incarnatione putat annum concurrere, si quidem Cassiodorus incarnationem Christi statuit in anno primo aerae Christianae, Indictione quarta ineunte, si ab octavo kal. Aprilis computare

Indictiones instituit, nos autem in anno antecedente Indictione labente tertia, si Indictionum epocham defigimus in kalendis Ianuariis aut in Martii die vicesima quinta.

Denique annus ille qui a Cassiodoro ponitur ab incarnatione quingentesimus sexagesimus secundus, sub consulatu Basilii vicies semel, Indictione decima notatur tam ab his qui Indictiones a Martio, quam ab aliis qui ab Decembris die 25 aut kalendis Ianuarii sequentibus ordiuntur. verum priores a kalendis Ianuariis ad 8 kalendas Apriles Indictionem adhuc tertiam putabant. concurrebant autem ambo in eandem Indictionem quartam, ipso die incarnationis, Martii 25, a quo scilicet Cassiodorus annum Christi numerat quingentesimum sexagesimum secundum.

Non igitur eodem anno iisdemque consulibus ambo haec initio conveniunt, incarnationis scilicet et natalis domini. qui enim a natali incipiunt, hoc est 25 Decembris, eorum epocham non sequuntur qui ab incarnatione, hoc est 25 Martii, numerant, sed tribus mensibus antevertunt; ut et Graeci anni plus semisse, qui, quod vel pueri norunt, Indictiones suas olim a 25 Septembris, postea vero a kalendis exorsi sunt. quod posterius, ut alios omittam, Gregorius *Κερκυρᾶς* Tauriminitanus archiepiscopus indicat homilia *εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ἰνδίκτου ἤτοι τοῦ νέου ἔτους*.

Ceterum quod de Indictionum epocha dixi, meminisse cum primis oportet eos qui Graecorum historias attingunt, dum imperatorum annos simul et cum Indictionibus et cum annis Iulianis comparant. nam qui a kalendis Ianuarii annum ineunt, id quod hodierni scriptores faciunt, annum quemlibet ea Indictione notare debent quae ex Cpolitana methodo a kalendis Septembris anni anterioris initium habuit, in quam Iuliani anni primordium incidit, non ab ea quae eodem anno nonnisi 8 vertentibus mensibus inchoatur. tum vero si qui imperatores exeunte aliquo
P 53 anno Iuliano imperium auspicati sunt, non ab iis cognominari hunc annum, sed ab antecedentibus par est, qui maiore anni parte adhuc imperio praefuerunt.

Haec levissima quidem sunt, sed a quibusdam minus animadversa; ex quo Heraclii, ut initio praefatus sum, annorum ordo labefactatus est, siquidem primus illius annus Indictione Cpolitana coepit 14, a. C. 610, Octobri mense, ut ex Theophane Cedreno aliisque constare potuit. quare anno sequente, eadem Indictione labente aut ineunte Romana, numerari primus Heraclii debuit, cum antecedentem maiori ex parte Phocae 8 occupasset. at illi Heraclii secundum Christi 611 signarunt. ita primus eiusdem imperatoris annus trimestri spatio circumscriptus est. quam labem cum homines eruditi facile deprehendissent, ita emendare sunt aggressi ut annis Phocae nonnisi 7 attributis pro octavo, qui in Christi 610 incidit, Heraclii 1

inscripserint. sed illud erat errorem errore corrigere vel veteri potius novum adstruere: nam et Phocae 8 adimere contra historiae fidem est, quem constat 8 solidos annos, binis exceptis mensibus, implesse, uti pluribus postea demonstrabimus. sed et Constantini Manassis id versus indicat,

ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ βιώσας, τυραννήσας.

et ne sic quidem insequentium annorum vitia sublata sunt. nam Heraclii primus, si Romanam Indictionem sequare, ad 14 maiori ex parte referendus est. secundus item cum 14 copulandus, cum ex illa menses integros 9, ex hac tres sibi solummodo vendicet. alioqui et Phocae 1, qui sesquimense fere Heraclianam epocham sequitur, anno quo coepit 602 tribuendus fuit, quem iidem illi Mauricii 20 merito nuncuparunt.

Par huic et affinis error in Iustiniani annos iisdem de causis irrepsit, quod annis Christi sive Iulianis tam Indictionum initia quam imperii annorum epochae perperam illigantur. creatus est Iustinianus imperator kalendas Aprilis Indictione 5, a quo die tempus imperii numeratur, ut est in Alexandrino chronico: adstipulantur et Theophanes ac Marcellinus in Chronico. annus erat Christi 527, quo Indictio 5 Septembris antecedentis anni inchoata decurrit. huius imperatoris a. 5, ut est apud Theophanem Alexandr. Chron. et alios, Indictione 10 ingens Cpoli tumultus ab Anastasii nepotibus excitatur, quem iidem illi fusissime describunt. annus hic in annalibus est Christi 531; id quod etiam Calvisius secutus est. at enim cum Indictio 10 non nisi a. 531 Septembri mense inierit eademque a. 532 propagata sit, necesse est seditionem illam hoc posteriore anno, si quidem Iulianos sequimur, contigisse. quod et feriarum characteres confirmant in Alex. Chronico ubi 778 hoc anno Ianuarii 16 Parasceue fuisse scribitur, et sequenti die sabbatum, inde 18 die dominicam. hoc vero non alteri quadrat quam 532 anno, cyclo solis 9 bissextili, litera dom. D.

Ab hoc fonte in alios eiusdem imperatoris annos derivata sunt vitia. sed insigne hoc est prae ceteris. anno Iustiniani 19, Indict. 9 adhuc labente, accidit paschatis *διαστροφή*, ut scribit Cedrenus ac Theophanes. huius, qui nondum editus est, verba subiiciam: *καὶ ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐν Βυζαντίῳ, καὶ διαστροφὴ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα. καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίου Δ. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα πραθῆναι κρέα, καὶ πάντες οἱ κρεωπῶλαι ἔσφαξαν καὶ προέθηκαν, καὶ οὐδεὶς ἠγόραζεν οὔτε ἤσθιεν. τὸ δὲ πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν, καὶ εὑρέθη ὁ λαὸς νηστεύων ἑβδομάδα περιττήν.* egregius sane locus, et quem ab omnibus intelligi etiam Graeci sermonis ignaris interest. quare eius interpretationem ex Miscella subscribam. *et factus est terraemotus magnus Cpoli et eversio die sancto paschae, et coepit vulgus abstinere a carnibus mense*

Februario die 4. *imperator autem praecepit alia hebdomada carnem apponi; et omnes carnium venditores occiderunt et apposuerunt, et nemo edebat aut emebat. porro pascha factum est ut*
P 54 *imperator iussit, et inventus est populus ieiunans hebdomade superflua.* ex quibus colligitur populum praefixum ab imperatore terminum hebdomada solida praevenisse. in annalibus confertur hoc in a. C. 545. verum sequenti plane contigit 546, Iustiniani 19 nondum evoluto (quod ipsum scriptoribus imposuit), inchoata iam Indict. 9. in quo vehementer hallucinantur qui aut errorem illum Iustiniano tribuunt, aut ullam omnino paschatis *διαστροφήν* accidisse scribunt, uti Cedrenus Theophanes et alii, qui secum ipsi perspicue pugnant. etenim si ex imperatoris praescripto, quod canoni consentaneum fuisse mox ostendemus, pascha celebratum est, nulla eius profecto *διαστροφή* fuit, sed *τῆς ἀποκρεωσίμου ἑορτῆς* duntaxat, quam vulgus imperitum cum quartadecimanis contra canonem inierat Februarii 4. hoc enim anno cyclus lunae fuit 15, cyclus solis Romanus 23, lit. dom. G, concurrentes sive epactae solis 7, novilunium paschale 19 Martii, terminus vero kal. Apr.; quae cum concurrentibus dant feriam 1. quare prorogandum tempus ex canone, et Aprilis 8 pascha celebrandum, ut scivit Iustinianus. rursus ex eodem Maximi computo terminus *τῆς παρεισβάσεως τῶν ἁγίων νηστειῶν* sive *τῆς ἀποκρεωσίμου ἑορτῆς* Februarii 4, quae cum *προσθεταῖς* totidem et concurrentibus nullis dat feriam 1; proindeque diffundendus dies in 9 Februarii. cum igitur populus ante legitimum tempus in ipsomet termino ieiunium sive quadragesimam vel potius *πεντηκονταεκτήν* inchoasset Febr. 4, celebraturus pascha kal. Aprilis, Iustinianus edixit ne ante 8 Aprilis ageretur. itaque hebdomadem unam ad 8 solennes addidit; qua religiosissima plebs interrumpere ieiunium noluit et oblatas carnes respuit. ceterum in huius explicatione loci mirifice aberrat Iosephus Scaliger (l. 4 de Emendat. Temp.), cum apud Cedrenum pro *Δ*, hoc est 4 Februarii, *ΙΔ*, hoc est 14, rescribit, et 53 dies ieiunasse populum atque ab esu carnium abstinuisse scribit, cum ex consuetudine 46 tantum dies ieiunio sint attributi. verum ex Maximi computo, quem ipse in calcem libri sui coniecit, manifeste convincitur. Maximus enim ad eruendam *τὴν ἀποκρεώσιμον ἑορτήν* indagari primo iubet cyclos solis ac lunae ex lunari periodo, tum concurrentes. hae cum *προσθεταῖς*, si ullae sunt, et *τῇ ποστιαίᾳ* dant feriam. quodsi in terminum ipsum dominica dies incurrat, diffundendum esse diem in sequentem dominicam, ut in paschate fieri solet. addit usum *ψηφισμοῦ* in a. Heraclii 31, qui est Christi 641.

Hoc ut planius intelligas, scito Graecos quadragesimae ieiunium a dominica, quam nos sexagesimae vulgo dicimus, inchoare solitos; quod quidem ex Maximi computo colligimus,

ubi *ἡ ἀποκρεώσιμος ἑορτή* 56 diebus ante pascha celebratur. atque idem apud Albinum Flaccum legitur lib. de Divinis Off. c. de Septuag. his verbis: *Graeci proximam hebdomadam, id est sexagesimam, sanctificant suo ieiunio, clerici nostri auctore Telesphoro papa sequentem, id est quinquagesimam, qui constituit 7 hebdomadarum ieiunium ante pascha.* cuius instituti ea ratio est. Graeci die dominico et sabbato non ieiunant, excepto sabbato magno, ex praescripto veteris canonis, qui est inter apostolicos 65; cui quidem usus occidentalis ecclesiae derogavit. igitur quemadmodum S. Romana ecclesia, quae *τὴν τεσσαρακοστήν* init a dominica quae quinquagesimam sequitur, quaternos dies adiecit et retro ieiunium promovit ad feriam 4, quam caput ieiunii rituales libri veteres appellant, ut Christiani 40 dies solidos *τὴν νενομισμένην ἀποχήν* non modo *κρεῶν* verum etiam cibi omnis observent, propterea quod a dominica 40 ad sabbatum sanctum dies sunt 42, de quibus 6 dominicis *ἀνηστεύτοις* exemptis 36 duntaxat residui sunt (ideo quaterni illi dies extra ordinem arrogandi), ita graeci, qui sabbatis peraeque ac dominicis non ieiunant, proindeque de 36 diebus 6 alios aut saltem 5 decerpunt, 10 dies ex antecedentibus repetunt et anteriores hebdomades duas adiiciunt, ex quibus dominicis duabus totidemque sabbatis expunctis 10 sunt *ἀπόσιτοι* dies, adeo ut universae *ἀποκρεώσιμοι* P 55
dies sint 56, *ἀπόσιτοι* vero 40 vel 41. ex his patet Cpolitanum populum non 53 dies pro 46, ut putat Scaliger, sed pro 56 legitimis 63 a carnibus abstinuisse. id ipsum et ex Graecorum horologio didicimus; idque insuper, dominicam quinquagesimae vocari ab iis *τὴν κυριακὴν τῆς τυροφάγου*. causam addunt hoc scholio: *εἰδέναι χρὴ ὅτι τῇ τετράδι καὶ παρασκευῇ τῆς τυροφάγου μετὰ τὴν Θ' ἐσθίομεν τυρὸν καὶ ὠὰ διὰ τοὺς Ἰακωβίτας καὶ Τετραδίτας, κατὰ τὸν κανόνα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Κωνσταντινουπόλεως.* quamobrem ante magnam quadragesimam mollius laxiusque ieiunium est. iccirco dominicam quadragesimae vocant *πρώτην τῶν νηστειῶν ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας*. atque hoc unum exemplum sectariis ac *τῆς τεσσαρακοστῆς* osoribus, si os ullum haberent, cum silentio pudorem incutere potuit.

Nunc antequam ad Nicephori breviarium aggrediar, libet hoc loco chronologica synopsi priores Heraclii duntaxat annos comprehendere, in quibus potissimum illustrandis operam posuimus, ut historica serie perspecta facilius quae a nobis disputanda sunt lector intelligat.

SYNOPSIS CHRONOLOGICA HERACLII ANNORUM 18.

Anno domini 610, *Indict.* 13, *Phocae* 8, *cyclo lunae* 3, *solis* 3.

Hoc anno Sergius patriarcha Cpolitanus creatur Aprilis 18, sabbato magno.

Heraclius a Crispo Phocae genero et senatu Cpolitano literis evocatus ex Africa Phocam opprimit, et ex a. d. non. Oct. imperium auspicatus est, Indict. Cpoli 14 iam inchoata. moxque Eudociam Augustam uxorem ducit.

S. Ioannes Eleemon Alexandriae episcopus saltem hoc anno creatus putatur.

A. d. 611, *Indict.* 14, *Heraclii* 1, *cyclo lunae* 4, *solis* 4.

Heraclius Ianuarii 14 die consulatum init.

Persae Maio mense Syriam infestant, Apameam et Edessam occupant.

Epiphania Heraclii F. nascitur Iulii 7, fer. 4; quae eadem Eudocia dicta.

A. d. 612, *Indict.* 15, *Heraclii* 2, *post Heraclii consulatum, cyclo utrobique* 5.

Heraclius iunior, qui et Constantinus, nascitur in suburbano Sophianorum Maii 3, feria 4.

Eudocia Heraclii uxor moritur Aug. 13, dominica.

Epiphania Heraclii F. in palatio coronatur a Sergio Octob. 4, Indict. 1 Cpolitana.

A. d. 613, *Indict.* 1, *Heraclii* 3, *post eius cos.* 2, *Her. iun.* 1, *cyclo solis et lunae* 6.

Heraclius iunior Ianuarii 22, feria 2 coronatur.

P 56 *A. d.* 614, *Indict.* 2, *Heraclii sen.* 7, *post cos.* 3, *Heraclii iun.* 2, *cyclo lunae solisque* 7.

Heraclius Martinam sororis filiam ducit uxorem.

Persae Damascum expugnant.

A. d. 615, *Indict.* 3, *Heraclii sen.* 5, *post cos.* 4, *Heraclii iun.* 3, *cyclo utrobique* 9.

Persae Iudaeam in potestatem redigunt, Hierosolymam capiunt, sanctam ac vivificam crucem in Persidem transferunt Iunio mense. Christianorum 90 milia perimunt, Zachariam patriarcham abducunt.

Constantinus alter ex Martina nascitur et in Blachernis a Sergio baptizatur.

A. d. 611, *Indict.* 4, *Heraclii* 6,
post cos. 5, *Heraclii iun.* 4, *cyclo utrobique* 9.

Saes a Chosroe missus Aegyptum Alexandriam et Africam occupat. inde ad Chalcedonem usque cum copiis profectus cum Heraclio paciscitur, eiusque legatos secum in Orientem ad Chosroen deducit. a quo miserrime necatur.

S. Ioannes ἐλεήμων anni huius initio moritur.

S. Anastasius Persa in Sais castris militans Christianam fidem amplectitur, indeque Hierosolymam pergens monachum profitetur.

A. d. 617, *Indict.* 5, *Heraclii* 7,
post cos. 6, *Heraclii iun.* 5.

Heraclius iunior kal. Ian. inito consulatu Constantinum fratrem, Martinae F., Caesarem creat.

Persae Carthaginem expugnant.

A. d. 618, *Indict.* 6, *Heraclii* 8,
post cos. 7, *Heraclii iun.* 6.

Legati ab Heraclio rursus ad Chosroen missi re infecta redeunt.

Augusto mense Cpoli sportularum largitiones sublatae.

A. d. 619, *Indict.* 7, *Heraclii* 9,
post eius cos. 8, *Heraclii iun.* 7.

Avares in Thraciam irrumpunt et illectum per spem impetrandae pacis Heraclium circumveniunt. Chaganus cum ingenti praeda revertitur.

A. d. 620, *Indict.* 8, *Heraclii* 10,
post eius cos. 9, *Heraclii iun.* 8.

Cum Avaribus pax composita. Persae Ancyram capiunt.

A. d. 621, *Indict.* 9, *Heraclii* 9,
post eius cos. 9, *Heraclii iun.* 9.

Heraclius ex Europa copias in Asiam transportat.

A. d. 622, *Indict.* 10, *Heraclii* 13,
post eius cos. 9, *Heraclii iun.* 10.

S. Anastasius Persa martyrium obit in Perside.

Heraclius celebrato paschate Aprilis 4 in Orientem proficiscitur, relicta Bono patricio et Sergio Cpolitanae urbis custodia.

Inde cum Persarum ducibus in Armenia et Perside pugnat.

Appetente hieme exercitu per hiberna dimisso Cpolim revertitur.

P 57 *A. d.* 623, *Indict.* 11, *Heraclii* 13,
post cos. 12, *Heraclii iun.* 11.

Heraclius Martio mense celebrato ad Nicomediam paschate contra Persas cum Martina coniuge perrexit, remissis Cpolim liberis.

Sarbarus a Chosroe in Bithyniam missus e vestigio revocatur.

Heraclius Persidem ferro flammisque populatur, fugientemque Chosroen persequitur. in Albania demum hiemat.

A. d. 624, *Indict.* 12, *Heraclii* 14,
post cos. 13, *Heraclii iun.* 12.

Heraclius Sarbazanem et Sarablancam Chosrois duces, necnon et Sainum tribus praeliis superat. inde hiemem in Albania traducit.

A. d. 625, *Indict.* 13, *Heraclii* 15,
post cos. 14, *Heraclii iun.* 13.

Heraclius Martio mense per Syriam ad Tigrin pervenit. inde datis ad Cpolitanos literis cum Sarbaraza pugnat. multa in eo praelio supra humanas vires strenue ac fortiter edidit. superveniente nocte ac praelio dirempto barbari fugiunt.

A. d. 626, *Indict.* 14, *Heraclii* 16,
post cos. 15, *Heraclii iun.* 14.

Chosroes tot cladibus exacerbatus conscriptis ex omni hominum conditione copiis earum partem cum Sarbaraza duce Cpolim mittit, partem aliam Saino duci tradit et adversus Heraclium obiicit.

Avares a Sarbaraza solicitati Cpolim obsident. sed B. virginis ope liberata urbe barbari pene omnes interempti.

Heraclius, qui trifariam exercitum diviserat, Turcorum auxilia contrahit. qui eruptione in Persidem facta reversi postea ab Heraclio perhumaniter excepti sunt.

Sais a Theodoro Heraclii fratre victus ex aegritudine animi moritur.

Interim Sarbarazas Chalcedonem obsidere pergit.

A. d. 627, *Indict.* 15, *Heraclii* 17,
post cos. 16, *Heraclii iun.* 15, *cyclo lunae* 1, *solis* 20.

Chosroes Razatem ducem fortissimum adversus Heraclium mittit, qui cum Turcis in Persidem ingressus ab iisdem deseritur, anno iam imperii inchoato 18 cum Indict. 1.

Hinc regione omni longe lateque vastata, Decembris demum 12 die, sabbato, Razatem cum exercitu suo funditus delet. moxque fugientem Chosroen persequitur.

A. d. 628, *Indict.* 1, *Heraclii* 18,
post cos. 16, *Heraclii iun.* 16, *cyclo solis* 21, *lunae* 2.

Chosroes fugiens Merdasen filium spreto Siroe successorem designat.

Ob id Siroe maiore natu filio ac Persarum principibus conspirantibus captus ac miserabiliter occisus est Febr. 28 die.

Siroes ab Heraclio pacem impetrat; qui literas de rebus a se gestis ad S P Q C mittit. eae 15 Maii ipsa die pentecostes in ecclesia perlectae.

Eodem anno Heraclius Cpolim revertitur, eoque sacrosanctam domini crucem transportat. quam insequente vere profectus Hierosolymis restituit.

Postremo ne quid praetereamus quod ad illustrandam hanc P 58
historiam pertineat, Heraclii liberos, quorum quidem apud scriptores mentio fit, hoc loco subiiciemus.

Heraclii filii ex
- Eudocia
  - Eudocia *sive* Epiphania. *Niceph. p.* 18 16 *et* 25 4.
  - Heraclius *sive* Constantinus iunior. *Niceph. p.* 6 13.
- Martina
  - Flavius, Theodosius — *de quibus Niceph. p.* 16 16.
  - Constantinus. *Cedrenus et Theophanes.*
  - Heraclius. *Niceph. p.* 17 22.
  - David, Marinus, Augustina, Martina — *Niceph. p.* 31 1, 2, 3.

Praeter istos alios etiam suscepisse liberos videtur, ac filias saltem duas. Nicephorus enim p. 25 7 Heraclium, dum adhuc in Perside moratur, duos amisisse filios totidemque filias narrat. quare ut masculos ambos Flavium ac Theodosium esse suspicemur, filias saltem ab Augustina et Martina diversas oportet esse, cum has ipsas aliquando postea tempore Augustas appellatas esse scripserit p. 31 3.

Ad hos omnes adiiciendus est naturalis filius Ioannes cognomento Atalarichus, de quo p. 20 5.

Sed iam ab Heraclii imperatoris historia operam nostram in historicum ipsum transferamus.

p. 3 v. 9. *ὡς παρὰ πολλοῖς ᾄδεσθαι*] eadem fere verba sunt apud Theophanem (p. 248 C ed. Paris.). huius furiae mores prae ceteris elegantissimis versibus expressit Constantinus Manasses.

ib. v. 11. *διὸ οἱ περὶ τὴν Λιβύην*] addunt Theophanes Zonaras Constantinus et alii a senatoribus ipsoque adeo Prisco Phocae genero solicitatum ad defectionem Heraclium Heraclii imperatoris patrem, Africae praefectum, cuius tum legatus erat Gregoras patricius. sed quod noster amborum liberos pari iure ad spem imperii missos Cpolim asserit, Heraclium maritimo Ni-

cetam terrestri itinere, cum pactione illa ut qui prior pervenisset imperium obtineret, tametsi adstipulatorem habet cum Theophane (p. 249 A) Zonaram, vix est ut credam. quam enim ridicula Nicetae conditio! cui per squalentes arenososque tractus infinito propemodum circuitu petenda Cpolis fuit; nisi hunc fortassis non in Africa tum fuisse, sed Alexandria profectum dixeris. verum ne sic quidem sine navibus urbem adire potuerit. addit Theophanes Octobri mense solvisse Heraclium ex Africa, anno, ut putat, ab orbe condito 6102, Christi vero 602, Octob. 4, feria 2, Indict. 14. verum non secunda feria, sed prima potius fuerit Octobris quarto, cyclo solis 3, litera dom. D. emendandus igitur ex Alexandrino Chronico, quod nuper R. P. Raderus
P 59 noster edidit. cuius haec verba sunt: *τούτῳ τῷ ἔτει* (8 scilicet Phocae) *ὑπερβερεταίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ γ', ἰνδικτιῶνος ιδ', ἡμέρᾳ ζ', ἀναφαίνονται πλοῖα ἱκανὰ κατὰ τὸ Στρογγύλον καστέλλην, ἐν οἷς ἦν καὶ Ἡράκλειος ὁ υἱὸς Ἡρακλείου.* ergo Octobris 3, feria 7 Heraclii classis appulit ad castellum Rotundum. at Theophanes *πλοῖα καστελλόμενα* vocat, hoc est, ut Paulus Diaconus l. 18 reddidit, *castellatas* sive *turritas naves*. proinde Octobris quarto fuit feria prima.

p. 4 v. 5. *ἀνδρῶν πληρώσαντες*] forte *πλοῖα* pro *πλοΐ*. nam *πληρῶσαι* aliquem, pro eo quod est instruere copiis, insolens est, nisi accusativus subaudiatur.

ib. v. 9. *εὐπλοΐας*] quod ad Nicetam spectat, vide num de eo accipienda sint duo illa disticha quae sunt Anthol. l. 4 c. 1.

ib. v. 10. *Κρίσπος δέ*] huic Domentiam filiam tyrannus uxorem dederat, quem patricium et comitem excubitorum ait fuisse Theophanes. de appellatione ipsa cum mirifice scriptores discrepent (Priscum enim Theophanes, Zonaras, Nicephorus Callixti aliique nominant), ego Crispum cum nostro ac Cedreno et Georgio Syncello rescribendum puto. in Anthol. l. 4 epigramma quoddam exstat *εἰς εἰκόνα Κρίσπου*, quo ipsum a magnificentia praedicat, et amplissima quaeque ab imperatore vovet.

ib. *ὁπηνίκα δὲ*] de sententia propemodum constat: verba ipsa depravata. vide an verum sit *τὸ τηνίκα δέ*.

ib. v. 12. *ὡς δὴ παρυβρισμένος*] contigit hoc a. Phocae 5, Christi 607. vide Zonaram et Theophanem.

ib. v. 14. *οἱ τῶν ἀντιθέτων χρωμάτων*] Prasinos intelligit, qui Phocae initio faverant et ad obtinendum imperium adiutores fuerant: sed postea contumeliose in eum multa fecerunt et dixerunt, in eosque vicissim tyrannus omni saevitia bacchatus est. scribit Theophanes a. Christi 609 Circensibus ludis haec in eum iactasse Prasinos, *πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπώλεκας*. hoc est, ut interpretatur Diaconus, *iterum in gabatha bibisti, iterum sensum perdidisti*. quibus incensus ille multos

ex eis interfecit, ac postremo Prasinos omnes edixit *μηκέτι πολιτεύεσθαι, in civium esse numero;* quod Diaconus *militare* reddidit. vel potius idem est *πολιτεύεσθαι* ac publicum in re publica munus gerere. quo sensu forsitan *militare* a Paulo usurpatum est; quomodo et recentior aetas militare dixit pro eo quod est functiones aliquas gerere, ut officiales, scribae, apparitores etc, qui togatam militiam obibant. ex iis mutata sententia Venetis illum favisse postea constat. ideo post eius necem Venetum bandum seu vexillum in circo combustum est, ut in Alexandrino Chronico legimus. porro hoc loco *πρασίου*, ut erat in schedis, reliquimus.

p. 4 v. 20. *τοῖς περὶ τὴν Καισαρίου*] incenderant et antea praetorium, quo suae factionis homines a Phoca vinctos ad necem eriperent. Zonaras Theophanes et alii. fuit Cpoli nobilis basilica Caesarii titulo, vel vicus fortassis huius nominis, in quo tabernae et aedificia quaedam, quae Iustiniani tempore conflagrarunt. Theophanes a. Iustiniani 36: *τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ ὀκτωβρίῳ, ἡμέρᾳ δ', ἰνδικτ. ι', ἐσπέρας βαθείας γέγονεν ἐμπρησμὸς μέγας ἐν τοῖς Καισαρείου, ἕως τῆς λεγομένης Ὁμφακερᾶς ὅλα τὰ ἐργαστήρια καὶ οἱ πυλῶνες ἕως τοῦ Βοός.* supplendum ex Cedreno *καὶ ἐκαύθη ὅλα τὰ ἐργ.* idem Cedrenus *οἱ πυλῶνες τοῦ Βοός* scribit. apparet *τὰ Καισαρίου* vel *περὶ τὴν Καισαρίου* vicina fuisse amplae cuidam basilicae *ἐργαστήρια* aedificiaque id genus alia; quae post incendium illud instaurata, denuo sub Heraclii adventum incensa sunt a Bonoso quodam, qui, ut est in Alex. Chronico, *μετὰ τὸ βαλεῖν αὐτὸν πῦρ πλησίον τῶν Καισαρίου* in fuga interemptus est.

p. 5 v. 1. *Φώτιος δέ τις*] Zonaras, Cedrenus etc Photinum P 60
hunc appellant, Chron. Alex. Photium, quem ait curatorem fuisse *τῶν Πλακιδίας*, id est domus Placidianae. cuius muneris meminit Theophanes loco proxime citato, nec non et curatoris *τῶν Μαρίνης*, quae Arcadii filia nobilissimae titulo insignitur. utriusque domus in regione 1 Cpol. censentur. in eodem illo chronico legimus Photium cum Probo patricio Phocam ex aede Michaelis archangeli, quae in palatio erat, abstraxisse *τῇ ϛ' τοῦ αὐτοῦ μηνός, διαφαούσης ἡμέρας δευτέρας*, hoc est 6 Oct. feria 2. sed pro ϛ' substituendum est ε': nam si eius mensis 3 feria 7 fuit, ut paulo ante dixerat, utique feria 2 eiusdem 5 die fuerit.

ib. v. 13. *κατὰ τὴν τοῦ Βοός*] Zonaras: *τὸ δὲ δύστηνον σῶμα καυθῆναι κατὰ τὸν Βοῦν, ἔνθα ἦν κάμινος, ὡς λέγεται, ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένη, σχῆμα Βοὸς ἔχουσα, ἥπερ ἐκ Περγάμου κεκόμιστο, ἐξ ἧς καὶ ὁ τόπος ὠνόμαστο.* erat in regione 11 Cpol.

ib. v. 23. *καὶ τὸν βασίλειον*] una cum Fabia, quae, ut ait Cedrenus, Eudocia postea dicta est, coniuge. Theophanes p. 250 C: *εἰσελθὼν δὲ Ἡράκλειος εἰς τὰ βασίλεια ἐστέφθη ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῷ παλα-*

τίῳ. ἐστέφθη δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἡ μεμνηστευμένη αὐτῷ Εὐδοκία Αὔγουστα, καὶ ἔλαβον ἀμφότεροι παρὰ Σεργίου τοῦ πατριάρχου τοὺς στεφάνους τοῦ γάμου.

p. 6 v. 12. τίκτεται παῖς] Cedrenus tertio die Maii a. Heraclii 2 natalem illius consignat. addit Theophanes Indict. 15, ut et Paulus Diaconus in Miscella. in quo aberravit Sethus Calvisius, dum id in annum coniicit Christi 611. si Indictiones a. C. 312 coepere Sept. 24, anno 610, Heraclii primo, inchoata est eodem Septembri 14 Indictio, quae usque ad Septembrem a. 611 duravit, quo 15 successit. ideo Constantini huius ortus incurrit in a. C. 622, mense Maio, labente adhuc Indictione 15. accedit feriae character ex Alex. Chronico, ubi natus scribitur in suburbano Sophianorum, Maii tertio, feria 4. quippe cyclus erat solis 5, litera dom. A. proinde Maii 3, feria 4. ideo corrigendus Theophanes, qui 5 natum scribit.

ib. v. 20. υἱοθετεῖσθαι] non est adoptare, sed e sacro fonte suscipere. ita postea Nicephorus noster de Hunnis agens: καὶ τὰς ἐκείνων γαμετὰς αἱ τούτων αὐτῶν τῷ θείῳ λουτρῷ ἐτεκνώσαντο σύζυγοι.

p. 7 v. 9. λαβόντα τόμον] Cedrenus: καὶ τὰ πρὸς Ἡράκλειον γενόμενα ἔγγραφα αὐτοῦ κατέχων ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ χειρί, κρούσας Κρίσπον τὴν κεφαλὴν μετὰ τοῦ χάρτου ἔφη "ταλαίπωρε, γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας· φίλον ἀληθῶς πῶς ποιήσεις;" in eo itaque libro continebantur τὰ ἔγγραφα αὐτοῦ, hoc est, ut verba ipsa prae se ferunt, literae quas ad Heraclium ipse cum aliis senatoribus dederat, quibusque ad invadendum imperium incitarat. tametsi de libello malim accipere quo accusationis capita criminaque comprehensa. etenim solenne id fuit, ut qui, ab imperatore praesertim, reus arcesseretur, eius genas accusationis libello scriba verberaret. Nicephorus noster in fine huius historiae, de Constantino patriarcha loquens, quem Copronymus in ordinem redegit: συνεκπέμπει δέ τινα αὐτῷ τῶν βασιλικῶν γραμματέων κομίζοντα ἐν γραμματίῳ ὅσα κατ' αὐτοῦ. ἅπερ εἰς ἐπήκοον τοῦ ἀθροισθέντος ἐκεῖσε λαοῦ ἀνέγνω, παίων αὐτῷ κατὰ κόρρης ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν κατηγορουμένων. idem narrat in a. Copronymi 27 Theophanes. porro Heraclii verba perperam hic concepta, ut et apud Cedrenum, apud Zonaram ita leguntur: ὅσα ὡς γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, οὐδὲ φίλον ἂν ποιήσεις ποτέ. sed emendandum εἰς γαμβρόν, ut et hoc loco: *qui socero Phocae non praestiteris fidem, qui tandem mihi praestabis?* socero enim legendum, non genero: alioqui γαμβρὸν ποιεῖν nova loquendi ratione erit idem ac generum se praebere. potest et ex Nicephori Cedreni ac Georgii Syncelli verbis alius effici sensus, nimirum Heraclium Crispi filiam olim ambiisse et ab eo repudiatum, de quo minus constare video. in Alex. Chron. scriptum est Indict. 1, Decembris 5,

feria 3 Crispum in clericum detonsum. factum hoc est eodem P 61
anno 612, Indict. 1 iam inchoata.

p. 7 v. 14. *ὁ πάπας Κρίσπος*] observanda haec appellationis formula. papam vocat, ut opinor, quod in clericum attonsus esset. alioqui solis pontificibus papae nomen attributum.

ib. v. 19. *τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας*] proprium nomen est *χώρας*. Cedrenus: *ποιεῖ οὖν αὐτὸν κληρικόν, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῆς Χώρας περιορίζει*, ut et apud Syncellum. hoc est *in Chorae monasterio claudit.* nec recte Xylander *solum vertere iubet.* Theophanes in a. 3 Copronymi monasterii huius meminit.

p. 8 v. 2. *εἰς κληρικοῦ*] Theoph. a. 4 Phocae.

ib. v. 7. *ὀλίγου δὲ χρόνου*] anno Heraclii 2 moritur Eudocia, uti scribunt Cedrenus et Theophanes, qui diem atque Indictionem adnotat, Augusti 14, Indict. 15. proinde a. 612, non antecedenti, ut perperam chronographi. consentit Alex. Chronicon, quod ad Indictionem attinet, nec de die multum discrepat: *τῇ ιγ΄ τοῦ Αὐγούστου μηνός, τῆς αὐτῆς ιε΄ Ἰνδικτιῶνος, ἡμέρᾳ πρώτῃ.* si Augusti 13, dominico die obiit, plane hoc anno 612, cyclo solis 5, litera domin. A. qui anno superiore mortuam illam scribunt, bis eam peperisse non animadverterunt, neque ante Octobrem anni 610 Heraclio nupsisse.

p. 9 v. 7. *τὸ ἀμφίνον*] schedarum puram putam lectionem expressimus, etsi non dubitamus quin *ἄμφιον* substituendum sit. qua voce inter ceteros usus est Macarius Hom. 1: *καὶ ἀμφιασθῇ ἐκ τῆς θεότητος ἄρρητα ἄμφια οὐρανίου κάλλους.*

ib. v. 16. *μὴ δίκης τυχὸν*] et hic et alibi passim defecta aliquot particulis ac copulis oratio. id quod semel admonere satis est.

p. 10 v. 1. *τὸν Βουτηλῖνον*] variant schedae in huius nominis scriptione, ut nescias Vitulinusne an Betulenus aut Vetulenus Latine quadret. quippe B literam varie aetas illa pronuntiavit, de qua re alibi disputavimus.

ib. v. 4. *Ἡράκλειος δὲ τὸν υἱὸν*] Theophanes (p. 245 C): *τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ δ΄, ἰνδ. α΄, ἐστέφθη Ἐπιφάνεια ἡ θυγάτηρ Ἡρακλείου ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου Αὐγούστα ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Στεφάνου ἐν τῷ παλατίῳ. τῷ δὲ Δεκεμβρίῳ μηνὶ κέ, τῇ αὐτῇ πρώτῃ ἰνδ., ἐστέφθη Ἡράκλειος ὁ υἱὸς Ἡρακλείου ὁ νέος, ὁ καὶ Κωνσταντῖνος, ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου.* at Chron. Alex. Epiphaniam coronatam asserit eadem Indict. 1 et Oct. 4, feria 4, sed Constantinum nonnisi anno sequenti 613, Ianuarii 22, feria 2. necessario eo quod dixi anno, cyclo solis 6, liter. dom. G. ex quo die in actis adscribi coepit annus primus Heraclii iunioris. hic locus quia ad huius historiae *διάρθρωσιν* magnopere pertinet, hic subiiciendus. *καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς κβ΄ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ἐπετράπη γράφεσθαι μετὰ τὸ (ἐν ὀνόματι) βασιλείας τῶν θειοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν καὶ μεγίστων*

εὐεργετῶν Φλαβίου Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου ἔτους γ', καὶ μετὰ τὴν ὑπατείαν αὐτοῦ ἔτους β', καὶ Φλαβίου Ἡρακλείου νέου Κωνσταντίνου τοῦ Θεοφυλάκτου αὐτοῦ υἱοῦ ἔτους α', τῶν αἰωνίων Αὐγούστων καὶ αὐτοκρατόρων.

p. 10 v. 8. τὴν θυγατέρα δὲ] quaenam haec Heraclii filia
P 62 Gregoria? Eudocia quidem nonnisi duos Heraclio liberos peperit, Epiphaniam et Heraclium iuniorem, siquidem Indict. 14, a. C. 610, cum Eudocia, quam antea desponderat, nuptias Heraclius iniit. eadem Indict., sed a. 611, Iulii 7, nascitur Epiphania, ut etiam Alexand. Chron. habet. Indict. 15, a. 612, natus est Heraclius iunior. Eudocia quarto postea mense moritur. Epiphania porro eadem et Eudocia vocata, Alex. Chron. teste, quam Heraclius Turcarum principi desponderat. emendandus igitur hic locus, et *Νικήτα τοῦ τὴν ἀξίαν πατρικίου* legendum. Gregoriam Nicetae *τοῦ Γρηγορᾶ* filiam Constantino filio adhuc infanti despondit. quod ex p. 24 19 huius libri perspicuum est.

ib. v. 12. τοῦ φόρου] insigne hoc forum prae ceteris fuit. in descriptione Cpolitanae urbis 4 fora numerantur. inter quae Constantinianum nominatim censetur, regione 6 et 8. Theodosianum item regione 5, in qua et portus Prosforianus, quem ἀπὸ τῆς προσφορᾶς deducunt nonnulli. vide num ex eo nomen illud obtinuerit, quod forum respiceret. Theophanes in a. Copronymi 13: ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν τῷ Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνιέρῳ προέδρῳ. Curopalates lib. de Off.: κατὰ μὲν τὴν πρώτην τοῦ Σεπτεμβρίου, τοῦ πατριάρχου μετὰ λιτανείας καὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων εἰς τὸ πορφυροῦν κιόνιον παραγενομένου, ἐφ' οὗ ὁ σταυρὸς ἵσταται, ὃ πάλαι φόρον ἐκαλεῖτο, ἀπέρχεται ὁ βασιλεύς. Cedrenus in Constantino: καὶ τὸν φόρον ἔκτισε μετά γε τῶν δύο μεγάλων ἐμβόλων, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ φόρῳ κίονα μονόλιθον καὶ ὁλοπόρφυρον ἔστησεν. forum hoc igitur Constantinianum fuit.

ib. v. 14. Χοσρόης δὲ] quae de Saito narrantur hoc loco, vix est ut certam iis in annorum ordine sedem attribuas. etenim Cedrenus anno Heraclii 12 Saitum hunc, quem *Σάην* appellat, a Chosroë missum ad Chalcedonem exercitum adduxisse ac cum imperatore collocutum esse scribit, cum eodem anno pascha ab Heraclio celebratum esset. quod quidem in magnis illis Annalibus confertur in annum Christi 621. erat Indictio 10, non 9, ut illic scriptum est. apud Theophanem de Saë legatisque tribus in Orientem missis verbum nullum. Alexandrinum Chronicon colloquium hoc cum Saë atque Heraclii legationem ad Chosroëm notat Indict. 4, etsi Indictionis 3 lemma praefixum sit. subiicit enim: τούτῳ τῷ ἔτει ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ τῆς α' ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν ἰνδικτ. δ' etc. sed multa ordine suo luxata et alienis titulis subscripta sunt in eo chronico. proinde totus hic locus τούτῳ τῷ ἔτει ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου etc. p. 882 ad Indict. sequentem referendus est, quae

est 4, Heraclii 6, Christi 616, siquidem p. 888 kal. Martii feriam 2 fuisse dicit; nempe cyclo 9, litera domin. C. igitur a. C. 616, Indict. 4, Heraclii 6 Saës castra ad Chalcedonem applicuit, et 6 annorum prochronismus a chronographis et historicis commissus est. nam quod illi a. Heraclii 12, Christi 621, imo, ut postea demonstrabimus, 622, ea contigisse volunt post pascha, falsum inde convincitur quod anno Heraclii 11 copiae Romanorum in Asiam ex Europa translatae sunt. at illud ante Saae colloquium legatosque missos fieri non potuit, ut ex Nicephoro nostro evidens est: nondum enim Heraclius expeditionem adornarat. sane quae de Saito diximus, diu ante Heraclii profectionem ad Chalcedonem cum imperatore transegisse, adstipulatorem habent Georgium Syncellum, ex quo Cedrenus ista transtulit, sed nominum, de qua mox disputabimus, affinitate deceptus alieno tempore reddidit.

p. 10 v. 15. *ἡγεμόνα τῶν Περσικῶν*] *Σάϊν* hunc appellat Cedrenus et Alex. Chronicon. cave autem cum altero confundas, quem *Σάην* postea vocat idem Cedrenus ac Theophanes, Paulus Diaconus Sathin. quae nominum affinitas mirifice chronographis atque annalium scriptoribus imposuit. proinde sic habeto, quinque omnino duces a Chosroë contra Heraclium missos. primus est *Σάης*, quem Saitum appellat noster, a quo Alexandria Aegyptus atque omnis Oriens vastatus est. hic quod Heraclium vivum ad Chosroëm non adduxisset, detracta cute miserrime periit, ante omnem Heraclii expeditionem, cuius ille legatos tres e Bithynia in Persidem secum abduxit. secundus est Sarbarus, de quo crebra deinceps mentio. idem hic Sarbanazas a Cedreno et Theophane vocatur a. 13, et Sarbarazas, qui ad oppugnandam Cpolim missus in itinere revocatur a Chosroë, iubeturque copiis cum Sarablanca coniunctis cum Heraclio pugnare. tertius est Sarablancas, de quo meminit Cedrenus ac Theophanes a. Heraclii 14. quartus est Sais, cuius meminerunt iidem a. 14 15 et 16; quo postremo anno victus ab Heraclio ex maerore atque aegritudine mortuus est. eius corpus inveteratum et in Persidem allatum Chosroës plurimis contumeliis affecit. quintus est Razates, qui a. 17 ab Heraclio caesus est. fit et alterius ducis mentio a Leontio, qui S. Ioannis *Ἐλεήμονος* vitam edidit, quem is Rasmiszum vocat, a quo vastata scribit loca sancta: verum Sarbaro id attribuunt ceteri. sub primo illo Saë militasse S. Anastasium, ac cum eo Chalcedonem venisse ibidemque Christianam fidem amplexum castra reliquisse, in Annalibus scriptum est a. C. 621, Heraclii 12. sed cum a. 616 Heraclii 6 comparandum istud esse paulo ante evidenter ostensum est. qui martyris vitam prodidit Simeon Metaphrastes, ita de eius conversione scribit: *erat enim ei quidam frater genere et commilito: ambo autem relati in numerum exercitus Sain, veneruntque usque ad inclytam* P 63

Chalcedonem. cum autem divinus Heraclius irruptione facta in Persidem contra Sain retraxisset, rursus Persa reditum aggressus est et in suam regionem vehementi studio est reversus. exercitum autem Persicum reliquit Anastasius etc. paulo vero postea, 10 hunc Heraclii annum fuisse memorat, quo ille Hierosolymam profectus in monasterium receptus est, ubi 7 annis transactis demum a. Heraclii 17 passus est. quae quidem neque cum Annalibus neque cum rei veritate consentiunt. inprimis cum annus numeretur Heraclii 10, quo is in monasterium admissus est, male cum a. C. 621 componitur: Heraclii quippe 10 coepit a. 619 Indict. 7, pervenitque ad Octobrem a. 620, biennio antequam Heraclius in Orientem pergeret aut cum ullo Chosrois duce confligeret, adeoque 4 annis post Saae digressum, imo post eius obitum. restat ut sub altero pene ὁμωνύμῳ Sai stipendia fecerit, cum praesertim Sais, non Saës aut Saitus a Metaphraste nominetur. verum obstat quod post Saae necem non Sais, sed Sarbarus vel Sarbarazas in Bithyniam exercitum egerit, unde a Chosroë revocatus cum Heraclio certavit, siquidem, auctore Theophane et Paulo Diacono, Chosroës a. 13 Heraclii Sarbanazam cum copiis in Romaniam, ut ait Cedrenus, immisit. sed e vestigio revocatus est, cum Heraclius in Persidem irrupisset, cui sese interim Sais obiecit. rursus a. 16 Heraclii Chosroës bifariam partitis copiis Sarbarum cum 50 milibus Cpolim misit, ceteros duce Sai adversus Heraclium opposuit, a quo victus Sais ac profligatus est, cum interim Sarbaras Chalcedonem oppugnaret; qua in obsidione perstitit, nec cum Heraclio deinceps congressus est. Theophanis ac Cedreni verba mirifice cum Metaphraste conveniunt. *τούτῳ τῷ ἔτει*, ait Theophanes, *Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς νέαν ἐποιήσατο στρατείαν, στρατεύσας ξένους τε καὶ πολίτας καὶ οἰκέτας, ἐκ παντὸς γένους ἐκλογὴν ποιούμενος, καὶ ταύτην τὴν ἐκλογὴν τῷ Σάϊν παραδοὺς στρατηγῷ.* Metaphrastes vero, *cum adolescentiae,* inquit, *aetatem iam attingeret, et rex Chosroës novum exercitum in Perside colligeret, ipse quoque cum aliis refertur in numerum tironum.* annus 16 Heraclii coepit Christi 625. quodsi a. 17 eiusdem imperatoris passus est, a. C. id accidit 626 aut 627. ita non annos 7 sed unum aut alterum exegit in monasterio. aut si omnino cum priore illo Saë Chalcedonem perrexit, a. 616, Heraclii 6, Christo nomen dedit, ac 621, Heraclii 11, aut insequenti a Chosroë interemptus est; id quod ego verisimilius arbitror. postremo minime praetereundum Lutherani chronologi Sethi Calvisii insigne delirium,
P 64 qui ad a. C. 621 notat Chosroën Anastasium in Asiam misisse, qui Chalcedonem oppugnaret: sed Anastasium magno imperatoris bono, relicta superstitione gentili, sacris Christianis initiatum, et postea etiam martyrio coronatum. cuius rei testem affert Cedrenum. quo nihil fingi potest ineptius, cum Anasta-

sium ex tirone ducem faciat. sed neque de Anastasio apud Cedrenum verbum ullum; et Saës Persarum dux a. Heraclii 6 Chalcedonem pervenit, non utique absente, ut iste fingit, Heraclio. sed sexcenta sunt eius generis in ista chronologia, quam qui scripsit neque Cedrenum neque alium Graecum ullum scriptorem vidit, sed pleraque ex Illustrissimi Cardinalis Annalibus hausta nullo iudicio decerpsit.

p. 10 v. 16. *οὗτος ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου*] Theophanes ac Cedrenus iisdem uterque verbis anno id Heraclii 6 contigisse narrant, proinde Christi 615 vel 616. quod inprimis observandum est. nam et hic immane quantum chronographos ratio fugit, cum Ioannis Alexandrini Eleemonis annos atque obitum describunt. quem Nicephorus in Chronico sedisse annos 10 asserit. itaque a. C. 620 decessisse hunc in Annalibus legitur; et eodem anno Nicetam patricium ab Heraclio missum Alexandrinae ecclesiae pecunias in fiscum redigere voluisse. porro, Leontio teste, priusquam Alexandria in hostium potestatem veniret, a Niceta Cpolim abductus in itinere obiit. verum qui potuit Nicetas in ea urbe provinciaque pecunias colligere, quam 5 iam annos Persae in potestatem haberent? quare metachronismus est annorum 5. quodsi Ioannes ab Heraclio Alexandrinae ecclesiae praefectus est, quod idem Leontius prodit, ut id anno eius primo factum sit, nonnisi 6 annos eam ecclesiam administrare potuit.

p. 11 v. 11. *ἐξουσίαις δεῖ*] mendosa haec sunt, ut alia pleraque. leg. *δή* et *φαίνοιτ' ἄν πώποτε*.

p. 12 v. 10. *ταῦτα ἐπὶ τέλει*] neque haec saniora: ex quibus tamen germanum sensum odorari studuimus.

p. 13 v. 1. *Ὀλύμπιος μὲν*] iidem plane recensentur in Alex. Chron. in epistola Heraclii ad Chosroën. at Cedrenus 70 ex magnatibus profectos asserit: sed perperam. expungenda enim litera o, ut et apud Theophanem, quae numerum illum apud Graecos indicat. Anastasius porro in eodem Chronico *πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος* nominatur.

ib. v. 19. *ἐξ οὗ καὶ τὰ πλεῖστα*] Chronicon Alexandrinum: *τούτῳ τῷ ἔτει ἀπητήθησαν οἱ κτήτορες τῶν πολιτικῶν ἄρτων διὰ γραφῆς καθ' ἕκαστον νομίσματα γ'. καὶ μετὰ τὸ παρασχεῖν πάντας εὐθέως τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ τῆς ϛ' ἰνδικτιῶνος ἀνηρτήθη τελείως ἡ χορηγία τῶν αὐτῶν πολιτικῶν ἄρτων.* itaque Indict. 6, a. Heraclii 8, mense Augusto, hoc est Christi 618, annona suppressa est.

ib. v. 23. *καὶ οἴχεσθαι διὰ ταῦτα*] nihil apud alios scriptores de eiusmodi Heraclii consilio legere memini.

p. 14 v. 5. *ὁ γοῦν ἱεράρχης*] causam aperit haec historia, quam ceteri dissimulant, cur iureiurando se populo Heraclius obstrinxerit. de quo Theophanes anno Heraclii 12: *πιστὰ δοὺς*

τῷ λεῷ ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσηται καὶ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναρμόσηται. Paulus Diaconus: *iuramenta dans populo, quod cum ipsis usque ad mortem foret certaturus et tanquam propriis filiis adhaesurus.*

p. 14 v. 10. καὶ ὁ τῶν Οὔννων] de Hunnorum adventu tacent Cedrenus ac Theophanes. Sigebertus a. 623: *Heraclius imperator Hunnis confoederatur.*

ib. v. 19. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ τῶν Ἀβάρων] Cedrenus ac Theophanes a. Heraclii 9 Avares produnt in Thraciam irrupisse, totamque illam ab iis tragoediam excitatam. erat a. C. 619, Indict. 7. contra Chron. Alex. p. 890 Indict. 9 a. Heraclii 11 et post eius consulatum 12. sed falsum Indictionis esse titulum
P 65 nemo non videt. neque enim cum Indict. 9 annoque Heraclii 11 convenit annus post eiusdem consulatum 12; multoque minus quadrat quod subiicit, a 22 Ianuarii eiusdem Indictionis annum esse Heraclii iunioris 11, ut anno solido consul fuerit antequam nasceretur. scriptum est in eodem Chronico p. 878 ex a. d. Octobris 7 Indict. 14, quo Heraclius imperium auspicatus est, usque ad Ianuarii 13 eiusdem Indictionis publicis actis subscriptum esse a. 1 imperii duntaxat, et a 14 die mensis eiusdem deinceps ad Decembrem exeuntem Indict. 15 ineuntis additum "et consulatu eiusdem religiosissimi nostri principis." quare annis sequentibus, puta Heraclii 2 et Indict. 15, ab Ianuario mense numeratus est a. 1 post consulatum Heraclii. anno vero Heraclii 3, Indict. 1, Ianuario mense, coepit a. 2 post consulatum Heraclii. quod quidem anno C. 613 respondet. quo eodem anno, ut idem Chronicon refert, a 22 Ianuarii in actis publicis, post solenne carmen *in nomine domini etc,* iussit Heraclius adscribi Heraclii iunioris a. 1. itaque a. 11 incurrit in a. C. 623 Ind. 11, Heraclii vero senioris imperii a. 13, et post eius consulatum 12. ex his ἀσύγκλωστα constat esse quae in Chronico leguntur. in quo etiam character feriae subditur: τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ, μηνὶ Δαισίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ἰουνίου ε', ἡμέρᾳ πρώτῃ, Iunii 5, feria 1. hic est annus Christi 623, cyclo solis 16, lit. dom. B. proinde Iunii 5, feria 1 sive dominica.

Verum Cedreni ac Theophanis sententia longe verior est. etenim a. Heraclii 13 Ind. 11, sive Christi 623, Heraclius Cpoli 15 Martii profectus in Orientem, 20 Aprilis in Persidem cum copiis suis ingressus est, ut scribit Theophanes, totoque hoc anno Chosroën insecutus demum in Albania hiemem traduxit. quare Cpoli Iunio mense non fuit. sed et Avarum illa prior irruptio ac perfidia ante expeditionem Heraclii contigit, ut etiam Nicephorus noster asserit. quod ad Alex. Chron. attinet, quod ex variis auctoribus centonis instar conciunatum est, vel ratio ipsa persuadet παρεκβολήν hanc de Avarum grassatione alieno loco positam ad Ind. 7, Heraclii vero 9 annum pertinere. unde pro

Δαισίου ε′ legendum omnino *Δαισίου γ′*: nimirum a. C. 619, cyclo solis 12, lit. dom. G, ideoque Iunii 3, feria 1.

p. 14 v. 23. *κυαίστωρα*] quaestorem sacri palatii. vide Notitiam imperii. quod sequitur participium *ἀπαίροντας*, vitium sonat. fort. *ἀποφέροντας*.

p. 15 v. 5. *πόλιν Ἡράκλειαν*] ea est Perinthus, ut ait Procopius l. 1 de bello Vandalico, in Propontide sita.

ib. v. 15. *χωρήσειν τὰ λάσια*] depravatus hic locus. nec divinare necesse est.

ib. v. 23. *Ἕβδομον*] suburbanum est Cpolitanae urbis, a miliarium numero dictum, quod 7 lapide ab urbe distaret. ceterum deesse quidpiam inter *μόλις* et *πρὸς τὸ πεδίον* suspicari possumus, ut primo imperatoris fugam ac receptum, inde barbarorum adventum in Septimum describat.

p. 16 v. 2. *Βαρνύσσου*] Barnyssum perpetuo vocat fluvium, quem ceteri Barbysen vel Barbyssum appellant.

ib. v. 13. *τὸ πρὸς τὴν ἀνεψιὰν*] metachronismus est annorum ferme 7, siquidem Martinam duxit a. imperii 4, Christi 614. pro quo perperam in margine p. 41 ab operis 616 notatum.

ib. v. 23. *ἐπὶ ταύτῃ*] divinandum nobis hic fuit, ut ex vitiosa lectione commodi aliquid sensus erueretur. cum Prasina factio Heraclium exagitaret, haud dubium quin Veneta pro eo steterit. igitur *ἐπὶ ταύτῃ* corr. fortassis *οἱ Ἐνετοί*.

p. 17 v. 5. *διεπιπράσκοντο τὰ τῶν ἐκκλησιῶν*] ut Avaribus tributa penderentur. nam missis ad chaganum legatis eum sibi reconciliavit. *καὶ στοιχήσαντες πάκτα ὑπέστρεψαν οἱ πρέσβεις ἐν εἰρήνῃ*.

ib. v. 8. *αὖθις οὖν ἐπιστρατεύει*] metachronismus est annorum 5. Cedrenus ac Theophanes a. 5 Heraclii Hierosolymitanae urbis *ἅλωσιν* referunt, Indict. 3. est hic a. C. 615. at Chron. P 66
Alex. Indict. 2, Heraclii 4, hoc est Christi 614. et characterem anni huius addit, nempe 28 die mensis Octobris sabbatum fuisse, quo sacra lancea Hierosolymis allata est. iam vero ut Octobris 28 sabbatum sit, annus esse debuit Christi 612, Indict. 1, Heraclii 3, cyclo solis 5, lit. dom. A, aut certe anno 618, Indict. 7, Heraclii 9, cyclo solis 11, neutrum Ind. 2. quare mendum loco est illo. monuimus antea perturbatos nonnunquam ac sede sua dimotos esse annorum et Indictionum titulos in illo Chronico. idem et huic loco contigisse necesse est. itaque sic rescribendum censeo p. 880: *Ἰνδ. β′ δ′, μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ γ′. καὶ ἀπὸ κβ′ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται βασιλείας Ἡρακλείου νέου Κωνσταντίνου ἔτους β′. Ἰνδ. γ′ ε′, μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ δ′* etc. moxque: *τούτῳ τῷ ἔτει περὶ μῆνα Ἰούνιον* etc. usque ad haec verba: *καὶ παρασκευῇ γυναικῶν*. p. 882. rursus: *Ἰνδ. δ′ ς′, μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ ε′. τούτῳ τῷ ἔτει ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου ἀπὸ τῆς α′ ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, Ἰν-*

δικτιῶνος δ'. quae postrema verba Ἰνδικτιῶνος δ' coniecturam nostram affirmant. sed ille feriae character p. 882, quo 28 Octobris feria 7 notatur, cum sit perspicue falsus, unius literae mutatione restituetur, si pro κη' ιη', hoc est 18, scribatur. nam a. C. 615 Ind. 4 iam inchoata una cum Heraclii 6, cyclus solis 8, lit. dom. E: ideo Octobris 18 feria 7. Chronicon autem cum reliquias Hierosolymitani excidii eodem orationis filo pertexeret, non necesse habuit novae Indictionis annique titulo eam abrumpere. sed cum idem Septembris 14 Indictione adhuc 3 notat, plane Indictionis initium non a kal. Sept., ut Scaliger l. de Emend. 5 monet, sed a 24 ducit: alioqui τετάρτης dicendum fuit. quicquid sit, certum est Hierosolyma capta a. C. 615, Indict. 3, anno Heraclii 5. Sigebertus ad annum hoc refert 617. sed quod biennium interdum addere solet, annus eius 17 noster est 15.

p. 17 v. 9. Σάρβαρον ἡγούμενον] a Sarbaro captam urbem illam esse consentit et Chron. Alex., tametsi id Rasmiszo Leontius tribuit, ut antea notavimus.

ib. v. 11. Μοδέστου] imo Zacharia, ut Cedrenus Theophanes aliique omnes asserunt. de qua re paulo post agemus.

ib. v. 13. ὁ οὖν Ἡράκλειος] prima haec est Heraclii in Orientem expeditio; cuius certum annum definire operae pretium est ad Heraclii historiam. Cedrenus ac Theophanes a. Heraclii 11 transportatos aiunt ex Europa in Asiam exercitus. anno deinde sequenti, hoc est Heraclii 12, celebrato paschate, postridie sub vesperam contra Persas profectum, relicta Bono patricio et Sergio patriarchae Cpolitanae urbis custodia. et quidem annus ille duplici charactere notatus est. primus est apud Cedrenum, qui a. Heraclii 12 Sept. 3 feriam 5 ait fuisse, quo die Stephanus quidam Alexandrinus de Saracenorum imperio nonnulla praedixit. alter apud Theophanem reperitur eodem anno Heraclii 12, cum ait: τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀπριλλίῳ δ', Ἰνδ. γ', τελέσας ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εὐθέως τῇ δευτέρᾳ ἑσπέρας ἐκίνησε κατὰ Περσίδος. Aprili, inquit, mense, die 4, pascha fuit. sed quod in nostro codice est Ἰνδ. γ', melius in Miscella Ind. 10. hunc annum Christi 621 Annalium auctor aliique vulgo chronologi numerant, et quidem ille Indict. 9, a. Heraclii 12. verum cum annus Heraclii 11 cum Indict. 9 coeperit a. d. 620, anno 621 cum Indict. 10 inchoatus est 12. quare non 12 Heraclii, sed 11 convenit pascha anni 621. iam a. C. 621, cyclo solis 14, lit. dom. D, Sept. 3 feria 5, qui erat anno Heraclii non 12, sed 11. eodem anno cycli paschalis erat annus 14, novilunium paschale 3 kal. Apr., terminus paschalis prid. eid. Apr., dominica. ideo diffundendus dies in 13 kal. Maias. ergo 19 Apr. pascha celebratum. at 4 die sabbatum fuit. idem et ex Maximi monachi computo colliges, quem iis temporibus scri-

psit. nam cyclo lunae 14 luna 14 Apr. 12, cyclus solis 9, epactae solis 3; quas adde regularibus τῆς ποστιαίας, hoc est 5: P 67
fiunt 8. proinde feria 1 Aprilis 12. et καθ' ὑπέρβασιν pascha reiiciendum in 19. non igitur eundem in annum Iulianum aut Heracliani imperii, quod ab Octobri mense, ut ante monuimus, inchoatur, duo illi Theophanis ac Cedreni characteres incurrunt, sed Cpolitanum duntaxat. quorum primus Sept. 3 a. 621 tribuendus est, alter, idemque paschalis, a. 622, cyclo paschali 15, cyclo solis ex methodo Cpolitana et Maximi computo 10. terminus paschalis Aprilis 1. concurrentes 4 cum regulari 1 dant feriam 5 Aprilis 1. unde Aprilis 4 dominica paschatis. apud Latinos vero cyclo solis 15 lit. dom. C. eodem lunae cyclo terminus paschalis et pascha iisdem illis diebus.

In Alexandrino Chronico p. 892 scriptum est, Indict. 12, Heraclii 14 et post eius consulatum 13, Heraclii iunioris 12, Heraclium cum liberis et coniuge profectum 25 Martii, et ad Nicomediam pascha celebrasse; secundum quod remissis liberis cum Martina coniuge perrexit. debuerat paschatis characterem, ut in levioribus solet, adscribere. interim, si sana lectio est, hoc pascha in a. d. 624 incurrit, cyclo solis Romano 17 bissextili, lit. dom. G, term. pasch. 5 eid. Apr., feria 1, dom. pasch. 17 kal. Maias, hoc est Apr. 15. ex methodo vero Maximi cyclo solis 12. concurrentes 7 cum regulari 9 Apr., hoc est 2, dant feriam 2 in termino. ergo 15 Apr. pascha. verum falsum omnino Chronicon illud esse ex eo validissime probatur, quod Heraclius a. imperii 14 Cpoli esse non potuit: hoc enim anno cum in Albania hiemem traduxisset, *appetente vere, motis ex Albania castris,* ut ait Theophanes, in Persidem erupit, totoque deinceps anno cum Chosrois ducibus pugnavit.

Ne diutius differam, ita prorsus existimo, pascha illud in Chronico commemoratum celebratum ab Heraclio esse a. imperii 13 Ind. 11, Christi 623. quo anno cyclo solis Cpolitano 11, lunae 16 terminus pasch. 21 Martii. concurrentes 5 cum προσθεταῖς 4 dant feriam 2 in termino. ideo Martii 27 dominica paschalis. idem convenit apud Latinos cyclo solis 16 lit. dom. B. atque hoc quidem anno, auctore Theophane, Heraclius, qui anno superiore Cpolim hiemandi causa ex Armenia redierat, Martii 15, Ind. 11 contra Chosroën egressus est. quod autem 25 Martii profectus in Chronico legitur, facile cum Theophane conciliari potest. quid si enim pro ιε' scripsit Theophanes κε'? quid si in itinere aliquantisper moratus est? aut Nicomedia ipso die annuntiationis profectus tertio inde die pascha celebravit.

Postremo ex his omnibus apparet primam Heraclii profectionem in Orientem accidisse a. C. 622, Heraclii 13, Indict. 10.

p. 17 v. 19. ἀπάρας διὰ τοῦ Εὐξείνου] prochronismus est a. fere trium. quae enim sequuntur non anno illo quo primum

profectus est Heraclius, imperii videlicet 13, sed 16 contigerunt, ut est apud Cedrenum ac Theophanem, cum Chosroës saepe ab Heraclio victus, ingentibus undique conflatis copiis, earum partem Saino praefecto tradidit et adversus imperatorem opposuit, alteram cum Sarbaro Cpolim misit, ut cum Hunnis occidentalibus, quos Avares vocant, ac Sclavinis et Gepidis urbem oppugnaret: Heraclius contra trifariam exercitu distributo partem unam ad urbis praesidium submittit, secundam Theodoro fratre duce Saini copiis obiecit. ipse cum tertia Lazorum regionem adiit, Turcorumque sive Chazarum auxilia contraxit. fieri quidem potest ut antea a Turcis auxilium postularit et ad eos ipse perrexerit, anno siquidem expeditionis primo *ἐστράτευσε μετὰ πλοίων διὰ τοῦ Εὐξείνου Πόντου*, ait Cedrenus, ac sibi Turcorum copias adiunxit. sed congressus ille cum eorum principe nonnisi eo quo dixi anno contigit.

P 68 p. 17 v. 20. *τίκτεται*] Heraclii liberos habes in *προθεωρίᾳ* brevi tabula descriptos. Heraclius vero iste in Lazorum regione natus plane a Constantino distinguendus est, qui diu ante Cpoli ex Martina susceptus est, ut suo loco demonstrabitur. de anno nihil exploratum habemus.

p. 18 v. 2. *κἀκεῖνος*] Zebeel Chazarum dux ab iisdem scriptoribus nuncupatur, qui per Caspias portas in Persidem irrupit. unde redeunti ex Lazica Heraclius occurrit, tumque se mutuo perhumaniter acceperunt.

ib. v. 4. *καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου*] Theophanes p. 264 A.

p. 19 v. 2. *ἐφ' ἑνὸς δὲ τούτων*] Gazacum urbem Cedrenus ac Theophanes vocant; ubi et Croesi thesauros asservatos fuisse tradunt. huius historiam describit Ioannes Tzetzes Chil. 3 Hist. 66, qui et ex Pisidae Heracliade hos iambos producit

καί τις πρὸς αὐτὸν οὐρανὸς τοῦ Χοσρόου
μηχανοτευχεῖς ἐξεπομβρῶν τὰς δρόσους.
γέρον Συρακόσιε νὺν γεομέτρα!
ὁ γῆν ἀνασπῶν μηχανῇ τῇ τρισπάτῳ
βοῶν ὅπη ἀβῶ, καὶ σαλεύσω τὴν χθόνα.
ἐᾷ παρασπᾶν τοὺς ἀσαλεύτους ὄρους
ἡττῶ γυναικὸς μηχαναῖς εὐμηχάνοις.

in 5 versu corr. ὅπα βῶ.

ib. v. 7. *Χοσρόης τοίνυν*] bis a Chosroe Sarbarus vel Sarbanazas in Bithyniam missus ac revocatus (quod ante a nobis observatum necessario hoc loco repetendum est), primum a. Heraclii 13, cum irrumpente in Persidem Heraclio redire illico iussus est, secundo a. 16 eiusdem Heraclii, quando et Chalcedonem oppugnavit; nec inde digressus est, tametsi ex Avarum clade ingens damnum ac maerorem cepisset. *ὁ δὲ Σάρβαρος*, ait Cedrenus, *ἐπὶ τούτοις ἀχθεσθεὶς ὅμως τὴν Χαλκηδόνα παρακαθήμενος οὐ μετέστη, ἀλλ' αὐτοῦ ἐχείμασε, πραιδεύων τὰ περατικὰ*

μέρη. causam tam pertinacis morae nullus historicorum affert praeter hunc Nicephorum: sane enim ficto illo Chosrois mandato vel invitus substitit. at enim turbant Cedrenus ac Theophanes, dum a. Heraclii 17 pugnasse id imperatorem scribunt, ut Chosroi terrorem obiiceret, quo is Sarbarum a Byzantii obsidione revocaret. etenim si hoc tantopere studebat Heraclius, quid attinebat revocatum eundem commenticiis literis retinere? sed nimirum ante Avaricam cladem ac solutam Byzantii obsidionem retrahere Sarbarum voluit, ne a duobus potentissimis exercitibus opprimeretur. idem ubi feliciter ad urbem gesta omnia cognovit, attritis magna ex parte Chosrois viribus, ne cum recentibus Sarbari copiis instaurandum certamen esset, nullo aut levi domestico periculo ad Chalcedonem commorari passus est. itaque quae a Cedreno ac Theophane narrantur, ea alieno tempore usurpata ad superiores annos referenda sunt. longe gravior est Constantini Manassis in hac historia lapsus, qui Chosroen ait Byzantium usque exercitum duxisse, quem quidem per duces suos absentem omnia gessisse constat. porro literas deinceps P 69
alias a Chosroë missas et a Romanis interceptas Sarbaroque traditas narrant Theophanes et Cedrenus. verum eae non ad Sarbarum scriptae, sed de eo necando ad collegam Cardaricham datae fuerant.

p. 19 v. 16. Ἀδρουαδιγάνου] Androegam nominare videntur iidem illi scriptores, cum tradunt Chazaros per Caspias portas in Androegae regionem eruptionem fecisse.

p. 20 v. 1. οἱ δὲ Ἄβαροι] rursus Avares a Chosroe solicitati ad urbem adveniunt. quod a. C. 625 vulgo tribuunt. verum sequenti potius anno quadrat, ut ex Alexandrino Chronico constat, in quo duplex eius character traditur. etenim Indict. 14, Heraclii 16, post eius consulatum 15, Heraclii vero iunioris 14, mense Maio, die 14, feria 4, αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ μεσοπεντηκοστῇ, scholae contra Ioannem Sismum seditiose convenisse dicuntur. duo haec, nimirum feria 2 Maii 14 et 25 dies a paschate, quae est μεσοπεντηκοστή, nonnisi cum a. C. 626 comparari possunt, cyclo lunae 19, solis apud Cpolitanos et ex Maximi methodo 14. terminus paschalis Aprilis 17. concurrentes sive epactae solis 2 cum regularibus 3 τῆς ποστιαίας dant feriam 5. quare 20 Aprilis dominica paschalis, litera E apud Romanos, cyclo solis 19. quinquagesima inde dies, hoc est πεντηκοστή, 8 Iunii. at 25 sive μεσοπεντηκοστὴ Maii 14, feria 4, ut est in Chronico. sequuntur totidem alii characteres. prior p. 896, ubi 29 Iunii dominica fuisse proditur, alter p. 901, ubi Augusti 2 dies feria 7 notatur. igitur litera dom. E. quod ad historiam Cpolitanae obsidionis attinet ac liberationis eiusdem B. Virginis ope ac patrocinio servatae, pluribus ea narrantur in illo Chronico itemque apud Theophanem et Cedrenum.

p. 20 v. 12. *ἀλλήλοις τε λόγοις*] fort. *ἀλλήλων τε ἐγγύς*. Alex. Chronicon: *καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἔστησε πλῆθος μαγγανικῶν εἰς τὸ μέρος ἐκεῖνο τὸ πολεμηθὲν παρ' αὐτοῦ σύνεγγυς ἀλλήλων.* etc.

p. 21 v. 13. *εὐθὺς δωμησάμενοι*] Ind. 15, Heraclii a. 17, ait Chron. Alex., quo anno moritur egregius ille propugnator urbis Bonus patricius Maii 11.

ib. v. 16. *μαθὼν δὲ Χοσρόης*] anno Heraclii 17, ut ait Theophanes ac Cedrenus, Indict. 15, Razates (aliis Razastes) dux a Chosroë mittitur, vir bellicosus ac strenuus, quocum secundo exitu pugnatum Decembris 12. Theophanes: *τῇ δὲ δωδεκάτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἡμέρᾳ σαββάτου ἐκροτήθη ὁ πόλεμος.* ecce tibi character anni huius, quem frustra Christi 626 faciunt. fuit enim haud dubie 627 cyclo solis Romano 20, lit. dom. D, ideoque 12 Decembris sabbatum.

ib. v. 19. *καὶ τῆς οἰκείας ἀφορμῶν*] Cedrenus: *καὶ προπηδήσας πάντων ὁ βασιλεὺς ἄρχοντι μεγάλῳ τῶν Περσῶν συναντᾷ, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ τῆς θεοτόκου καταβάλλει τοῦτον.* videtur innuere cum alio quam cum duce Razate imperatorem pugnasse: nam Razatem proxime tanquam alterum ab *ἄρχοντι* illo nominat. at nobiscum facit Theophanes.

p. 22 v. 10. *οἱ δὲ Περσῶν ἄρχοντες*] de Principum conspiratione contra Chosroën, eiusque nece Cedrenus et Theophanes
P 70 accurate scripserunt. exstat in Alexandrino Chronico Heraclii ad Cpolitanos epistola de rebus a se gestis deque Chosrois miserabili caede; quam annales ac chronologiae omnes coniiciunt in a. C. 627. in quo cum Theophane ac Cedreno consentiunt, qui id anno subscribunt Heraclii 17. verum et illi ipsi secum pugnant et annos duos in unum temere confundunt. id quod ego necessariis rationibus convincam. quippe Heraclii 17 iisdem auctoribus imperator cum Turcis Persidem ingressus est: sed ab iis postmodum desertus cum Razate Chosrois duce secundo Marte confligit. inde Chosroen fugientem persequens omnia caede atque incendio vastat. qua in excursione natalem Christi celebrat in aedibus Iesdim, luminarium vero festum Iuliani sequentis anni in Dastagerde. paulo post Chosroës a filio necatur. pugnatum est cum Razate, ut ante ex Theophane monuimus, Dec. 12, sabbato, a. 627. iam Heraclii a. 17 cum Ind. 15 coepit a. 626. quare nonnisi a. sequenti, Heraclii 18, Indict. 1, cum Razate debellatum, Dec. 12. atque ut nullus tergiversandi sit locus, testem dabimus Heraclium ipsum in epistola quam ad Cpolitanos scripsit, ubi primum Februarii 24 *τῆς ἐνισταμένης πρώτης ἰνδικτιῶνος*, *inchoatae* 1 *Ind.*, dynastas omnes et satrapas ad Siroëm relicto Chosroë defecisse narrat, postridie Siroëm inauguratum, Chosroëm vero 28 mensis eiusdem a filio necatum. addit insuper characterem huius anni p. 917, cum ait Aprilis 3 domi-

nicam fuisse. accedit et Chronicon ipsum, in quo Heraclii haec epistola legitur. *anno*, inquit, 18 *imperii Heraclii, post eius cos.* 17, *et* 16 *imp. Heraclii iun. Constantini filii eius*, 15 *Maii, Ind.* 1, *feria* 1, *ipsa pentecostes die, lectae sunt literae ex suggestu in sanctissima dei magna ecclesia missae ex Oriente ab Heraclio.* haec omnia nulli alteri quam 628 Christi anno accommodari possunt. cyclo solis ex methodo Maximi 16, epactae solis 5, cyclo lunae 2, terminus paschalis 25 Martii. regularis huius die 1 cum concurrentibus 5 dat feriam 6. unde Martii 27 pascha, lit. dom. B, cyclo solis Romano 21, adeoque 15 Maii pentecoste. ideo, ut initio dixi, duo anni in unum perperam contracti. apud Theophanem sub eodem a. 17 ita scriptum est: *τῇ δὲ θ' τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός, ἰέ ἰνδ, κατέλαβεν εἰς τὴν χώραν Χαμαηθά, καὶ διανέπαυσε τὸν λαὸν ἑβδομάδα μίαν.* eadem habet et Cedrenus. quibus verbis novus Heraclii annus, hoc est 18, cum Indict. 1 praefigi debuit: quis enim non videt ante Octobrem a 15 ad 1 Indictionem transitum esse factum?

p. 22 v. 20. *γράφει τε πρὸς αὐτόν*] exstat in Alex. Chronico fragmentum epistolae Sirois ad Heraclium cum hac inscriptione, Acabata Sadasace Heraclio clementissimo etc.

p. 23 v. 14. *κρατεῖ δὲ τῆς βασιλείας Περσῶν*] Caboes iste nusquam in Persarum regum numero censetur. suspicor errore Nicephori factum ut eiusdem nomina duo pro diversis regibus haberentur: Siroës enim Acabada dictus, quod Caboi simile est. nisi forte Adeser Sirois filius alio nomine Caboes sit nuncupatus. ac regum quidem istorum successio a Theophane ita describitur.

Siroës, Adeser *menses* 7.

Sarbarazas, *quem Barazam vocat Cedrenus, interfecto Ade-* P 71
ser, menses 2.

Borane, *Cedreno Baram Chosrois filia, menses* 7.

Ormisdas, *annos* 11.

ab iis Nicephorus noster longe diversus abiit, qui post Siroen Caboen recenset, hinc Ormisdam, postremo Sarbarum. sane communis haec opinio est, Ormisdam ultimum omnium in Perside regnasse. cui Sigebertus annum unum duntaxat attribuit.

p. 24 p. 3. *Σάρβαρος δὲ ἀκούσας*] hic finis Persici belli fuit. in quo mysticum illud accidisse narrant Theophanes Zonaras et alii, quod uti 6 diebus mundus a deo fabricatus est ac 7 quievit, ita cum 6 totos annos Heraclius cum Chosroë pugnasset, 7 tandem optatum ei bello finem imposuit. Constantinus Manasses

ἐν ἑξαμέτρῳ τοιγαροῦν ἡλίου περιδρόμῳ,
τὴν Περσικὴν καὶ Μηδικὴν Ἡράκλειος ἐκτρίψας,
Καλλίνικος ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν Βυζαντίδα.

numerantur vero anni illi 6 ab a. 12 Heraclii, Christi 622 post pascha, usque ad a. 18, Christi 628 ineuntem.

p. 25 v. 1. *ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρόν*] Zonaras de Machometo: *ὑποστρέφοντι δὲ τῷ βασιλεῖ τούτῳ ἐκ Περσίδος τροπαιοφόρῳ πρόσεισι Μοάμεθ ὁ τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος* etc. paulo post: *οὗτος οὖν ἐκ τῆς Αἰθρίβου προϊὼν προσῆλθεν τῷ βασιλεῖ, χώραν αἰτῶν εἰς κατοίκησιν, καὶ ἔλαβε.* ad annum pertinet Heraclii 18, Christi 628, quo e Perside victor Cpolim regressus est. sed nondum tamen, ut opinor, Arabes Romanorum imperio infesti fuerunt, sed anno postea tertio, ut paulo post dicetur.

ib. v. 8. *αὐτὸς δὲ λαβών*] anno imperii sui 19, ait Cedrenus ac Theophanes, appetente vere Cpoli profectus Heraclius Hierosolymam pretiosa ac vivifica crucis ligna secum detulit, *ἀπαγαγὼν τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα*, ut loquitur Theophanes. ita Graeci scriptores omnes ex legitima formula sanctissimam Christi crucem appellare solent, atque inter alios Nicephorus in Chronico: *καὶ ὁ ζωοποιὸς σταυρὸς τοῖς ἰδίοις τόποις ἀποκατέστη.* quem ad locum Ioachimus Camerarius ex Lutheri pistrino multa contra S. crucis cultum non minus stolide quam imperite disputat. et *τίμιον* quidem vocari utcunque patitur, *ζωοποιὸν* vero nefas esse putat. idque ineptissima ratiocinatione, sed impia atque sacrilega suadere contendit. sexcenta sunt huius generis in istis scholiis ab insano capite virulente scripta.

ib. v. 10. *καὶ Μοδέστῳ*] Modestum Hierosolymorum episcopum fuisse excidii tempore Nicephorus noster asserit. ceteri propemodum omnes Zachariam nominant. Theophanes litem hanc aptissime componit his verbis: *εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τοῦ πατριάρχου Ζαχαρίου τελευτήσαντος μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐν Παλαιστίνῃ ἀπὸ αἰχμαλωσίας, τοῦ δὲ ἁγίου Μοδέστου καὶ ἀρχιμανδρίτου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου τοῦ κτίσαντος τὴν ἁγίαν Ἀναστασίαν καὶ τὴν ἁγίαν Βηθλεὲμ ὡς ἐμπρησθέντα ἀπὸ τῶν Περσῶν, τότε οὖν χειροτονεῖ ὁ βασιλεὺς τὸν ἅγιον Μόδεστον πατριάρχην.* quae omnia a Miscellae auctore ac Cedreno praetermissa ad hanc historiam peropportuna sunt. atque etsi nonnihil vitiata sint, hoc tamen significant, Zachariam paulo post reditum e Perside in Palaestina defunctum, eique subrogatum Modestum archimandritam. Nicephorus in Chronico Zachariae tribuit annos ante urbis *ἅλωσιν* 22, Modesto vero annum 1, Theophanes Zachariae annos in totum 22, Modesto 2; idemque Modesti initium confert in annum Heraclii 22, cum tamen de eius creatione a. 19 mentionem fecerit. Alexandrinum Chronicon a. Phocae 7, Indict. 12 Isacio Hierosolymorum episcopo mortuo suffectum esse Zachariam scribit, Cpolitanae ecclesiae presbyterum et vasorum custodem. est hic a. C. 609, a quo ad a. 630 anni sunt 22; quo annus Heraclii coepit 22. quare Zacharias, postquam in sedem restitutus est, annos 4 vel 5 superstes fuit; falsumque omnino est Nicephori Chronicon.

ib. v. 15. *ὑψωθέντων δὲ αὐτῶν*] significat e vestigio Cpo-

lim translata esse τὰ ζῳοποιὰ ξύλα, Indict. 2. prochronismus est annorum fere 6, siquidem a. duntaxat Heraclii 24, ut auctor est Theophanes ac Cedrenus, transportata ab imperatore sanctissima ac vivifica crux est, Syriacis rebus plane desperatis. est hic a. C. 634, Indict. 7. bis igitur Cpolim advecta crux est. P 72 primum a. Heraclii 19, simul atque e Perside recepta est. unde ab Heraclio translata, ab eodem denuo post annos 6 ad urbem remissa. at Nicephorus utramque translationem promiscue habuit. Sigebertus a. 635 *Saracenis* ait *Syriam infestantibus, Heraclius crucem sanctam domini ab Hierusalem Cpolim transtulit.* uno anno plus dicit. sed revera annus fuit 634.

p. 26 v. 9. *οὐ πολὺς δὲ χρόνος*] Heraclii 22, Christi 631, Arabes a Romanis deficiunt ob rogam sive donativum ab imperatoris eunucho cum contumelia denegatum. Theoph. Sigeb. a. 633. eodem a. moritur execrandus ille Machometes die Iunii 17. successit Abubecher, qui a. Heraclii 23, Indict. 5, Palaestinam vastavit. a. vero Heraclii 24 moritur, Ind. 7, cum regnasset, ait Theophanes, a. 2. Cedrenus addit menses 6. succedit Omarus, a quo Bostra aliaeque urbes expugnatae.

ib. v. 10. *εὐθὺς Ἡράκλειος*] eodem Heraclii a. 34 Theodorus Heraclii frater ab Omaro vincitur, inde Emesam ad imperatorem fugit. cui successor datus est Baanes et Theodorus sacellarius, a quo Arabes Edessa Damascum usque fugati. Theophanes et Cedrenus.

p. 27 v. 5. *ἐκ τούτου παρήγγειλε*] Heraclii 25, iisdem auctoribus, Baanes ac Theodorus Heraclii duces a Saracenis vincuntur, 23 Iulii, feria 3, inTheophane nostro. sed Augusti pro Iulii ex Miscella rescribendum. accidit hoc a. C. 634, cyclo solis 27, lit. dom. B. sed nondum Heraclii a. inierat 25, cum adhuc 24 decurreret cum Indict. 7.

ib. v. 17. *τῶν Οὐννογουνδούρων*] Constantinus Porphyrogen. l. 2 de Themat. *Οὐννογουνδούρους* ait vocatos fuisse Bulgaros.

p. 28 v. 2. *Ἰωάννην τὸν Βαρκαίνης*] Theophanes ac Cedrenus a. 27 missum narrant ab imperatore Ioannem ducem cognomento Kartzam (Theophanes *Καταίας*), Osroenae praefectum, qui Chalcedonem (leg. Chalcidem ex Miscella) ad Iadum Omari ducem profectus centum milia numorum pollicitus est, ne Euphratem transiret. quod quia inscio imperatore fecerat, relegatus est, eique successor datus est Ptolemaeus. sed alium ab hoc Ioanne oportet illum esse de quo Nicephorus hoc loco.

ib. v. 22. *τῆς Ἱερίας*] vide num eo pertineat distichon illud ex Anth. l. 4 c. 3 *εἰς εἴσοδον ἱερείας:*

τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγάκλεα δείματο χῶρον,
ὕδατι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

neque enim ad aedem B. Virginis pertinere videtur, ut interpres

asserit, sed ad palatium maritimum. eiusdem palatii meminit et Theophanes in a. 12 Copronymi, ubi conciliabulum adversus S. imagines in Hierae palatio celebratum refert. sed et Nicephorus noster in fine historiae.

p. 29 v. 9. *τὴν λεγομένην Πρίγκιπον*] Principis insula in Propontide sita est.

ib. v. 21. *κόλπον Φαιδαλίας*] Phidalia leg. cum Stephano de Urbibus voce *Γυναικόπολις*. fuit haec Byzantis uxor, ut ibidem Stephanus narrat. in Anthol. l. 4 c. 4:

ἱμερτὴ Φιδάλεια δάμαρ Βύζαντος ἐτύχθην,
εἰμὶ δὲ Βουπάλεως δῶρον ἀεθλοσύνης.

p. 30 v. 3. *κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην ἰνδικτιῶνα*] Indictio haec a. 638 inchoata est, Heraclii 29. quare a. 639 eius obitus notatur in magnis Annalibus, cum sedisset a. 28, die 21, ut est in Chronico Nicephori. sed falso: nam ab eo constat Heraclium esse coronatum. ergo eius initium in Annalibus notatur a. C. 608 Indict. 11, Phocae 6, adeo ut 32 annos ei ecclesiae praefuerit. verum Theophanes 29 sedisse tantum asserit. qua ratione anno Christi 610 episcopatum iniit, Phocae imperatoris ultimo. ultimus vero eius annus incurrit in 638, Ind. 11, Heraclii 28. Ale-
P 73 xandrinum Chronicon p. 875 annum illum, quo Sergius patriarcha creatus est, multiplici charactere designat, siquidem Martii 20, feria 6 mortuum esse refert Thomam illius antecessorem; qui 22 mensis eiusdem sepultus est, dominica die. postea vero Aprilis 8, Indict. 13, sabbato magno, Sergium creatum pontificem. subiicit et alium feriae characterem, Octobris 3 Indict. 14 sabbatum fuisse, de quo supra disputatum est. annus ille procul dubio Christi est 610, cyclo solis 3, lit. dom. D. ideo Martii 20 feria 6, et 22 dominica. cyclus lunae 3, terminus paschalis 13 Aprilis, cyclus solis ex Maximi methodo 26, concurrentes sive epactae solis 3, quae cum regularibus diei dant feriam 2. quare pascha Aprilis 19, et sabbatum magnum 18 eiusdem. unde in Chronico pro 8 rescribendum 18. ex hac observatione superiorum patriarcharum seriem iisdem in Annalibus corrigas. veluti cum Thomae primus annus comparatur cum a. 606, Phocae 4. in quo suffragatores quidem, quod ad Phocae annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, sed utrumque errore lapsum. nam cum Theophanes Thomae tres annos tribuat et a. 4 Phocae primum illius numeret, Sergii primum duobus annis accommodat, 7 et 8. longe melius in Alex. Chronico Cyriacus e vivis excessisse dicitur Octobris 29, die sabbati, curatumque funus illius postridie, dominica. fuit hic annus 607, cyclo solis 27, lit. dom. B, Indict. 10, Phocae 4 pene absoluto. sequenti a. 607, Phocae 5, Indict. 10, post cos. Phocae a. 4, Ianuarii 23, creatus est Thomas. sedit itaque a. 3. Nicephorus in Chronico tribuit a. 3 m. 5. sed interregni spatium complexus est. at

vero corrigendum rursus Chronicon, dum Phocae 5, quo creatus est Thomas, Ind. 10, notat post consulatum Phocae 3, siquidem Phocae primus inchoatur, ex eodem Chronico, Indict. 6, Novbr. 25, dominica, cum die 23, feria 6 inauguratus esset a Cyriaco. annus est C. 602, cyclo solis 23, lit. dom. G. anno 603, Ind. 6, Phocas consulatum iniit. ergo anno 604, Phocae 2, Ind. 8 numerari coepit post eius consulatum 1. anno deinde 605, Phocae 3, Ind. 8 annus fuit post consulatum 2. itaque a. 606, Phocae 4, Ind. 9, est ab eius consulatu 3; annus vero 607, Phocae 5, Ind. 10, post eius consulatum ordine 4 est. male igitur in Graeco Indict. 9 et 10 bis iteratur *τὸ γ'*. haec paulo accuratius a nobis excussa sunt, ut et illorum temporum historiae et luculentissimo Chronico aliqua ex parte consuleretur.

p. 30 v. 4. *καὶ ἐπειδήπερ προσέκειτο*] non dubitavimus pro *Σεργίῳ Πύρρῳ* restituere in Latina nostra interpretatione: certum est enim Pyrrhum Sergio successisse a. Heraclii 29, Christi 639. cui Theophanes a. 3 assignat, Nicephorus in Chronico a. 2 menses 9 dies 9.

ib. v. 8. *ἤδη δὲ χρόνοις τισίν*] Theophanes a. 25 Heraclii: *κατηγορεῖται δὲ ὁ Κῦρος ἐπὶ τοῦ βασιλέως ὡς τὸ χρυσίον τῆς Αἰγύπτου τοῖς Σαρακηνοῖς δούς, καὶ ἀποστείλας μετ' ὀργῆς τοῦτον μετεπέμψατο.*

p. 31 v. 1. *Δαβὶδ δὲ καὶ Μαρῖνον*] anno Heraclii 22, Christi 630, Ind. 4, Nov. 7 (corrigendus Theophanes, dum Heraclii 21 numerat) natus est Heraclio in Oriente filius, quem Cedrenus Davidem vocat. eademque die Constantino Heraclio filio nascitur Heraclius, qui a. sequenti Ind. 5, Nov. 3, a Sergio baptizatus est in Blachernis.

ib. v. 12. *ἐκ τούτου λοιπόν*] obiit Heraclius, inquit Theophanes, Ind. 14 Martio mense, die 11, cum imperasset annos 30 menses 10. at noster a. 30 menses 4 dies 6. sed si a. eius primus ab Oct. 7 numeratus est, Ind. 14, a. C. 610, ut antea probatum est, mortuusque est a. 641 Martii 11, imperavit a. 30 menses 5 dies 5. ac si annos 66 vixit, imperare coepit aetatis 35.

p. 33 v. 3. *ἀδικεῖσθαι*] deest, ut opinor, *τὸν υἱὸν* aut simile quidpiam. monebat Philagrius uti filio suo prospiceret.

ib. v. 10. *συμβασιλεύσας δὲ τῷ πατρί*] natus est, ut antea notavimus, Ind. 15, Maii 5, a. 612. coronatus vero eodem a., Ind. 1, Dec. 25. imperavit cum patre a. 28, post parentis obi- P 74
tum menses 4. at Nicephorus noster supervixisse ait dies duntaxat 103. quare mortuus est Iun. 22 a. C. 641, Ind. 14. consentiunt scriptores ad unum omnes clam illum veneno a Martina et Pyrrho patriarcha sublatum.

ib. v. 15. *εὐθὺς οὖν τόν τε πατρός*] adi Cedrenum.

ib. v. 23. *Οὐαλεντῖνος δέ*] tota haec Valentini historia sin-

gularem hunc auctorem habet. apud Theophanem et Cedrenum nominatus reperitur Valentinus, cum ita narrant, Ind. 1 senatum Heraclium ac Martinam cum Valentino repudiasse.

p. 35 v. 2. *ὁ δὲ συλλαβόμενος*] discedit hic a ceteris noster, qui ab Heracleona et Martina Heraclium, qui Constans dictus est, asserit imperatorem esse factum. constat enim a senatu abrogatum Heracleonae imperium, eundemque amputatis naribus cum matre, cui lingua praecisa erat, relegatum. imperavit Heracleonas menses 6, qui in Decembrem huius a. 641, Ind. 15, desinere videntur. magnopere vero in hac historia Theophanes hallucinatur, in cod. Ioieus. qui Constant. eundem cum Heracleona facit: *μετὰ δὲ Ἡράκλειον*, ait, *ἐβασίλευσε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ λεγόμενος Ἡρακλεωνᾶς, μονοθελητὴς καὶ αὐτός, ἔτος ἕν. καὶ φαρμάκῳ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνῃρέθη.*

p. 36 v. 11. *προχειρίζεται Παῦλος*] Theophanes et Cedrenus anno ab Heraclii morte altero Pyrrhum e sede deiectum ac Paulum eius loco suffectum astruunt, Octobri mense, Ind. 15; quibus et diserte noster assentitur. quare a. C. 641, eodem quo Heraclius obiit, eiectus est Pyrrhus, non 642, ut est in Annal. nempe Ind. 15 iniit a. 641 Septembri. porro cum non ante abrogatum Heracleonae imperium hoc acciderit, qui quidem mensibus senis imperavit, facile mihi persuadeo 6 illos menses non esse a Constantini Heraclii F. sed ab Heraclii ipsius obitu numerandos, ita ut cum Constantino tribus mensibus et diebus 13 imperarit, ex Heraclii testamento. itaque hoc ipso a. circa Iulium mensem, Heracleona pulso, Constans imperium auspicatus est. expendendum vero illud attentius quod scribit Zonaras, Heracleonam hoc anno decennem fuisse. hoc si verum est, natus est circa a. C. 632, Heraclii 22. at nulla huius rei apud historicos mentio. anno quidem 630, Ind. 4, Nov. 7, natus in Oriente ex Martina coniuge David, eademque die Heraclius Heraclii iunioris sive Constantini F., qui postea Constans est dictus. potuit igitur hac nominum similitudine deceptus Zonaras Heraclium istum Heraclii senioris et Martinae F. putare. mihi vero dubium non est quin Heracleonas Heraclius ille sit, quem noster p. 17 20 in Lazica natum refert, a. scilicet Heraclii 12 vel 16, qui tum, cum in ordinem redactus est, annos habuit ferme 16 vel 20. aut certe Constantinus alter Heraclii filius ex Martina, quem a. Heraclii quinto natum esse Cedrenus ac Theophanes scribunt. neque enim is cum Heraclio confundi potest, qui in ipsa expeditione natus est in Lazica, aliquot annis post Constantinum Martinae F. quod fortasse verius est: ita enim imperare coeperit a. aetatis 26. atqui plurima hic ab Heracleona dicta factave narrantur, quae aegre alteri quam ei qui virilem aetatem attigerit accommodari possint.

ib. v. 13. *Κωνσταντῖνος οὖν ἐν Σικελίᾳ*] iugens hic anno-

rum hiatus est. quare asterisco notandum hunc locum existimo: neque enim adeo supinum fuisse Nicephorum arbitror ut annorum 27 res gestas ne litera quidem attigerit.

p. 36 v. 17. *καὶ τούτου ἀρξαμένου*] Constantinus Pogonatus Constantem excipit. cuius temporibus Saraceni Africam et Orientem vastant. neque tamen ante annum huius imperii quintum in Thraciam navigarunt. quo anno ab Aprili mense ad Septembrem usque continuo pugnatum est, et capta Cyzico ibidem hiemarunt.

p. 37 v. 6. *ἑπτὰ οὖν ἔτεσι*] scribit Theophanes et Cedrenus a. Constantini 9 Mardaitas Libanum montem occupasse, tantumque barbaris iniecisse terrorem ut pacem illico a Romanis petierint. iam quod 7 totos annos hic noster innuit obsessam esse Cpolim, idem Cedrenus ac Theophanes affirmare videntur. verum P 75
sub eius imperio Constantini non nisi anno 5 in Thraciam delati sunt, eodemque anno confectum est ope divina bellum. quare cum ambigue loquantur illi, de toto belli tempore, quod etiam sub Constante gestum est, par est annorum numerum accipi. etenim a. eius 26 Chalcedonem appulsi maxima inde praeda potiti sunt, a quo tempore ad a. Pogonati quintum anni sunt septeni. atqui etiam a. Constantis 21 et deinceps saepius in Thraciam navigarunt. ergo ita forsitan componenda res est, ut, quanquam plures annos bellum tenuerit, tamen nonnisi septies Cpolim usque populabundi pervenerint. insignis hic annus Constantini quintus fuit Graeculi, ut vocant, ignis artificio tum reperto, cuius auctorem perhibent Callinicum quendam, architectum Heliopolitanum e Syria; quo potissimum barbari profligati sunt.

ib. v. 10. *πρὸς δὲ τοῖς πελάζουσι*] Sylaeum inter Lyciae urbes et Pamphyliae numerat Constantinus Porphyrog. l. 1 de Them. a Vulcanio edito. Stephanus: *Σύλειον πόλις Φρυγίας διὰ τῆς ει διφθόγγου. τινὲς δὲ Παμφυλίας.* adverte per *ει*, non per *αι* scribendum.

ib. v. 12. *ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν*] accidit hoc a. Constantini 9, cum Saraceni a Mardaitis Libani montis insessoribus premerentur. sed quod ad tributi summam pertinet, longe a Nicephoro discedit Theophanes, dum ait *ἔγγραφον γενέσθαι εἰρήνης μεθ' ὅρκου λόγον ἐπὶ συμφώνου ἐτησίου πάκτου παρέχεσθαι τῇ Ῥωμαϊκῇ πολιτείᾳ παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν χρυσοῦ χιλιάδας τξέ, καὶ ἄνδρας αἰχμαλώτους ἡ χιλιάδας, καὶ ἵππους εὐγενεῖς ν'.* immanis pensitatio. at Cedrenus *χρυσίου χιλιάδας ί.*

p. 38 v. 5. *περὶ τὴν Μαιῶτιν*] his affinia de Bulgaris narrat Theophanes p. 296—8. subiicit Constantini adversus eos P 76
expeditionem. huius *παρεκβολῆς* Latinam interpretationem ex Miscella Pauli Diaconi petere quivis potest, qui plerisque in libris Theophanem ad verbum reddit, praesertim posterioribus, ut ex iis quae sparsim exscripsimus constare potest. nam prioribus in

libris longe diversus a Theophane Diaconus est; id quod alio loco demonstrabitur.

ibid. multa sunt hac in topographia perperam a Theophane descripta. primum Atel ingentem fluvium asserit cum Tanai misceri atque in Maeotidem decurrere: sed antea rursus a Tanai diductum Cophinem vel facere vel excipere (nam ambigue loquitur), atque in Ponticum exonerare sese, ad Necropyla et *Κριοῦ πρόσωπον*. sunt haec aegroti veteris somnia. Atel idem est cum Rha Sarmatiae Asiaticae ingenti sane fluvio, quem *Edel* ab accolis Tartaris hodieque nominari referunt, ab aliis *Volga*. at is neque cum Tanai miscet undas, neque in Maeotidem sed in Hyrcanum pelagus evolvitur. sed et falsum Tanain ab Ibericis Pylis aut Caucaso fluere. quod vero monstrum hic procreat, cum ab Atelis et Tanais divortio exinde Cophinem in *Κριοῦ πρόσωπον* derivat? quasi Rha trans Tanain elapsus, innumeris penetratis amnibus, ac Tauricam Cherronesum, quam lata est, emensus in Ponticum decurrat. inaudita plane sunt ista. at enim Theophani condonanda eo magis haec oscitantia, quod et in historiarum scriptoribus aliis plerumque vel fides hac in parte vel diligentia desiderari soleat. sed nemo in hoc tractu delineando luculentius errat quam qui accuratissimus et habetur a nonnullis et haberi voluit Ammianus. hic l. 22 sic Ponticam illam regionem narratione sua deformat ut aliam ex alia repente fecerit. inprimis Euxinum ait Scythici arcus in speciem geminis cornibus inflecti, quod verum est. quod autem extrema huius arcus duos esse Bosporos asserit, Cimmerium et Thracium, hoc vero perabsurdum est. addit eundem Euxinum Maeotidis paludibus ad Orientem claudi, quod aeque *ἀνιστορησίαν* hominis prodit. quis adeo geographiae rudis, qui in Scythico illo arcu nesciat nervi instar Asiaticum esse litus a Bosporo ad Colchos Phasinque fluvium? ac cum, ut idem loquitur, Scythicus arcus *circumductis utrinque introrsus pandis et patulis cornibus effigiem lunae decrescentis ostendat, medietatem recta et rotunda regula dividente,* primum cornu ab ora Thraciae in *Κριοῦ μέτωπον* desinere, inde regulae instar extento Cherronesi littore alterum cornu aliquantum supra Cimmerium Bosporum inchoari, indidemque procul ad Colchos et Phasin usque porrigi, Maeotidem porro Euxino Ponto prorsus ad septentrionem incumbere? quae omnia poetarum elegantissimus Dionysius *ὁ περιηγητὴς* aureis versibus
P 77 cecinit. reliqua apud eundem Ammianum non minus ridicula, velut cum a Carambi promontorio maritimam oram, cuius Halys initium est, nervi speciem exhibere dicit duabus arcus summitatibus implicati. atqui longe ante Carambin ille nervus incipit, neque Halys fluvius ei promontorio adeo vicinus est. mitto alia peraeque absona, quae in hac Ponti et in Aegypti chorographia et in aliis ferme omnibus committere solet. atque ut ex Theopha-

nis tam turbida descriptione liquidi utcunque aliquid exprimatur, magnam ille Bulgariam ad Maeotidis paludes cis Tanain constituit, ubi Iazyges et Roxolani aliique Scythae quondam vel Sarmatae, nunc Moschovitae vel minores Tartari nuncupati.

p. 38 v. 15. *Βασιανὸς υἱός*] varie huius nomen concipitur, ut et patris, qui Crobatus a Theophane dicitur, filius vero Batgaigan vel Batgaian.

ib. v. 23. *τὸν Δάναπριν καὶ Δάναστριν*] Cedrenus in a. Copronymi 23 fluvios illos coniunctim nominat, Danubium, *Κούφην*, Danastrin et Danaprin. *Κούφην* verisimile est Cophinem esse, de quo paulo antea. Iornandes de rebus Geticis *Scythia*, inquit, *Germanae terrae confinis eo tenus ubi Ister oritur amnis, vel stagnum dilatatur Mysianum, tendens usque ad flumina Tyram Danastrum et Vagosolam magnumque illum Danaprum.* paulo post: *antes vero, qui sunt eorum fortissimi qui ad Ponticum mare curvantur, a Danastro extenduntur usque ad Danaprum; quae flumina multis mansionibus ab invicem absunt.* iam Danastrus ab incolis Borysthenes dicitur, ut idem testatur, et hodie *Dnieper* appellatur, quocum falso a quibusdam Danaprus confunditur, inter quem et Istrum Danastrus est, ut Ammianus prodit l. 31; id quod ante nos Ortelius observavit. sed quisnam Danastrus ille sit nondum liquet. forsitan idem est cum Tyra fluvio, Cuphis vero cum Axiace, vel contra.

p. 39 v. 7. *τῆς Βερυλίας*] hanc Berzeliam vocat Theophanes, alii Berzitiam. sed corrupta sunt quae sequuntur.

ib. v. 22. *ἐπὶ Μεσημβρίαν*] P. Diaconus in Miscella perperam *meridiem* vertit, cum sit proprium urbis nomen.

p. 40 v. 7. *Βαρνᾶν*] Barna et Odyssus Moesiae inferioris urbes.

ib. v. 20. *ταῦτα διαγνοὺς Κωνσταντῖνος*] sexta Synodus coacta sub Agathone habita est a. 13 imperii Constantini Pogonati, ut auctor est Cedrenus, Nicephorus in Chronico, et alii. Theophanes ad a. 12 refert. qui insuper p. 301—2 ultimo a. Pogonati prolixe de synodi huius tempore disputat, quae hoc P 78
loco discutere minime necesse est. ut ad 6 synodum redeam, haud dubium est quin a. C. 680 inchoata sit, Ind. 9, Nov. 7 die, finitaque sit anno sequenti. quo, ut refert Anastasius, 17 Februarii dominica fuit, cyclo solis 18, lit. dom. F. in actis 6 synodi notatur hic annus Constantini 27, quod reliquos cum patre adhuc superstite imperarit. quotus vero hic post Constantis obitum fuerit certo definiri posset, si de mense ac die constaret quo Constans vivere desiit.

p. 41 v. 15. *τοῦ Ὀψικίου*] de Opsiciano themate abunde disputat Constantinus Porphyrogenita a Vulcanio editus; sub quo comprehensi Bithyni, Mysi, Phryges, Dardani, Troes. *Ὀψίκιον* Latina vox est, quare *Obsequianis* nonnunquam reddimus: significat enim *τοὺς προπορευομένους ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπὶ εὐ-*

ταξίᾳ καὶ τιμῇ. ideo comes iis praeerat, non *στρατηγός*. inde verbum *ὀψικεύειν*. Ioannes Climacus Graece nondum editus, qui est penes R. P. Frontonem Ducaeum, in *Κλιμ. α΄: εἶδον γάρ τινας φεύγοντας καὶ ἀκουσίως τῷ βασιλεῖ προσερχομένους, καὶ ἀπαντῶντας προσερχομένῳ, καὶ τούτῳ λοιπὸν ἑκουσίως ὀψικεύοντας, καὶ ἐν τῷ παλατίῳ αὐτῷ συνεισελθόντας.*

p. 42 v. 11. *ταμίας τῶν βασιλικῶν*] sacellarium vocat Theophanes (p. 306 D). *Ἰουστινιανὸς δέ*, inquit, *εἰς τὰ τοῦ παλατίου κτίσματα ἐπεμελεῖτο, καὶ ἔκτισε τὸν Ἰουστινιανοῦ τρίκλινον λεγόμενον καὶ τὰ τοῦ παλατίου περιτειχίσματα, καὶ ἐπέστησεν ἐπείκτην Στέφανον τὸν Πέρσην Σακελλάριον αὐτοῦ*. egregium fuit Iustiniani opus illud, quod a Constantino Manassis celebratur versibus (3868—3872). quod in a. eius 9 confert Theophanes, qui fuit Christi 693. quo anno eclipsis solis contigit *μηνὶ ὑπερβερεταίῳ ε΄, ἡμέρᾳ α΄, ὥρᾳ γ΄*, hoc est Octobris 5, feria 1, hora 3, cyclo lunae 10, solis 2. Sigebertus frustra a. 695 eam accidisse refert, biennio post.

ib. v. 13. *μάστιγας αὐτῇ ἐν σχήματι*] intentasse solum scuticam, non etiam verberasse ex hoc loco videtur. at Theophanes et Cedrenus *δι' ἀβηνῶν μαστιγῶσαι* tradunt, hoc est habenis seu loris cecidisse.

P 79 *ib.* v. 16. *τῶν δημοσίων λογιστήν*] Theophanes *γεννικὸν λογοθέσιον* vocat.

ib. v. 23. *ἀνατολικοῦ*] de hoc themate consule quae habet Porphyrogenitus.

p. 44 v. 7. *τὴν γλῶτταν καὶ τὴν ῥῖνα*] de lingua consentit et Theophanes. sed Constantinus Zonaras Cedrenus et alii nasum duntaxat amputatum asserunt, quod verius puto. nam et postea locutus traditur, et inter ceteras nefaria vox eius audita est, cum in tempestate monitus ut iniuriarum omnium obliturum se deo voveret, respondit: *εἰ φείσομαι τούτων τινός, αὐτίκα καταποντισθείην ὦδί*. atque hoc ab Illustrissimo Baronio ante nos animadversum.

p. 45 v. 9. *τῶν Κουρικιωτῶν*] de themate Cibyrrhaeotarum adi Constant. Porphyrog.

p. 46 v. 4. *τὸ λεγόμενον Δόρος*] Daras Theophanes Cedrenus et Paulus Diaconus legunt, itaque restituendum videtur.

p. 47 v. 2. *εἰς Τόμιν*] quae sit haec Tomis nondum comperi. neque enim oppidum illud est inferioris Mysiae Ovidii exilio celebre, quod a Phanagoria longo maris tractu secernitur. nam hoc nostrum a Cimmerio Bosporo et ab illa urbe non longe abesse necesse est, quo se clanculum Iustinianus subduxit, antequam horiam sive piscatoriam scapham conscenderet. Theophanes (p. 312 B).

p. 48 v. 5. *ἐν τῷ καλουμένῳ κυνηγίῳ*] Miscellae auctor l. 20 *vivarium animantum* interpretatus est. locus ubi catabulum erat et ferarum clausura. vide Codinum in Cpoli.

p. 53 v. 5. *κατὰ τὸν Δαματρῦ*] Constant. Manass. 4072—3.

p. 54 v. 3. *τοῦτον εἰς τὴν καλουμένην*] Theophanes (p. 318 C): *καὶ λαβόντες τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ἄνω τῶν καλλινίκης παραπορτίῳ*, ubi fort. leg. *Καλλινίκων*. Callinici videntur esse 40 martyres, quorum in honorem Tiberius Mauricii socer templum condidit. Constantinus Manasses 3485. sed et S. Callinici templum Cpoli fuit, quod a. Iustiniani 31 terraemotu corruit, auctore Theophane. quod ad 40 martyres attinet, emendandus obiter insignis locus l. 1 Geoponicon, ubi horum martyrum mentio fit, qui in vulgatis codicibus mendosus est. *κἀκεῖνο δέ*, inquit c. de Prognosticis p. 9, *ἐκ παρατηρήσεώς τινές φασιν, ὅτι ἀπὸ τῆς ἑβδόμης τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἕως τῆς ιδ΄ αὐτοῦ μηνὸς εἴωθεν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον τρέπεσθαι ὁ ἀήρ· κατ᾽ ἐκείνας γὰρ τὰς ἡμέρας καὶ οἱ μύριοι μάρτυρες τοῖς παγανοῖς παραδοθέντες ἤθλησαν*. corrigendum vero, ut in duobus ms bibliothecae Illustriss. Card. Ioieusae repperi, *οἱ τετταράκοντα μάρτυρες τοῖς πάγοις παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν*. nam cum *μ*, hoc est 40, scriptum esset, librarius *μυρίους* esse credidit.

ib. v. 10. *τοὺς δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ*] anno primo Philippici Bardanis pseudosynodum hanc coactam scribit Theophanes, non anno secundo, ut vulgo chronographi.

ib. v. 13. *Γερμανὸν τὸν Κυζίκου*] falsum omnino sanctis- P 80
simum virum Germanum Cyzici episcopum huic synodo subscripsisse, etsi idem apud Theophanem legitur (p. 320 B). verius existimo Germanum ipsum sede sua pulsum, ut cum Cyro a Theophane coniunctus sit; sed *ἀνακόλουθον* in oratione tunc erit.

p. 55 v. 2. *Φιλιππικὸς δὲ γενέθλιον*] difficilis admodum et inextricabilis haec temporis nota, quam ad unum historici omnes referunt. Theophanes in anno 2 Philippici (p. 320 ima): *διετοῦς χρόνου τῆς βασιλείας Φιλιππικοῦ ἐν τούτοις παραδραμόντος, καὶ τοῦ γενεθλίου ἐπιτελουμένου ἱππικοῦ, Πρασίνων νικησάντων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ τῷ σαββάτῳ τῆς ν΄ καβαλλάριον μετὰ δοχῆς καὶ ὀργάνων εἰσελθεῖν καὶ λούσασθαι εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν τοῦ Ζευξίππου* etc. sequitur: *τῇ δὲ ἐπαύριον, ἤγουν τῇ ν΄, σωρευθέντος τοῦ λαοῦ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐστέφθη Ἀρτέμιος*. ergo sabbato pentecostes *γενέθλιον τῆς πόλεως*, quod perspicue Nicephorus tradit. in Menologio Graecorum ad 11 Maii notatur *τὸ γενέθλιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως*. oportet igitur hoc anno pentecosten in Maii 12 incidisse. annus a Fastorum conditoribus Christi 713 statuitur, Ind. 11, cyclo lunae 11, cyclo solis Cpolitano 17; epactae solis 6, luna 14, Aprilis 15, quae cum concurrentibus dat feriam 7. ideo postridie 16 eiusdem mensis

pascha, cyclo solis Romano 22, lit. A; pentecoste vero Iunii 4, longe post 12 Maii. sed neque ante hunc annum, praeterquam a. 642, pentecoste in Maii 12 incurrit, neque post, nisi tantum a. 726, ut ex Bedae ac Dionysii cyclis intelliges. proinde falsum *τὰ γενέθλια* Cpoleos in sabbatum ante pentecosten incidere, ut asserit falso Sethus Calvisius: alioqui pascha 24 Martii esse debuit, quod est absurdissimum. quod vero Theophanem testem nominat, satis quod initio dictum est ostendit, se oscitanter admodum in illustrissimi Baronii Annalibus, quae chronologiae illius unica seges est, scriptorum loca percurrere. illic enim sabbatum fuisse dicitur cuius postridie pentecoste fuerit, quod etiam Zonaras ac Cedrenus docent. ceterum Theophanis iste locus iisdem in Annalibus ex Miscella perobscure redditus est. *circoque natalicio,* inquit, *cum Prasini vicissent.* nec minus Graeca ipsa perplexa. quorum tamen sensus est is quem ex Nicephoro nostro colligimus, natali urbis equestre certamen esse commissum. sed quoto demum anno data illa natalicia sunt? si urbis re vera fuerunt, de pentecoste falsum. vide igitur an Philippici ipsius natalis dies fuerit, qui cum aliquot diebus post natalem urbis incidisset, Iunii videlicet 3, ambo illi dies in unum ab historicis temere conflati sunt.

p. 55 v. 15. *δεύτερον ἔτος*] Paulus Diaconus annum unum et 6 menses Philippico tribuit. reliqui duos annos. Manasses 4108: *δυσὶ γὰρ μόνοις ἔτεσιν ἐγεύσατο τοῦ στέφους.* Zonaras praeter annos duos aliquot menses addit. Theophanes a. 2, menses 9. Chronicon Cleric. a. totidem, m. 8.

ib. v. 18. *Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ*] Constantinus 4113.

p. 56 v. 15. *ἐπὶ τὸν Φοίνικα ναυπηγησίμοις*] depravatus hic locus, quod interpretatione ipsa exprimere studuimus. vera enim lectio genitivum postulabat *ναυπηγησίμων.* *barbari,* inquit, *ad caedendam materiam profecti.* quam lectionem indicat Zonaras in Anastasio: *μαθὼν δὲ ὅτι ἐξ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ Φοινίκην πλοῖα προσώρμισαν, ἵνα ξύλα ἐκεῖθεν κομίσωνται ναυπηγήσιμα.* ubi
P 81 Phoeniciam esse vult regionem illam ad quam Saraceni navigarunt. at cum Nicephorus *τὸν Φοίνικα* scribat, putavimus ad eius nominis oppidum fluviumque pertinere, qui Rhodo insulae vicinus est; de quo Stephanus. tu vide an ita restituenda sit interpretatio nostra: *cum iam rumor percrebuisset Saracenorum classem caedendarum ad navium fabricam cupressuum causa in Phoeniciam traiecisse.* Theophanes etiam *τὸν Φοίνικα* scripsit *).

*) *τὴν Φοίνικα* ed. Paris. p. 322 C et D.

p. 58 v. 6. neque hic locus vitio caret. legendum forte *δι' αὐτῶν πιστωσόμενος*. magistratus omnes una cum Germano patriarcha Nicaeam deduci iubet, ut iis conspectis Anastasius captam esse Cpolim sciret. ita Theophanes (p. 323 C). porro eodem hoc anno, Augusti 11, Germanus e Cyzico translatus fuerat. hic fuit Anastasii finis, qui imperavit a. 1, m. 3.

p. 59 v. 4. *ἐνιαυτὸν ἕνα*] ita Nicephorus in Chronico in *Ὁμάδι χρόνων*, Maximi chronico subiecta, cum Theophane. at Zonaras et Cedrenus annos duos. sed et Manasses 4181: *ἔτεσι μόνοις ἐν δυσὶ γευσάμενος τοῦ κράτους*.

ib. v. 5. *Λέων ὁ πατρίκιος*] de huius initio, sicut et de annorum quibus imperavit numero, non eadem scriptores sentiunt. Theophanes anno eius imperii ultimo, *ἐβασίλευσεν οὖν*, ait, *Λέων ἀπὸ κέ τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ιέ ἰνδ. ἕως μηνὸς Ἰουνίου ιή τῆς Θ' ἰνδ., βασιλεύσας ἔτη κδ' μῆνας β' ἡμέρας κέ.* si Indict. 15, Martii 25 imperium coepit, annus erat Christi 717, desiitque a. 741, Iun. 18, Ind. 9. itaque imperavit a. 24 m. 2 d. 24. Cedrenus Zonaras Chronicon Cleric. aliique annos totidem assignant. at Nicephorus in Chron. a. 25 m. 3 d. 14. sed et Theophanes ex Card. Ioieusae Biblioth. praecise a. 25. accedit et Constantinus his versibus:

ὡς δ' ἐπὶ χρόνους εἴκοσι τοῦ κράτους ἀπολαύσας
σὺν ἄλλοις πέντε δυσσεβῶς, ἢ μᾶλλον τυραννήσας.

nos cum illustrissimo annalium scriptore Leonis exordium a. 716 constituimus, cum ex Gregorii P. epistola iam tum ab Ind. 14 eundem imperasse constet, unaque Nicephori Chronico, quod ad imperii tempus attinet, libentius assentimur.

ib. v. 13. *ἔκ τινος δαιμονιακῆς*] eiusmodi portenta Gnosticorum et Euchitarum ac Manichaeorum consuetudo peperit. de quibus Epiphanius. sed et Psellus l. *περὶ ἐνεργ. δαιμ.* p. 22 ed. novae, ab erudito viro Gilberto Gaulmino amico nostro doctissimis notis nuperrime locupletatae.

p. 62 v. 6. *πεντεκαιδεκάτῃ δὲ τοῦ εἰσιόντος*] Theophanes p. 334 B.

ib. v. 21. *Θεοδόσιον*] Theophanes Theoctistum hunc appellare videtur, anno Leonis 3, *πρωτοασηκρήτην*, hoc est primum a secretis. imo etiam paulo post Nicephorus Theoctistum eundem appellat. fuerunt Cpoli notariorum ordines 3: alii notarii tribuni, tribunis praetorianis aequati; alii domestici, qui imperatori a secretis erant; tertii inferiores tribuni notarii. vide not. Imp. Cassiodorus l. 1 Var. 4: *pater enim Candidatus sub Valentiniano principe gessit tribuni et notarii laudabiliter dignitatem. honor qui tunc dabatur egregiis, dum ad imperiale secretum tales constet eligi in quibus reprehensionis vitium nequeat inveniri.*

itaque ὁ πρωτοασηκρήτης est πρώτιστος τῶν βασιλικῶν γραμματέων.

